



**In omnes apostolicas Epistolas, diui videlicet Pauli XIII. et VII.
canonicas, commentarii Heinrychi Bullingeri, ab ipso iam
recogniti, & nonnullis in locis aucti. : Accessit operi index
copiosus, accesserunt ad finem quoq[ue] duo libelli, alter de
Testamento Dei unico & aeterno, alter uero de Vtraq[ue] in
Christo natura.**

<https://hdl.handle.net/1874/428395>

2

IN EPISTOLAS APO- STOLORVM CANONICAS SEPTEM

COMMENTARII HEINRYCHI BULLINGERI.

ADDITI sunt ad finem libelli duo, alter De Testamento dei
unico & æterno, alter uero De utraq; in Christo natura.



I E S V S.

Hic est filius meus dilectus in quo placata est anima
mea, ipsum audite.

Matthæi 27.

PIO LECTORI SALVTEM.

EPISTOLIS D. Apostoli Pauli XIII. addo nunc VII. epistolas apostolorum Canonicas nostris illustratas Comm̄tarijs, si hac opella nostra ecclesiae Christi prodesse tibi q̄ Lector pie inseruire possim. Verum haud abs re consuetum harum epistolarum ordinem mutauit. Licet enim quatuor postremæ & ipsæ canonice sanctæ & utiles fint, multis tamen nominibus præstant priores Petri & Ioannis. Nam totidem propemodum habent sententias & mysteria quot uerba. Ardent & uiuunt in his omnia. Purissime tractantur in ipsis præcipua religionis nostræ capita, fides in Christum purificans, charitas præceptum Christi unicum, innocētia sancta et patientia malorum uictrix. Vbiq; in his relucet authoritas & reuerenda maiestas apostolica. Præterea de prioribus nemo bonus uel doctus dubitauit unquam. Habitæ sunt in ecclesia Christi pro gemmis incomparabilibus semper, unde primas tenent merito. Tuum erit pie Lector, labore nostro bene uti & gratum esse benefactori Christo, Cui soli gloria semper.

H. B.

3

IN D[•] PETRI APOSTO LI EPISTOLAM VTRANQVE COMMENTARIUS.

OMNIBVS PER GERMANIAM FRATRI
BVS NOMINE CHRISTI EVANGELII QVE AFFLICTIS ET
exlibus, Heinrychus Bullingerus gratiam, uitæ innocentiam & patien-
tiam à deo patre optat per Iesum Christum,

NISI sancti quotquot ab exordio mundi uixere uarijs afflictionibus exerciti, innumeris
objecti fuissent periculis, merito quidem uices nostras, ô fratre, nunc lugeremus, tempo-
ra p^o nostra sanè quā exulcerata turbidaq^e accusaremus, quibus preter meritum solo
ueritatis & Christi nomine persecutionē & dira sustinemus odia, affligimur, in exilium
pellimur, & qui optime habemus, nullo momento tui, tanquam oves occisionis reputamur. Verum
id illud ipsum est quod prædixit dominus, uenturum tempus quo quisquis interficiat nos uideatur *Iohann. 16.*
cultum præstare deo: quo & apostolus Paulus alludens, Omnes (inquit) qui pie uolunt uiuere in *2. Timothei 2.*
Christo Iesu persecutionem patientur. Porro mali homines & impostores proficien in peius, dum
& in errorem abducunt & errant ipsi. Proinde non infelices admodum in ueritate, licet in mundo in
felicissimi, sumus. Siquidē perseverantibus copiosissima est apud deum merces reposita. De qua cum
multis haec epistola agat Petrus, suæq^e ætatis homines mira euidentia ad tolerantiam exhortetur, ui-
sum est ipsam uti nostris illustrata est Commentarijs, dicare imo commendare uobis omnibus. Scio
enim quā grauiter tententur multi. Nam ueterum exemplorum immemores, uel in lege dei non
probe docti, ueritatem religionis uel multitudine uel felicitate saeculari metuntur: ut ab eorum par-
te ueritatem stare autem, apud quos est uictoria, securitas atq^e uoluptas, quin & hominum applau-
sus celebritasq^e: apud eos autem mendacium, qui ut uarijs affliguntur malis, ita paucitate quoq^e sunt
contemptibiles. Sed ea sunt iudicia dei, ut & prophetæ nonnunquam super hac re cum deo conten-
derint. Abacuc enim, Vsq^e quo (ait) domine clamabo, & non exaudies? Quare reseruasti me in ista in *Abakuk 1.*
iusta tempora? Quare respicis contemptores & taces conculcante impio iustiorem se? Propterea lace *Psal. 36.*
ratur lex, cumq^e impius sic præualet egreditur iudicium peruersum. Ceterum ista quidem iudicio dei
iusto relinquamus: nostrum est accurate ueritatem spectare, in hac perseverare, euentum deo commit-
tere. Huc uocat hac epistola Petrus, qua interim ueram religionem ita propugnat, ut quisq^e uel medio
criter animatus uel non prorsus stupidi ingenij pro ista quiduis cupiat & ferre & facere. Nos iam
istius subiiciemus hypothesin. Vobis autem omnibus imprecor firmam in pietate constantiam &
patientiam per Christum, cui soli gloria & honor. Tiguri mense Martio, Anno 1534.

ARGUMENTVM EPISTOLÆ.

Obsecrator paulo est prior Petri epistola, non modo propter sententias reconditiones, sed et propter ora-
dinem perturbationem asperiore m^q, quem nos in presentiarum uel complanare, uel certe alijs occa-
sionem subministrare istud dexterius absoluendi, conabimur. Consilium certum nemo (opinor) pra^e Status.
fixisset, nisi ipse Petrus adiecisset ad finem epistole, Per Sylvanum uobis fidelem fratrem, ut arbitror, paucis
scripsi, adhortans ac testificans hanc esse ueram gratiā dei in qua statis. Hinc enim colligimus hanc esse episto-
lam hortatoriam simul & expositoriam, ita enim fideles hortatur in ea fide quam acceperant, neglectis affli-
ctionibus perseverent, ut interim summarium religionis & fidei fundamenta ubiq^e ponat, deniq^e; & Christiana-
na perstringat officia. Desultoria enim est. Persecutio à fide uel absterret uel prorsus auocabat (ut fit) pluri Patientia.
mos, potissimum ergo hortatur ad patientiam, qui huius epistole ueluti primarius scopus est: cui protinus atte Fides uera-
xitur alius non minus infrequens, ad confirmationem tamen superioris pertinens, uerissimam esse prædicatio-
nem que de fide Christiana ipsis sit prædicata. Id etenim hoc attexitur consilio, ne isti se frustra in caussa non
bona pati timerent. Veritati huic adiungit pietatis sinceritatem integratatemq^e, deflectens ad innocentie flu-
dium, quo in loco non minore diligentia frequenti uel laborat quam in superioribus. Maximas enim partes et
primi & secundi capituli huic impendit, adhortans ut uitam uiuant sanctam & sua uocatione dignam. Haec au-
tem omnia generatim prosequitur. Absoluta uero fide & uitæ innocentia, que uera pietatis summa est, specia-

INSCRIPTIO EPIS.

Officia,

tim pertractat Christiana quædā eaq; apprime necessaria officia, docens quid debeamus magistratui, legibus, quid deceat seruos, quid coniugatos: breuiter Christi exemplo ad maximas quasq; uirtutes potissimum uero ad patientiam & innocentiam uitæ animat, ubiq; amoliens quod impedit, & admonens quod promouere ad hac Crux & affl= poterat, idq; agit à fine secundi capituli, per tertium & initia quarti. Nam sub finem huius miro ardore miraq; etio. evidencia tolerantiam suadens afflictiones attenuat. In r. autem ad officiorum institutionem rediens, instituit episcopos, bortaturq; ad humilitatem animi & accuratam uigiliam. In summa, Varia est epistola, & ueluti locis luxurians communibus in quibus tamen primas tenent, fidei in Christum ueritas, uitæ innocentia (sub qua recensentur uaria officia) sanctaq; tolerantia. Maxima ergo ex hac expectes licebit, que fidei Christianæ uis & ueritas, que uera religio, que uera opera, que Christianorum officia, que patientia dignitas &c.

Dicilio,

Erudita uero est, & profecto digna (ut Erasmus ait) apostolorum principe, plena autoritatis ac maiestatis apostolicae, uerbis quidem parca, sententijs uero differta. Scriptam aiunt è Babylone per Syluanum.

INSCRIPTIO.

Petrus apostolus Iesu Christi aduenis sparsim incolentibus Pontum, Galatiam, Cappadotiam, Asiam & Bithyniam delectis iuxta præfinitionem dei patris per sanctificationem spiritus in obedientiam & aspersio[n]em sanguinis Iesu Christi. Gratia uobis & pax multiplicetur.

Petrus apostolus duo habet præcipua, tertium ueluti πάροδον, attamen lepidum & saluberrimum est. Primo enim proditur epistolæ author PETRVS ille quondam Christo dilectorū princeps. Etius uir, de quo plurima scripserunt Euāgelistæ. Hunc ueteres principem apostolorum dixerunt, non quod primatum apud apostolos fuisse putarent, qualem neoterici cōtra scripturas tuentur, sed quod cæteris ardentior, primas ferē in agendo dicendoq; apud dominum in ordine apostolorum teneret, & quod ipsi gratia præ multis copiosior à deo data esset, unde & cæteris nonnunquam constantior & audientior fuit, quanquam eundem oportuerit non citra mysterium maximum fieri infirmitatis humanæ ueræq; penitentiae exemplum. D. Cæcilius Cyprianus hunc ipsum facit typum unitatis ecclesiæ, de Simplicitate prælatorum in hac uerba scribens, Loquitur dominus ad Petrum, Ego tibi dico, Quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non uincent eam, & tibi dabo claves regni celorum, & quæ ligaueris super terram erunt ligata & in celis, & quæ cunctæ solueris super terram erunt soluta & in celis. Et eidem post resurrectionem suam dicit, Pasce oves meas. Et quāuis apostolis omnibus post resurrectionem suam PARTEM POTESTATEM tribuat & dicat, Si cui remiseritis peccata, remittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur; tamen ut unitatē manifesteret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientē sua autoritate dispositum. Hoc erant utiq; & cæteri apostoli quod fuit Petrus PAR CONSORTIO PRÆDITI & HONORIS EST POTESTATIS, sed exordiū ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur. Tantum sanctissimus ille martyr. Porrò Petrum perhibet ueterum monumenta à Nerone crucis patibulo damnatum, ita migrasse, ut ipsi prædixerat in Euangelio dominus. Nec me latet quid multi de eo disputatione quod Petrus Romanum nunquam uenit. Ego uero uerustis hac in re diuersum testantibus plus fidei tribuerim. Habeo autem testes locupletissimos, Irenæum aduersus Valentini, lib. 3, cap. 1. Tertullianum in Præscriptionib[us], hæret. proximos apostolorum temporibus. Lactantiū Firmianum in 4. cap.^{21.} Caïum quoq; scriptorem uerustissimum, & Dionyfium Corinthiorum episcopum, apud Eusebium, quem interim in opere Chronico falsum esse temporum computatione non ambigo. Ibi enim refert Petrum Romanum uenisse anno Claudi Cæsaris secundo, recessisseq; Romanam ecclesiam annis 25. Occubuisse enim ultimo Neronis anno qui impetravit annis 14. Atq; hanc quidem sententiam imitatus est & D. Hierony. in opere de uiris illustribus. Cæterū si accurate ista conferamus ad ea quæ Paulus scripsit in 2. cap. ad Galatas, prorsus illam Eusebij computationem falsam esse deprehēdemus. Id quod & ante nos

Lucas 22.

Tibi dabo claves de Simplicitate prælatorum in hac uerba scribens, Loquitur dominus ad Petrum, Ego tibi dico, Quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferorum non uincent eam, & tibi dabo claves regni celorum, & quæ ligaueris super terram erunt ligata & in celis, & quæ cunctæ solueris super terram erunt soluta & in celis. Et eidem post resurrectionem suam dicit, Pasce oves meas. Et quāuis apostolis omnibus post resurrectionem suam PARTEM POTESTATEM tribuat & dicat, Si cui remiseritis peccata, remittentur ei; si cui tenueritis, tenebuntur; tamen ut unitatē manifesteret, unitatis eiusdem originem ab uno incipientē sua autoritate dispositum. Hoc erant utiq; & cæteri apostoli quod fuit Petrus PAR CONSORTIO PRÆDITI & HONORIS EST POTESTATIS, sed exordiū ab unitate proficiscitur, ut ecclesia una monstretur. Tantum sanctissimus ille martyr. Porrò Petrum perhibet ueterum monumenta à Nerone crucis patibulo damnatum, ita migrasse, ut ipsi prædixerat in Euangelio dominus. Nec me latet quid multi de eo disputatione quod Petrus Romanum nunquam uenit. Ego uero uerustis hac in re diuersum testantibus plus fidei tribuerim. Habeo autem testes locupletissimos, Irenæum aduersus Valentini, lib. 3, cap. 1. Tertullianum in Præscriptionib[us], hæret. proximos apostolorum temporibus. Lactantiū Firmianum in 4. cap.^{21.} Caïum quoq; scriptorem uerustissimum, & Dionyfium Corinthiorum episcopum, apud Eusebium, quem interim in opere Chronico falsum esse temporum computatione non ambigo. Ibi enim refert Petrum Romanum uenisse anno Claudi Cæsaris secundo, recessisseq; Romanam ecclesiam annis 25. Occubuisse enim ultimo Neronis anno qui impetravit annis 14. Atq; hanc quidem sententiam imitatus est & D. Hierony. in opere de uiris illustribus. Cæterū si accurately ista conferamus ad ea quæ Paulus scripsit in 2. cap. ad Galatas, prorsus illam Eusebij computationem falsam esse deprehēdemus. Id quod & ante nos

Petrus ad Romam uenerit.

INSCRIPTIONEPIST.

5

nos clarissimus vir & Heluetiae nostrae decus immortale D. Iohachimus Vadianus obseruauit. In Galatis enim refert Paulus se post annos quatuordecim (nimurum à conuersione sua) ascēdisse Hierosolymam, ibi cōp inuenisse Petrum, Ioannem & Iacobum. Is autem sextus erat Claudij annus. Si enim Tiberius 23. annis regnauit, ut de eo scripsit Suetonius, & in 18. anno passus est Christus, ut testatur Tertullianus, supersunt de regno eius anni 5. His unum adime. Altero enim à morte Christi anno ad fidem Christi conuersus est Paulus. Remanent ergo anni 4. quibus si addas ex Caligula regno annos 4. & ex Claudij 5. inuenies annos de quibus Paulus in Galatis loquitur 14. Non iam referā tres illos annos, quorum in 1. cap. meminīt. Ita enim nono Claudij anno Petrus etiamdum Hierosolymis fuisset. Nec uero simile est Petrum Claudio uiuente Romam uenisse; utpote cuius nulla fit à Paulo in epistola ad Roma, mentio, neq; à Luca in postremo Actuum cap. interim cum in epistola Rom. scripta multo inferiorum nomina cum reuerentia recenseat, præterea Actorū historia in quartum usq; Neronis annum ducatur. Proinde si uera scripsere ueteres, uerisimile est Petrum post Paulum, cum iam Nero annis aliquot imperitasset, & Paulus fortassis Hispaniam adiūset appulisse Romam confirmandi euangelij fratrumq; gratia. Sed nos de hac re ut dubia ita non magnæ frugis prolixius differuius quam institueramus. Secundo docet ἐπιγραφή quibus scripta dicataue sit epistola, πρεπούμενοις quos alij proselytos, alij aduenas exponunt, cum Græcis ἐπιδημοι & populi lares dicantur. Populares uero dixerunt Latini de uno populo amicos. Proinde non absurdum fuerit si intelligamus hanc epistolam Iudeis Petri popularibus esse scriptam. Quod & illud pertinet quod dispersionis meminit. Iudeos enim bellorum procellæ olim sub Assyriorum, Babyloniorum, Persarum & Macedonum regibus ortæ alios alio dispulerunt: ut abunde satis sacra testatur historia. Neq; uero consequens est istis regionibus à Petro prædicatum fuisse euangelium propterea quod hanc ipsis adscribit. Romanis enim adscripsit Paulus Romanos, quos Iunius & Andronicus primi in religione instituerat. Legitur et Galatæ et Afiani Paulo præceptore in fide primo esse imbuti. De Bithynis et Cappadocibus nihil prodic sacra historia. Certè Petrus istis omnibus hac epistola attestari uoluit eam fidem, quam acceperant siue à Paulo siue ab ipso Petro siue alio quopiam apostolorum, ueram esse. De Ponto multa Strabo Geog. 12. lib. & Plinius in c. Tertium iam sequitur. Nam cum paucis potuisset dicere, Petrus apostolus gratiam & pacem precor omnibus Ponticis & Afianis Christo dicatis, maluit hoc postremū copiosius persequi, & Christianæ religionis maxima commemorare mysteria, adeoq; & salutis & ueræ pietatis modum rationemq; perstringere. Prima in hac ratione est ipsa dei electio libera, sed non nuda. Nam ἐκλεκτοις (ait) καὶ τῷ νωτίῳ θεῷ τῷ τρόπῳ, Electio ergo instituta est secundum præfinitionem siue præscientiam. Hac uero & misericordiam suam et iustitiam prodit deus. Misericordiam quidem, quod citra meritum nostrum sola & nativa bonitate nos uocat & beatid quod Paulus ad Ephe. 1. latius persequitur. Iustitiam uero quod electio non est temeraria, sed secundum præscientiam. Hæc enim redemptionis expiatio nisq; trahit mysterium. Quos ergo delegit, in sanctificationem delegit: hoc est, quos beat deus eos nō temere beat, sed per sanctificationem spiritus. At uoce Spiritus omnē externum exclusit purificandi ritum, fidem in Christum unicam extulit. Clarius enim se- quitur, In obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Ecce hæc est uera spiritus sanctificatio, obedire euangelio, fidere Christo, qui sanguine suo effuso dignos nos fecit æterna uita. Neq; uero dubitandum est Petrum Aspersionis uocabulo allutuisse ad legalia. Quasi dixerit, Salus dilectis dei nō cōtingit ex asperso uituli sanguine, sed ex redemptione Christi. De qua re copiosius disputauit Paulus ad Hebræ. 9. Ratio igitur ueræ salutis hæc est. Eligimur ad salutem à deo. Ista uero non temere confertur, sed per redemptionem Christi, in qua oportuit declarari cū misericordia tum iustitia dei. Huic autem Christo unice fidendum, eiusq; doctrinæ obediendum. Itaq; errant qui solam Electionem uel prædicat uel iactitant: fidem uero, iustitiae fructus, & preces ardentes ceu inutiles contemnunt. Quasi uero Electio dei iniusta aut temeraria esse possit. Quos (ait Paulus) præsciuit, eosdem et præfiniuit conformes imaginis filij sui &c. De salutatione apostolica in

Electio dei ordi
naria & iusta.Sanctificatio
spiritus.

COMMENT. IN I. EPIST.

PAX.

Paulinis epistolis aliás copiosius. In hac præter communem morem, Pax (ait) multiplicetur: nimirum quod ibi animi pace securitateq; opus est, ubi mala præter solitum afflぐt hominem. Huc pertinet illud saluatoris dictum, In mundo afflictionem habebitis, in me uero pacem.

EXPOSITIO.

CAP. I.

Laudandus est deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui iuxta suam copiosam misericordiam regenuit nos in spem uiuam, per hoc q; resurrexit Iesus Christus ex mortuis in hæreditatem immortalem & in contaminabilem atq; immarcessibilem, conseruatam in cœlis erga uos qui uirtute dei custodimini per fidem ad salutem, quæ in hoc parata est ut patefiat in tempore supremo,

Sacrificium laudis.

Dei nomina.

Misericordia dei.

Renaescens.

Resurreccio.

Immortalitas.

Expositione init negotium, gratulationeq; in animos sese insinuat auditorum. Summa omnium istorum in hoc est. Laudandus est deus qui misericordia sua per Christum redemit nos à morte, uitamq; nobis donauit æternam. Copiosus autem persequitur membra singula, partim ut ipsum dei beneficium commendaret, partim ut consequenti argumentationi uiam sterneret commodam. Principio laudandus est deus inquit, Laudans enim sacrificium noui populi, gratissimum deo sacrificium est, quo si quis non litarit, nequaquam nomine Christi accensendus erit. Deinde per expositionem subiungit, quis sit ille deus, nimirum pater domini nostri Iesu Christi. Qua sententia diuinitatem Christi & personarū demonstrat subsistentiam. Et nomina huius appellations dei, effectione non circumscribunt pleneq; nobis referunt, sed aliquo modo & formula quædam captui humano cōmoda efferunt. Iam & deum esse aliud non est quām beneficium, benignum, bonum, auxiliare, deniq; & uitam & seruatorem esse omnium. Cum ergo istam suam beneficentiam & opes ineffabiles tum maxime mundo prodidit, cum filium unicum in mundum misit, non abs te dicitur pater domini nostri Iesu Christi, ut pote qui se in Christo maxime deum, id est benignum & seruatorem ostēderit. Sed ipse Petrus dilucide iam addit cauſas cur sit laudandus, in quibus simul & diuinæ naturæ declaratur indeſ. Dicit enim, Qui iuxta copiosam suam misericordiā regenuit nos in spem uiuam. Propterea (inquit) laudādus est deus, quod nullis nostris prouocatus meritis, mera & nativa bonitate sua ductus, nos à morte æterna reuocauit ad spem uitæ immortalis. Hæc uero euangeliū summa & scopus est. Vide autem q; grauibus uerbis efferaſ singula. Misericordiæ appositum addit epitheton, copiosam aut multam aut diuitem appellat. Propheta enim, Miserator (inquit) & misericors dominus, longanimes & multum misericors. Non in perpetuum irascetur &c. Psal. 102. Deinde multo uiuidius est, Regenuit nos in spem uiuam: quām si dixisset, Restituit nobis uitam. Principio enim Regenerandi uerbum commonet nos nostræ infirmitatis & miseria. Generat nos Adam, sed ad mortem. Natura enim filij iræ sumus. Regeneratione ergo opus n̄s qui filij hære desq; dei esse debebant. Hanc uero renascēdi potestatē fecit deus omnibus in Christum creditibus: ut diligentius excutitur apud Ioannē in capite primo & tertio. Deinde plus dixit, Regenuit nos in spem uiuam: quām si dixisset, Viuificauit: non tam quod orationis genus dicendiq; figura augustior est, quām quod ipsa res sic enunciata nescio quid magni spirare uidetur. Iam & modum & rationem ostendit per quam firmus renati in spem uiuam, nimirū per id quod deus filium excitauit à mortuis. Resurreccio sane comprehendit totum Christi mysterium. Resurrectione enim declaratur orbi quod peccatum sit expiatum. Nisi enim peccatum expiasset dominus, prævaluisseſ mors peccati poena. Reuixit autem dominus, proinde & mortem & peccatum aboleuit: non quod non fint, sed ne fidelibus noceant, qui iam per viuificam Christi resurrectionem discunt uitam parem iphiſ esse paratam. De qua multis in 1, ad Corinthios capite 15. Porro hic mi-
ra

ra uerborum turba miro incremento loquitur de æterna uita per Christum nobis par-
 ta, quam iam ante uocarat Spem uiuam, nunc hæreditatem uocat immortalē, Græce
 ἀφέπτομεν incorruptibilem, tacita collatione hanc hæreditatem cunctis in orbe præmis-
 p̄ferens. In hoc sæculo nihil tam firmum, pulchrum & desiderabile est quod incorru-
 ptioñis sit exp̄s: hæc sola spes uiuifica & immortalis est. Reliqua duo Paraphrastes sic
 interpretatus est. Manet illa nos felix hæreditas, quæ neq; tædio molestiæ contaminari,
 neq; senio fitiue marcessere possit. Apparet autem postremā metaphoram sumptam
 esse à floribus. Ad superiorem amplificationem pertinet & sequēs, Conseruatam in coe-
 lis erga uos. Hoc autem & excellētiam & certitudinem salutis declarat. Quasi dicit, Nec
 est quod metuamus, ne quis hanc interuertat, aut eam nobis præripiat hæreditatem, aut
 humanis æstimet sensibus, cœlestis & diuina est. Paulus in Colossem, hanc eandem reni
 alijs uerbis ita eloquutus est: Emortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in *Hebreis absco-*
 deo. Et ad Philippenses, Nostra (ait) conueratio in cœlis est, ex quo & seruatore exp̄dere est serua-
 etamus dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut con*re*, ergo abscon-
 forme reddat corpori suo glorioſo &c. Proinde spes nostra, hoc est hæreditas nostra cœ*dita*, id est ser-
 iestis est, æterna. Exuti enim mortali hoc corpore ipsum numen in sua substantia videbi*uata*.
 mus, in sua specie, cumq; uniuersis dotibus opibusq; suis, fruemurq; his omnibus non *De æternauita.*
 parce, sed ad satietatem, non ad fastidium, quod serè comitatur saturitatem, sed ad iucun-
 dam impletionem: quæ quidem minus afficitur tædio quam flamina, dum perpetuo in
 mare influunt, & per terræ abyssum refluent, nullum adserunt hominibus tædium, sed
 commodum potius & gaudium, semper rigando læticando ac noua germina fouen-
 do. Et Seneca de hac alibi multo felicius Theologastris quibusdam differuit. Sequitur
 nunc occupatio. Si enim brauium felicitas & beara uita in cœlis conseruata est, quid in-
 terim nos in terris? quæ hic nobis spes habenda? Custodimur (inquit) uirtute dei per si
 dem, ad salutem. Multa hic nobis mala preferenda pietatis nomine: sed uincunt sancti fi
 de quæ uirtus dei est. Nam & Ioannes, Hæc est uictoria (ait) quæ uicit mundum fides ue-
 stra. Fides in aduersis animat, confirmat, consolatur, erigit & ducit, ne uspiam impinga-
 mus, aut si ruere coepimus, non corruamus, saluteq; excidentes collidamur. Proinde
 dum in humanis agimus nullæ inducæ, nulla pax speranda est. Cæterum ubi feliciter
 hanc absoluimus militiam, tum corona ista immarcessibilis in cœlis reposita imponi *Corona immar-*
 tur uincentibus. Id quod Petrus sic extulit, Quæ in hoc parata est, ut patefiat tempore ex *cesibilis.*
 tremo. Extremum autem tempus animæ respectu est, quum ex humanis excedimus: at
 respectu finis rerum omnium, quum corpora resuscitantur ad iudicium: tum enim æ-
 ternum & animo & corpore uiuent sancti, impij perpetua morte peribunt. Non potui
 hic non annotare Paraphrastis uerè aurea uerba, ista, Nunc latent præmia & sæpe iuxta
 uulgarem æstimationem peius habent qui meliores sunt, & perire uidentur qui maxi-
 me sunt incolumes, & florere uidentur qui maxime pereunt. Hic exercenda pietatis tem-
 pus est, præmio suum præscriptum est tempus, quod non oportet anteuertere. Nobis
 interim sit satis, quod æterna felicitas nobis est in tuto, quam nullus hominum aut dæ-
 monum possit intercipere, modo ne nos deficiat fides, qua neglectis rebus mortalium,
 toti pendeamus à cœlo. Sint interim feroceſ qui deo rebelleſ fidunt mūdi præfidijs, in-
 sulfent interim: cæterum ubi uenerit illa dies uerſis in diuersum rerum uicibus affligen-
 tur illi, uos exultabitis uictores.

in quo exultatis, nunc ad breue tempus, si necesse sit, afflicti in uarijs
 experimentis, quo exploratio fidei uestræ multo pretiosior auro quod
 perit, & tamen per ignem probatur, reperiatur in laudem, & gloriam,
 & honorem, tum cum reuelabitur Iesus Christus.

Fundamentis per superiora iactis, captisq; beatitudinis æternae desiderio lectoribus, *Patientia,*
 superstruit nunc patientiæ præclarum ædificium, per præmia & cœlestia bona ad ipsam
 adhortans. Diximus autem in argumento Patientiam frequentem & celebrem esse hu-
 ius epistolæ locum. Ad hunc porrò modum coharent singula, Dixit immarcessibilem

coronam nobis esse in celis depositam. Huic iam subiungit, In quo (αγαλλασσετε) exulta-
tis, uel (imperandi modo) exultate, deß ir üch frōwen vnd trösten föllend, qui nunç aduersam
fortunam experimini. Cæterum ut breuitas docta argumentatione est referta, ita hica-
liud quoq; à temporis breuitate intertextitur argumentum. Habent mala singula, quan-
tumuis magna sint, finem suum: & totū hoc quod uiuimus tempus quam breuissimum
est. Mala itaq; minus diuturna sunt. Pulcherrime enim Seneca, Propone (ait) profundi
temporis uastitatem & uniuersum complectere: deinde hoc quod ætatem uocamus hu-
manam, compara immenso, uidebis quam exiguum sit quod optamus, quod extendi-
mus. Ex hoc quantum lachrymæ, quantum solitudines occupant, quantum mors an-
tequam ueniat optata, quantum ualetudo, quantum timor, quantū teneri aut rudes aut
inutiles anni: Dimidium ex hoc edormitur. Adiçce labores, luctus, pericula, & intelliges
etiam in longissima uita minimum esse quod uiuitur. Adiçcitur & aliud non minus iu-
cundum & cōsolatione plenum, Si necesse sit. Quasi dicat, Si exigat negotium ipsaq; sa-
lus nostra, breui finiet afflictiones dominus. Fidelis enim deus qui non finit nos tentari
supra id quod possumus. Vel, Afflicti, si opus sit, id est non affixerit dominus nisi profit
uobis afflictio. A causa ergo ductum argumentū. Declaratur autem isto eos errare plu-
rimum qui crucem siue afflictionem inter summa infortunia primā numerant uel non
expectata dei sententia sibiipsis imponunt crucem. Hoc enim crede, si necesse sit, domi-
num nō obdormitur res tuas: tu magis curaueris ut ad afflictionem tuam patienter
feras manum eius, siue ipsa crux multo siue paucō fit ferenda tempore. Ad ἔργον μόνη
illud pertinet, quod afflictiones iam experimenta uocat, ab utilitate argumentas. Locus
autem præsens à Paulo elucidatus legitur ad Rom. 5. Gloriamur super afflictionibus, sci-
entes quod afflictio &c. Nam notissimus alias locus. Quin & consequens ὁ μοίωσις de
auro & igne facit ad expositionem loci præsentis. Quod enim ignis est auro, id afflictio
est fideli. Aurum igne non deperditur, sed probatur purgaturq;. Proinde afflictionibus
non perduntur fideles, sed excoquuntur, in hoc ut sinceri sint in fide. Recte ergo affli-
ctiones uocauit experimenta. Ductum est & hoc argumentum ab utilitate, sed exorna-
tum collatione & allusione. Confertur enim auro fides, quæ & ipsa ut aurum probatur,
atq; hac re auro similis est, sed auro nobilior fides. Aurum sanè pretiosissimum est in re-
bus mortalium, sed longe excellit fides, quæ rerum æternarum est, cum illud caducum
sit, res alioqui perdita & peritura. Erasmus in Chiliadibus, ὁ χρυσὸς θεὸς πυρὶ (ait) δοκιμα-
δεῖς, Aurum igni probatū dicitur is cuius fides rebus aduersis explorata spectataq; est.
Vsipat hanc collationem & D. Petrus apostolus epistola priore πλὺ τιμώτῳ ρωμαϊ-
κῷ απόλλυμά τις πυρός δὲ δοκιμαζούμενός, id est, Multo pretiosius auro quod perditur, siue
auro pestifero, quod tamen per ignem probatur. Est autem hoc auro non citra miracu-
lum peculiare, ut igni non solum non fiat deterius, sed magis ac magis enitescat. Itidem
is qui uere bonus est obiectis malorum procellis illustrat animi uirtutem, non amittit.
Et quæ sequuntur. Hactenus enim Erasmi uerba retulimus. Allusum quoq; ad literas
sanctas. Nam Psalmo 65. Quoniam probasti nos deus (inquit David) igne nos exami-
nasti, sicut examinatur argentū. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dor-
so nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiūmus per ignem & aquam,
& eduxisti nos in refrigerium. Item Zacharie 13, qui locus maxime hoc pertinere uide-
tur, legimus dixisse dominum, Et conuertam manum meam ad paruulos, & erunt in o-
mni terra, dicit dominus. In duas partes diuidentur & deficient, & tertia pars relinque-
tur in ea, & hanc ducam per ignem & excoquam eos sicut excoquitur argentum, & pro-
bablo eam sicut probatur aurum. Porrò id totum (iam iterum deflexit ad utile) in hoc
fit, ut quod hic uidebatur illatum ad dedecus, cedat in laudem, gloriam & honorem.
Habet autem uirtutem aerborum congeries, eximiam significans fore sanctorum glo-
riam, non in hoc mundo, sed tum cum apparuerit saluator Christus. Ioannes enim, Sci-
mus (ait) quoniam si apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est.
Et Paulus, Transfigurabit corpus nostrum humile, ut cōforme reddat corpori suo glo-
tioso. Item, Iustum est apud deum, reddere ijs qui affligunt uos, afflictionem & uobis
relaxa-

relaxationem, &c. Thessalonice. Hactenus animauit afflictos nomine fidei ad patientiam: potissimum autem spem futurorum bonorum proposuit, quæ ut sola fide percipiuntur, ita patientia sola fide animatur.

quem cum non uideritis diligitis, in quem in præsentia, cum non uideatis, credentes tamen exultatis gaudio ineffabili & glorificato, repartantes finem fidei uestræ, salutem animarum,

Nunc ergo de ingenio fidei paucula hæc obiter inserit, ut aditum simul ad approbationē certitudinis fidei paret. Caro experimenta poscit & uisibilibus hæret: Fidei autem *De natura fidei* natura est rebus inuisibilibus, hoc est æternis & diuinis hærete, Paulus em ad Hebreos *dei*. undecimo, Fides (inquit) est substantia rerum sperandarum, argumentum eorum quæ non uidentur. Vbi plura de natura fidei annotauimus. Certe Petrus paucis fidei uim & effectum comprehendit. Principio enim adimit illi sensum animalem & obiectum uisibile, substituens spiritualem & internum adeoq; cœlestem sensum, qui nimirum rebus & uerbis dei æternis, Christum (inquit) non uidistis, sed in præsentiarum, hoc est in mundo oculis carnalibus. Aliás enim nemo nescit & fidei suos esse oculos. Nam in Galatis dicit Paulus, O stulti Galatae, quis uos fascinavit ut non crederetis ueritati? quorum ante oculos Iesus Christus προεγράφη adumbratus, inter quos & crucifixus? Hac ratione *Christus in Cœlo* adest & uidetur Christus in Cœna illa mystica, quæ si tantum pane & uino cōmuni & na contemplatio prophano (ut sic dicam) instruta esset, iam neq; Cœna mystica neque Cœna domini *tione fidei*. dici posset. Iam quæ fides comprehendit, uerè comprehendit, uera enim non falsa comprehendit. Proinde cum in Cœna dominum fidei oculis cōtemplamur, uere utiq; adest in Cœna dominus, uerè inquā ut fidei poscit natura. Quod ergo alij sub uoce Verè corporaliter aut carnaliter subingerūt, de suo contra fidei naturam adiiciunt. Fides sane orthodoxa credit Christum dominum incarnatum, in carne mortuum & resuscitatum, ascendisse ccelos, sedere ad dexteram patris, inde uenturum iudicare uiuos & mortuos. Igitur quoad in hoc mundo agit fidelis, non uidet aut attingit aut manducat Christum corporaliter, id est carnaliter, sed magis spiritualiter. Siquidem ipse Christus apud Ioannem de uera iustitia & fide differens ait, Spiritus sanctus autem arguet mundum de iustitia, quia ad patrem uado, & post hac non (*διωρῆτε*) uidetis, id est uidebitis me. Sed de hac *Tēpus pro tempore* realiās. Deinde fides uera efficit in cordibus fidelium dilectionem cum dei tum proximi. *Hinc enim Petrus*, Quem cum non uideatis (ait) diligitis. Et Paulus ad Galat. 5. In Chri *Dilectio*. sto Iesu neq; circumcisio neq; præputium quicquam ualeat, sed fides per dilectionem γένους ιδειλίου efficax aut agens. Ioannes quoq; dilectionem proximi ex dilectione dei æstimans dicit, Si quis dicit, Diligo deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidit, deum quem non uidit quomodo potest diligere? Præterea pacem & gaudium parit fides in pectoribus fidelium. Nam Petrus, Credentes tamen exultat gaudium, nec uulgari sed ineffabili & glorificato, id est defecato. Gaudia enim mundi uaria disturbant infortunia: at gaudiū fidei nemo hic interturbat. In hoc gaudio omnia pericula contemnentes sancti per patientię & uirtutum tramitatem constanter pergunt ad uitam. Nam fidei finis est æterna uita. Petrus enim, Reportantes (ait) finem fidei ueræ salutem animarum. Ita oportuit & Christum pati & ingredi in gloriam suam. Et in Actis legimus Paulum exhortatum fuisse Antiochenos, & Lystranos Iconiensesq; ut perseverarent in fide, & quod per multas afflictiones oporteat intrare in regnum dei, Acto. 14. Iam ut fide nil uerius, certius & constantius est, ita fine eius æterna uidelicet uita nil certius, uerius præsentiusq;.

de qua salute exquisierunt & scrutati sunt prophetæ, qui de uentura in uos gratia uaticinati sunt, scrutantes ad quem aut cuiusmodi temporis articulum significaret qui in illis erat spiritus Christi, qui priusquam acciderent testabatur uenturas in Christum afflictiones, & quæ essent consequuturæ glorias.

Duo simul hisce absoluit. Differit enim de fidei nostræ veritate ac certitudine, ne affliti timerent se pati propter caussam sive doctrinam prauam. Sed & prophetijs & Christi exemplo docet, nō nisi per aduersa patere aditum ad felices beatasq; sedes. Paraphrastes ista paucis quidem, sed dilucidissime (ut alias ferè omnia) exponit, hisce uestibus, Ingens lucrum est cum iactura caduci corporis seruatur immortalis anima. Sic uisum est æterno consilio dei, ut his rationibus salutem consequeretur homines, quibus & Christus ipse peruenit ad æternam beatitudinem. Neq; enim hæc fortuito geruntur, sed quod nos factum uidimus id prophetæ ueteres, qui multo ante nos uaticinati sunt fore, ut per fidem & euangelicam gratiam absq; legis Mosaicæ præsidio seruaremini, diligenter exquirierunt & scrutati sunt, non contenti tanquam per nebulam uidere, quod esset futurum, sed illud quoq; pia curiositate sciscitati sunt à spiritu Christi, qui iam tum illis arca afflata significabat quid esset passurus Christus, ac mox ad quātam gloriam euenitus, quo uel quali tempore id esset futurum: siquidem ingenti desiderio salutis huius temporis neabantur illorum animi. Tantum Paraphrastes. Sunt autem nobis singula exactius & diligentius excutienda. Nam hic locus maxima firmamēta & mysteria fidei nostræ continentur. Principio quod attinet prophetarum dignitatem & autoritatem, non possum sat

Vnus est spiritus ueteris & noui testamenti. mirari quorundam crassam inscitiam & temeritatem blasphemam, qui cum in prophetis fint inexercitissimi nec in literis apostolorum magis docti, audet tamen sibi censoriam uirgulam in pietatis negotio sumere, pronunciantes duos esse spiritus, duo testimenta, & duplē populi: fortassis addent aliquando ex Cerdone hæreticissimo monstro duos etiam deos, alterum quidem cum priore sæculo crudelius, alterum uero cum posteriore mitius agentem. Quam sententiam opinionemue imp̄ijssimam plane multis in Martione persequutus est eruditissimus Tertullianus doctis in illum libris adit. Evidēt fateor diuersorum spirituum, testamentorum, duplicitisq; populi mentionem fieri in sacris: sed longe alio sensu quam isti intelligent. Isti protinus clamitant ueterem ecclesiam prorsus fuisse carnalem, Christi ecclesiam nouum esse populum, nempe spiritualem. Vetus ergo testamentum carnale esse, nouum autem spirituale. Proinde & spiritum nouum esse datum nobis, de quo scriptum sit, Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Item, Nescitis cuius spiritus sitis, Ceterum non expendunt isti populi Iudaici Testamenti & Legis datæ rationem uim & institutum. Ab initio nullus uel Adæ, Enoch, Noë uel ipsi Abraham præscriptus Ceremoniarum ordo. Primi sacerduli homines nitabantur pollicitationi primis factæ parentibus, Semen mulieris calcabit caput serpentis. Abraham uero & posteris in pauca quædam capita tota religionis summa est coniecta, in hanc nempe, Ego deus tuus & seminis tui post te, Deus integrus. Id uero totum quid erat aliud quam quod nobis in Christianæ fidei summa dicitur, Deus nostri misertus filium suum in mortem pro nobis dedit, ut eius morte seruati & docti posthac uiuamus in nouitate uitæ. Hactenus ergo unus est spiritus & unum testamentum utriusq; populi. Porro ubi uetus illa Adæ, Abraham & omnium ab ortu mundi sanctorum fides & religio in posteris conuictu Aegyptiaco obliterari incepisset, idolatria & corruptis Gentium moribus ceu contagione uitiatis Iudeis, per Moses educti in desertum, ibiq; ad montem Sinai intra ueteris religionis metas ac carceres inclusi sunt Lege scripta. Hæc tabularum erat, ipso dei digito inscripta, quæ & authore Christo & apostolis aliud nihil quam amorem dei & proximi, hoc est ea ipsa religionis capita, quæ supra Abraham diximus esse data, comprehendit, quæ & ipse dominus Iesus & apostoli eius prædicatione & scriptis docuerunt. Hactenus ergo spiritus iterum unus testamentum quoque idem utriusq; populi. Iam uero cum ne lege quidem scripta & absolute omnia quæ ad beatam & honestam uitam sufficere uidebantur comprehende tradenteq; intra ueræ & auitæ religionis limites continerentur, ipsis subinde multis multuantibus, & ad Aegyptiacos mores deficientibus, circumscripti sunt & statutis ritibusq; quibusdam Sacrorum, quos generali uocabulo nominamus Ceremonias.

Hæ ritu quidem & agendi modo carnales sunt, significatione autem spirituales. Porro ipsa lex quæ uoluntas dei est spiritualis est: quatenus ergo carnalis, respectu hominum non dei carnalis est, & sic circa ea parte qua carnalis, non est de substantia (ut aiunt) legis. Neque uero & sancti ceremonijs quicquam tribuerūt. Id cum multis astrui possit prophetarum & historiarū testimonij, unico tamen sed eo per quam claro & efficaci ieremiæ comprobabimus testimonio. In 7. ergo capite dicit, Hęc dicit dominus exercituum deus Israël, Holocaustomata addite uictimis & uestras carnes edite: quia non sum loquutus. *vnd fräßend* cum patribus uestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de uerbo *über fleisch* holocaustatum & uictimarum: sed hoc uerbum præcepi eis, dicens, Audite uocem sc̄lps. Non es u meam & ero uobis deus & uos eritis mihi populus, & ambulate in omni uia quam man̄ rio. *Psal. 49.* daui uobis, ut bene sit uobis. Quid uero his super hac re dici potuit planius? Videmus ergo deo, tum quoq; cum ceremoniæ summo essent in pretio & usu, spiritualem fuisse ecclesiam, carnalem uero non minus tunc quoq; quam nunc exosam. Vetus igitur *Consule Gal. 4.* puls propter figuræ & res istas significatiuas, non à substantia, sed magis accidente Legis dictus est carnalis aut uetus populus. Quis autem tam uæcors ut nunc colligat, ergo tota lex carnalis, ergo populus uetus carnalis. Tunc enim non minus quam nunc spiritu talis & carnalis erat populus. At turbatores nostri neutrum admittunt. Nam ut ueterem ecclesiam prorsus carnalem faciunt, ita contra Paulum 1. Corinth. 10. nostram ecclesiam carne exemptam, prorsus spiritum esse uolunt. Sed redimus. Vnus fuit spiritus sanctorum in lege & ante legem. Cæterum in lege multi erant qui neglecto legis spiritu litem sequerentur occidentem, iij aut dignas luebant poenas. Horum ergo respectu, quin *Confer hec cū* & figurarum caussa pollicebatur dominus spiritum & cor nouum, legem & testamentum *31. ieremias.* nouum: non utiq; nouum & alienum à primario Abrahæ testamēto, aut diuersum à sanctorum spiritu, sed eundem, & hoc uno abundantiorē quo præsentiora nobis sunt ea quæ sancti ueteres expectabant. Eundem ergo spiritum nobis dedit & alium siue nouum. Eundem quia eadem religionis summa: & alium siue nouum, quia alio modo & palam se iam aperit diuina bonitas, adimplens ipsa re per filium incarnatum omnina quæ abauis nostris avisq; promissa. Vides iam unde enatæ sint appellations ueteris & noui testamenti & populi, & quod attinet ipsam testamenti & legis substantiam idem sit utriusq; populi spiritus. Si enim omnino diuersus esset, iam Christus & apostoli perperam nobis Abrahæ & ueterum exempla, immo ipsam fidem proposuissent imitandam. Petrus certè spiritum prophetarum palam hoc in loco spiritum Christi nominat. Apud Lucam durius excipiens intempestiuam discipulorum vindicandi cupiditatem *Luce 9.* dominus, nō damnat Heliæ factum aut spiritum, cum & Baptista dicatur spiritu Heliæ imbuendus, sed zelum nimis præcocem in discipulis culpauit, idq; communi schemate dicens, Nescitis cuius spiritus sitis: pro eo quod est, Nescitis aut certe nō expenditis quo animo ista loquamini. Iam quod apud Ioannem legitur, Nondum erat spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat glorificatus, loquutionis genus est dependens ex consequenti. Hactenus enim spiritus quidem in fidelibus fuerat, sed copiosius & pluribus ab ascensione dabatur credentibus. Vnde & Augustinus questionem super hac re mouens, quo modo negetur fuisse spiritus in sanctis cum post multos alios legamus Simeonem & Zachariam repletos spiritu sancto prophetasse: & responderet, Eundem quidem fuisse spiritum sanctum, sed modū donationis fuisse diuersum. Sed hęc paucis, plura in Actorum capite 2. & Hebr. capite 8. Plura scripsit Tertullianus aduersus Martionem in 4. libro & contra Iudeos. Irenaeus quoq; aduersus Valent. Eusebius item in præfatione Ecclesiasti & historiæ, & Lactantius lib. 4. cap. 20. Symbolum secundo conditum disertis uerbis in hunc modum confitendum docet, πιστεύεις τὸ πνεῦμα τὸ ἀγίον τὸ κύριον, τὸ λαλήσης διοῖ προφητῶν τὸ μέτα καθολικὸν ἐπερσολικὸν ἔνικατον, hoc est, Credo in spiritum sanctum dominum, qui loquutus est per prophetas in unam catholicam & apostolicam ecclesiam. Audis unum atq; eundem esse spiritum qui per prophetas loquatur in unam generalem ecclesiam, olim quidem à prophetis nunc ab apostolis uerbo ueritatis qui sancti spiritus instinctus est, collectam. Cæterum qui lepidum istud de duplice spiritu

commentum obtinunt simplicioribus, aliud uolunt quām quod suauia aliās & hypo critica uerba prima fronte pollicentur. Res enim moliūtur nouas, nouam ecclesiam colligere cogitant, ē qua magistratum expellant & se rerum dominos in ea cōstituant: ideo enim ministerium uerbi nostri, quod tamen non nostrū sed dei est, 'omnemēp̄ sancti magistratus administrationem in unitate & disciplina ecclesiastica conseruāda & instituenda, condemnant. Sed pereat maligni spiritus cōfūlum, nos iam ad nostra redimus. Quæ Euangelium ex prophetæ nobis protulere ex spiritu dei non animi sui libidine prodiderunt. Prodiderunt autem totam hanc euangeliū de salute æterna per Christum cōsequenda rationem, quam Petrus hic salutem, mox gratiam (*ein früntlichen handel Gottes*) appellat. Salus enim gratuito nobis per redemptionem Christi contingit. Nec uulgariter aut per trāsennam salutis mysteria nobis contemplanda proposuerunt sed exactissime. Rerum etenim diuinarum sitientissimi salutis mysteria exquirebant & scrutabantur. Siquidem Daniel non postremus inter prophetas primarios illa de re uir desideriorum à domino appellatus est, certè quod nihil magis desideraret quām rerum diuinarum & salutis ueræ cognitio nem, quæ & illi pro uoto præ cæteris contigit.

Capita religio nis Christianæ.

De Messiae tem poribus.

Isaiæ 11.

Mosi testimo ni lib. 1. cap. 4.

Alij, licet Leui tæ effent, dice bantur tamen stirps Iuda.

Ioseph. Antiq. lib. 14. cap. ult.

Pedes in Danie

Cæterum tria subiicit per consequentia rerum capita, sed ea in quibus fidei Christianæ comprehenditur summa, quæ prophetæ studiose à numine exquisierint orbiq̄ scripro ceu per manus tradiderint. Primum, Ad quem aut cuiusmodi temporis articulum salus per Christum esset peragenda: quando aut quibus temporibus esset uenturus. Secundum, Quas afflictiones esset subiturus. Tertium, Quomodo glorificandus. De fini gulis sigillatim dicemus. Principio quod tempora Christi attinet clarissima extant prophetarum testimonia, Iacob enim patriarcha apud Mosen Gene. 49. Non auferetur (*inquit*) sceptrum de Iuda, & legislator de medio pedum eius, donec ueniat qui mittendus est, & ad eum erit expectatio Gentium. Eam prophetiam Onkelus Syrus interpres ad hunc modum, interprete Pellicano nostro, exposuit, Non recedet potestas regia de domo Dauid, & scriba de filiis filiorū eius usq; in sacerdū, quo usq; ueniat Messias cuius est regnum, & ad eum obedientiam præstabant Gentes. Eusebius uero Ecclesiast. historiæ

rum genere ortus regnum obtinuerit Gentis Iudaicæ, exponit. Sed & pleriq; ecclesiastorum scriptorum ad eum modum interpretarunt. Cæterum huic expositioni aduersatur quod apud Ieremiam in cap. 22. diuina sententia in Iechoniam ita pronunciatur, Sic dixit dominus, Scribite uirum istum orbatum sine herede, uirum qui non prosperabitur in diebus suis, quia non prosperabitur à semine eius uir sedens super solium Dauid, & dominans adhuc in Iuda. At Christus dominus intra 670. plus minūsue annos nondum adueniebat, & intra hos nullus legitur dignitate potestateq; regia regnasse in solio David super Iuda. Quod enim de Machabæorum dominio multa legūtut, ad rem præsentem nihil pertinent. Machabæi enim de stirpe Leuitica prognati erant. Proinde claret iam quod in fine regni Babylonici prophetia Iacob de sceptro auferendo expleta fit. Nam in Iechonia abrogata est dignitas regia domui Iuda: sed nondum interim nascebatur Schilo Messias Christus dominus. Quid ergo dicemus cum videamus Eusebianam expositionem parum habere firmamenti? Certe expendenti ista diligentius duo occurserunt, quæ hic opponi posse uidebantur. Prius, prophetiam Iacob nō modo de sceptro sed lege quoq; siue legislatore auferendo differere. Porro legislatorem quem Iacob uocauit ηγετης etiam doctū in lege, scribam, & νομοφύλακα iudicem uirumq; primarium appellant literæ sanctæ. Tales uero nunquam defuerunt tribui Iuda à reædificata urbe

tus sanguine regio. Nam Matthæo indice filius fuit Salathiel qui rege Iechonia erat natus significat post. Proinde non frustra crediderim pedum & ηγετης in uaticinio Iacob fieri mentiones regno= nem. Voluit enim significare primo quidem regiam dignitatem fore conculcandā: dein rum partes. de uero ē conculcatis reliqujs exorituros duces & uitros in sanctitate primarios, ē quibus

bus deinde nasciturus sit Schilo, tum quidem cum turbatis rebus mortaliū rerum summa totiusq; Iudaicæ gentis imperium ad alienigenam fuerit deuolutum. Quod à Babylonica captiuitate ad Herodis usq; tempora completum esse comprobabimus, ubi prius istud annotauerimus istis palam probari regnum Christi non fore carnale. Videmus enim carnalia in regno Iudei omnia esse abrogata priusquam adueniret rex uerus & æternus. Iam uero ad superiorum confirmationem expositionemq; faciunt ea quæ dicuntur alibi à prophetis alijs. Haggei ultimo legimus: In die illo dixit dominus exercituum, ac- Haggei.
 cipiam te Zorobabel filium Salathiel, seruum meum, dixit dominus, & ponam te sicut annulum, quia te elegi. In die inquam illo quo commouebo cœlum & terram & omnes Gentes, hoc est, quo primaria regna mudi inter se committam, Perfico Macedonicum, Macedonicō Romanū: in istis inquam turbis te & posteritatem tuam seruabo. Te enim elegi, ut sis annulus signatorius, hoc est ille per quem ueritatem promissionis meæ obfignem. Id est, te elegi ut ex te nascatur Christus secundum carnem, qui omnibus satisfa-
 cit quæ in lege & prophetis promisi. Daniel autem clarius in 2. cap. In diebus autem re Daniel.
 gnorum illorum (inquit) suscitabit deus cœli regnum quod in æternum non dissipabi-
 tur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Commuinuet autem & consumet uniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternū. Vide obsecro consonantia prophetalem, etiam Sub Romano
 Daniel. In diebus (ait) regnorum, uidelicet Macedonici & Romani, quæ paulò ante po- imperio natus
 stremo loco recensuerat, suscitabit deus regnum Christi æternū, quod omnia alia com- Christus.
 minuet. Superius enim mentionem fecit cuiusdā lapidis sine manibus abscissi de mon-
 te, qui immensus regnis omnia comminuerit. Quis uero hic lapis? Respondeant prophetae Isiae 23.
 tæ alijs, respondeant euangelistæ. Christus dominus est lapis iste cœlo descendens, ex uitæ Psal. 117.
 gine natus, qui cœlesti uirtute citra humanam opem sibi totum subdidit orbem. Similia Matth. 21.
 his inuenies & apud Zachariam in 6. cap. Posteaquā enim monarchiarum conflictum Lucæ 2.
 exactius & copiosius quam Haggeus pinxit, tandem ad Iesum sacerdotem ac Zoro- Zacharias.
 babelem perueniens, ita ad hunc dei iussu loquitur, Sic dicit dominus exercituum dicens,
 Ecce uitæ גַּם Germen (alijs Oriens) nomen eius, & sub eo germē erit, & ædificabit tem-
 plum domini. Et ipse ædificabit templum domini, & ipse portabit decorem & sedebit et
 dominabitur super solio suo, & erit sacerdos super solium suum, & consilium pacis erit
 inter ambos. Quibus nihil potuit ad rem præsentem dici quadratius. Videmus coram Christus à tem-
 quomodo subuerso Iudei solio, subrepserit è reliquijs iste Zorobabel, è quo tandem com- poribus Adæ di-
 missis inter se regnis & se mutuo lacerantibus Romanisq; superantibus, nascitur Chri- clus עִמָּךְ Sem-
 stus uerus rex & sacerdos. Zorobabel dicitur עִמָּךְ germen, quia de stirpe Dauid. Ex men, a temporis
 hoc germine orietur (ait) aliud germē, illud uidelicet de quo Ieremias in 23. Ecce dies ue- bus Dauid
 nient & suscitabo Dauidi צָדְקָה צְדָקָה germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit. Et גַּם Germen
 Zorobabel quidem ædificauit templum domini. Sed propter Christum eadem sententia repetitur, Et ipse ædificabit templum domini, illud nimirum de quo Haggeus, Et ue- propter pro-
 nient cum desiderabilibus omnes Gentes, & implebo domum istam gloria, dixit domi- missiones.
 nus exercituum. Maior erit gloria domus istius posterioris quam prioris, dixit dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dixit dominus exercituum. Id quod Iudei nun-
 quam possunt ostendere impletum esse carnaliter. In ecclesia autem nostra abunde præ-
 stit omnia deus, in qua simul & rex & sacerdos est Iesus Christus dominus noster, qui &
 sibi ex Iudeis & Gentibus ecclesiam delegit macula & ruga carentem. Et ut nulla erat in-
 ter Iesum & Zorobabelem æmulatio, ita nulla cogitanda est inter patrem & filium. Ex
 his (opinor) intelligere licet quod tametsi sceptrum à Iudea sub monarchia Babylonica
 ablatum, attamen בְּקַרְבָּן è medio pedum Iudea non sit sublatum, donec rerum summa
 ad Herodem Ascolonitam deuoluta, è tribu Iudea nasceretur Christus dominus, qui &
 rex & sacerdos regnauit in solio Dauid patris sui. Atq; hæc quidem priorem arbitratus
 esse rationem qua difficultas uaticinij Iacob, & contraria Ieremiæ sententia, supera-
 tri atq; explicari possit.

Sequitur iam ratio posterior. Daniel, qui merito desideriorū vir cognominatur, scri- Danielis hebreo
 tans res populi dei futuras & præterita expendens, animo consternatus quod uideret madæ exponun-
 tri atq; explicari possit.

omnes serè prophetias ueteres impletas, in summum uenit discrimin. Legens enim Iere
miae uaticiniū consyderans c̄p quod sceptrū à Iuda esset ablatum, & quod LXX. anni ca-
ptiuitatis iam essent exacti, interim uero populus Iudea nihilominus oppressus ageret in
ter idololatras, Hierusalem iaceret uastata, regni & gentis suę gloria interis et prorsus, ad
deum conuersus & in orationem ardentissimam profusus, quę 9. cap. Danielis contine-
tur, orat dominum, ut secundum promissiones suas populum reducat, Hierusalem resti-
tuat, idc̄p (לְמִצְרַיִם) id est propter dominum, Christum intelligens, quem David in

*Quia de lum-
bis eius natus
uerus homo, et
tamen dominus
uerus. Matt. 22,*

Psal. 109. Dominū suum appellat. Non (ait Daniel) propter nosipso restitue nos, sed
propter Christū dominū, nempe ut per hunc toti orbi exhibeas quod pollicitus es. Nisi
enim populū tuū reducas, nisi urbem restituas, quomodo exhibit lex de Zion & uerbum
domini de Hierusalem? quomodo implebuntur ea quę promisisti per prophetas? lam
ergo exauditi à deo meretur, qui ardentissimis uotis, non suam sed dei quarebat gloriā.
Itaq; protinus ipsi astat angelus Gabriel expositus fata populi Iudaici, nēpe quod re-
ducendus, quod Hierusalem ædificanda: deinde quod destinato tempore adducenda sit
עַל־מִזְבֵּחַ iustitia sacerdotum, id est Christus qui est omnium sacerdotū & sanctorum
ab exordio mundi ad finem usq; iustitia & sanctificatio, per quę uisio & prophetia à deo
obsignatur, id est, per quem rata effecit deus quæcumq; prædictis per os omnium sancto-
rum suorum prophetarum. Præsupposito itaq; eo quod populus reducendus & urbs re-
stituenda adeoq; iam iam restituta sit, consequētibus differit de temporibus Christi. Pri-
us in genere proposuerat hebdomades LXX. hoc est, dixerat Iudaico populo totidem re-
stare hebdomades ab urbe restituta ad excidiū usq; cum gentis tum urbis, intra quas ta-
men omnia essent adimplenda quę de Christo prædixerant prophetæ: nunc ergo spe-
ciatim differit de singulis, & principio de temporibus Messiae quando fit uenturus, dia-
cens, Scito ergo & animaduerte quod ab exitu uerbi, ut redeatur & ædificetur Hierusalē
usq; ad *בָּשָׂרֶה אֲזִירָה* CHRISTVM principem hebdomades septem & hebdomades sexagin-
ta duæ. Ceterum propheta hebdomades annorum intelligit. Septuaginta autem hebdoma-
des efficiunt annos 490. Hic uero ab urbe reædificata ad Christū usq; non 70. sed 69. nume-
rantur hebdomades. Nam 7. & 62. conficiunt 69. Remanet ergo ad alia tempora, ultima
illa & unica nempe septuagesima hebdomas: at intra 32. Darij annum & 42. Augusti, ue-
luti limites & septa, currit præsens 69. hebdomadū computatio. Daniel enim ab exitu (ait)
uerbi ut ædificetur Hierusalem, usq; ad Christū hebdomades 69. Est autem notandum lo-
quutionis genus, Ab exitu uerbi, ut restituatur Hierusalem. Id enim pollet, quasi dicas Ger-
manice, wenn sich verlossen das Jerusalem gebuwen. Hoc autem factum legimus 32. Darij His-
taspis anno, Nehem. 5. Quibus & Iosephus consentiens dicit Nehemiam opus sustinuisse
per annos duodecim. Cum ergo 20. Darij Artaxerxis (quod omnium Perseiorū regum,
ut Aegyptiorum Ptolomæus ac Pharao, Romanorum Cæsar, Palæstinorum uero Abi-
melech, cognomen erat) anno Nehemias manumissus fit, ut extat Nehe. 2. duodecim au-
tem annos impenderit urbi restituenda, certe 32. Darij Histaspis aut Artaxerxis anno o-
pus absolvit. Nunc ergo Daniel hoc dicit, Numerabis à 32. Darij anno hebdomades 69.
id est annos 483. totidem enim annos efficiunt 69. per septenarium numerum multipli-
ca ta, & habebis annos Natuitatis Christi certos. Videamus iam temporum ex Chronicis
rationem quomodo isti concinant uaticinio. 32. annus Darij incidit in 3. annum Olym-
piadis 72. Olympias autem habet annos 4. Porro 42. Augusti annus quo natus est Chri-
stus incidit in 3. annū Olympiadis 194. Tolle iam ab his 194. Olympiades 72. superiores,
& remanebunt Olympiades 122. Porro 122. per quaternarium numerū multiplicata con-
stituunt annos 488. certe 69. hebdomadum annos, 5. duntaxat annis superantibus. Nam
69. hebdomades efficiunt tantum 483. annos. Verum exiguis hic s. annorum numerus
superans nihil potest expositioni huic aliás sibi probe constanti, simplici, claræ ac ueræ
dubij ingerere. Scripsimus ante annos aliquot De hebdomadis hisce opusculum, sed in
terim uaria experientia in primis autem D. Theodori Bibliandri præceptoris nostri fide-
lissimi doctissimi c̄p institutione & opera didici nullam supputationem certiorem esse,
quam quę fiat per Olympiades. Illa ergo quę tum scribebam ad ista nunc exigi & con-
ferri

Leuit. 25.

ferri adeoçp ex hisce sarciri & emendari uolo. Quod attinet ad rem præsentem, abunde præstatum fætumçp opinor per Danielis diligentiam, quod quisquam desiderare poterat in subobscuro lacobi apud Mosen ænigmate. Opinor & illud luce clarius esse expofitum, quod Petrus dixit prophetas scrutatos esse ad quem aut cuiusmodi temporis articulum uenturus esset Christus. Haec tenus enim audiuimus quanta sedulitate, certitudine & diligentia in hacre indaganda laborarint Moses, Daniel, Hageus & Zacharias, qui & ipsum punctum aduentus Christi acu (ut dicitur) attigerunt.

Sed quia semel cœpimus Hebdomadas Danielis obiter enarrare, addamus & ultimam illam, hoc est septuagesimam, ut ex illa id quoq; colliquescat quod etiam hic propheta uenturas (ut Petrus ait) in Christum afflictiones admiranda claritate prædixerit, *De passione et gloria Christi ex prophetis.*

Sequitur igitur, Et post hebdomades sexagintaduas (iam omittit minorem numerum, qui tamen subintelligendus est) occidetur Christus (נִצָּחָה) & nihil ei, intellige habebunt quod impingant meriti. Haec tenus de temporis articulo quo Christus erat uenturus scripsit, nūc de Christo ipso, de populi peccato & excidio dicet. Hoc autem de Christo dicit. Exactis hebdomadis istis 69. in postrema ista & ultima hebdomada occidetur Christus. Nam in posteriori versu clarius subditur, Confirmabit autem pactum multis Multis quia Gē hebdomada una. Vbi maxime loquutionis genus obseruandum est. Hebdomadi enim tibus quoq; & uidetur tribuere quod re uera Christi est, qui morte sua (ut in Hebræis disputat Paulus) omnibus credere testamentum confirmavit. Sed & nobis in usu est loqui, Hic annus felix erit aut abundantib; Matt. 26. dabit frugum copiam. Porrò hæc septimana pertingit à nativitate ad excidium. Increduli se ex usq; urbis & gentis. Aliam enim rationem à superioribus habere uidetur. Nec enim includunt, tegra nec dimidia tantū annos quinq; habet, quæ si ducatur per denarium fient anni 70. intra quos Christus absoluit tempus dispensationis, & Iudæi mensuram peccatorum, ut post dirutum templum & urbem solo æquatam obtingeret ab Isaia & alijs intentata repudiatio. Iam si per Olympiades 70. annorum inquiras numerum, dices omnia sibi pulchre constare. Diximus enim Christum natum esse tertio anno Olympiadis 194. cæterum cōstat templum & urbem Hierosolymorum diruta esse secundo Vespasiani Cæsaris anno, qui secundus annus erat Olympiadis 82. numerantur ergo à nato Christo ad urbis excidium Olympiades 18. quæ efficiunt annos 72. hoc est, ultimam istam hebdomadam uno atq; altero duntaxat anno superante. Totidem fermè colliguntur anni si per Cæsarum quoq; annos suppurationem instituas. Tam probe sibi constant & certa sunt dei oracula. Illud uero in primis lepidum est quod hæc ipsam Septimanam dividit, ita ut dimidiata Christo, & dimidiata populo & urbi seruiat. Intra triginta tres annos absoluit Christus cursum suum. In mortem enim à popularibus suis traditus præter meritum, uel ipso iudice Pilato attestante, Nihil criminis inuenio in hoc homine; dei tamen dispensatione propter peccata mudi expianda, in crucem adactus, clamauit, Consummatū est, inclinatoçp capite emisit spiritum. Protinus autem atq; hæc facta, scissum est uelum templi à summo usq; deorsum: ut uel hisce signis prodigijsçp deus attestaretur duriceruicibus Iudæis per hostiam filij abrogata iam esse omnia typica sacrificia. Reète ergo Daniel, In dimidio (inquit) hebdomadis cessabit hostia & sacrificiū. Sed dum illi constanter pergerent sancta quidem olim at nunc nephanda & abominanda offerre sacrificia, præterea & sanctos Christi persequerentur, in exilium pellerent, & multos interimerent, longanimitate sua ad penitentiam uocauit eos dominus, per residuos huīus hebdomadis trintas septem annos, imò & minis ab concepta absterruit pertinacia. Siquidem בְּנֵי יִשְׂרָאֵל (ait propheta) id est, Et super alam pinnam siue portam abominationum uastator (intellige) erit. Vocat autem templum ipsum quod haec tenus sanctum dicebatur abominationes. Abominabatur enim ea dominus quæ à morte Christi secundum legem in templo fiebant. Ergo prodigio quodā super pinnam siue portam templi per procuratorem Iudææ Pilatum curauit statui uastatorem, id est signum uastationis. Legimus enim in historijs Pilatum portæ templi dominici auream imposuisse Aquilam. Porrò Aquila Romanorum intersigne signum erat furoris diuiní, portendens Romanos & templum & urbem occupaturos ni cœptis desisterent, Chri

*Cursus et mors
Christi.*

*Vastatio tem-
pli & urbis.*

stumq; domini susciperent. Sed nequicquam moniti perrexere patrum mensuram im-
plere: proinde deus iusta ira commotus & templum & urbem & Gentem funditus exci-
dit, ueluti immisso diluvio. Idq; totum fecit per principalem populū uenientem (iuxta
Balaam uaticinium) ex Italia. Nec primo protinus aggressu istos unica strage extinxit,
sed per uarias calamitates, turbarum, seditionis, coniurationis, famis & pestilentiae per
annos 35. uexatos, ad finem demum belli excidit: nimirū in uindictam omnis effusi san-
guinis iusti prophetarum, apostolorum ac Christi domini potissimum, & ut reliqujs

Abrogatio le- Iudæorum palam declararet, quod Messiam miserit pollicitum, qui legem adimplens,
summam religionis intra fidei & charitatis limites constituerit, abrogatis simul ceremo-
nijs sive sacris carnalibus templi omnibus. Iccirco enim oportuit post conculcatum sa-
cerdotium & regnū ne templi quidem ruinas posteris superstites remanere. Et hæc qui-
dem copiosius, sed non abs re & citra lectorum (ni fallar) insignem utilitatem huiusq;
loci luculentam explanationem. Audiuius enim quæ hic propheta Christo præscri-
pserit tempora, & quod passibilem fore prædixerit.

Gloria Christi Addamus iam ex eodē hoc propheta, quas ille prædixerit consecuturas Christi mor-
tem glorias. In 7. capite, Aspiciebam (inquit) in uisione noctis, & ecce cum nubibus cœ-
li quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & adductus est in
conspectum eius. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tri-
bus & linguae seruient ei: potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum
eius non corrupetur. Testimonium hoc secundum est, & præter id quod diserte lo-
quitur de consecutra gloria Christi, totum penè Christi mysterium perstringit. Initio
enim pulchre notatur utraq; Christi indoles diuina & humana. Secundum diuinam ue-
nit ad antiquum dierum, id est similis sive coæqualis est patri. Neq; enim ea loquutio lo-
caliter exponenda est, non tamen citra *ἴθοπτην*. Illa porrò similitudinem habet: ut cum La-
tinus dicit, Accedit ad hoc, hoc est, huic non dissimile est. Itaq; Christus secundum diui-
nam naturā patri coæqualis est. Vnde à Ioanne uerbū dei, à Paulo uero character & ima-
go substantiæ dei, item in forma dei & deo æqualis esse dicitur. Secundum humanam na-
turam uerus & perfectus homo est. Hinc enim non dicitur homo, sed filius hominis.
Quare Christus dicit Multi homines: ita plus dixit qui ait Filius hominis, quæm qui
in Euangelio dicit enim comprehendit tacitum quendam genium omnibus insitum indelemq; humanæ
catur filius ho- nature & miseria. Verum igitur & perfectum hominem fatetur Christum Daniel cum
filiū hominis appellat. Id quod Paulus dilucidioribus uerbis ita extulit, Ex inaniuit se
ipsam forma serui sumpta in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut
homo. Ceterum homo factus est ut haberet quod pro homine offerret. Id ubi explessit,
& unica hostia æternam redemptionem inuenisset, cōsedit ad dexteram patris, inde uen-
turus iudicare, & approbare omnibus impijs iustitiam & innocētiā & gloriam suam.
Matth. 26. Vnde corām Caiapha confitens & uarias ab impijs contumelias perpetiens, tandem
ad præsens testimonium prophetæ allufit & dixit, Ammodo videbitis filium hominis
sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli, Crucem ergo Christi illa in
primis gloria est consequuta, quod rediuius cœlos ascendit, quod in cœlis sedet ad de-
xteram patris. Porrò iudicio futuro maxime declarabit gloriam suam, quod patri coæ-
qualis, quod unus solus & æternus deus sit cum patre & spiritu sancto: quin & ipsi, ubi
finis appetierit omniū, subdētur omnia, hoc est ipsi subiūcietur potestas aduersaria, eaq;
tormentis excruciat per perpetuis, ipse uero unā cum sanctis suis æternum regnabit.
Hæc ex Daniele.

Zacharias de Subiūciemus iam & alia prophetarum de passione & gloria Christi testimonia, nec
passione et glo quælibet nec vulgaria, sed dilucida, præclara & certissima quidem illa. Apud Zachariam
in cap. 3. ita de Iesu sacerdote magno differitur ut pleraq; & Christo domino competit,
quia uero prorsus fibi habeat peculiaria Iesus sacerdos. In his uero hic illius gesit
typum. Intentatur Iesu à satana crimen. Tentatum & saluatorem nostrum à satana re-
fert

fert historia euangelica. Crimen intentatum erat sordida uestis. Hac significabatur incarnationis Christi. Speciem enim serui suscepit dominus: & caro eius cum reuera purissima & sanctissima esset, peccati caro uisa, Satanæ spem iniecit, fore ut non nihil fibi iuris in *i. Ioan. 14.* ipsum esset reliquum. Sed nihil inuenit in eo. Etsi enim torris & nostri similis factus sit, concupiscentia tamen non ambustus, sed in ara crucis crematus morte sua nos ab aeterna morte redemit. Hæc de incarnatione & passione domini: nunc de glorificatione. Austerite (inquit dominus) uestimenta sordida ab eo. Ecce abstuli à te iniquitatem tuam & indui te (גְּדוֹלָה) puris uestimentis. Christus dominus de spiritu sancto conceptus, peccatum non habuit, nec dolus inuentus est in ore eius, Dominus autem imposuit ei omnia delicta nostra. Oblatus est ergo, ut peccata mundi expiaret. Qua re absoluta tertia die rediuius apparuit discipulis, non iam mortalem, sed clarificatam carnem habens. Præterea & Cidaris munda & corona aurea imposta est capiti eius. Deus enim dedit illi non men quod est supra omne nomen, &c. *Philip. 2.* Quod autem hic sit post historiam sensus genuinus, comprobabunt uerba consequentia. Sequitur enim, Audi quæso Iesu sacerdos magne, tu, & amici tui sedentes coram ter quia viri portendentes sunt. Ecce enim ego adducam seruum meum Germē. Quia ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem unum septem oculi: ecce ego cælabo sculpturam eius, dixit dominus exercituum, et delebo iniquitatem terræ, in die uno, Iesum & amicos, id est consacerdotes, palam nominat uiros portenti. Omnes enim sacerdotes Aharonici typi fuerunt sacerdotij Christi. *Isiae 9.* Quin & planius se exponens addit, Ecce adducam eum in quem omnium oculi sunt intenti, qui in crucem adactus, uno die et una hostia omnium peccata auferet, Christum significans dominum, quem primo seruum uocat, sic ut *Isaias* in *cap. 42.* quem locum citauit & *Matth.* in *cap. 11.* Secundo appellat ipsum germen, de quo paulo ante diximus. Tertio lapidem, propter firmitatem, sicut & *Isaias* & *Daniel.* Super hūc lapidem unum, id est primarium, dicit fuisse oculos septem: id est, in Christum esse omnium prophetarum & sanctorum oculos intentos. Omnium enim sæculorum firmitas et salus est Christus. Et R. David Kymhi recte diuinat septenarium numerum perfectionis esse. Porro hunc lapidem sculpsit deus, quando clavis cruci affixus est Christus. Tūc uero uno die & unica hostia perfectos effecit in perpetuum eos qui sanctificantur. De qua re copiosissime disputauit ad *Hebræos* Apostolus. In 13, huius prophetæ capite pater per prosopopœiam ad gladium, Gladie (inquit) excitare super pastorem meum, Christum significans, qui ex hoc loco apud Ioannem in 10. pastorem se ouium dicit, propter assumptam naturam humanam & dispensationis mysterium. Sed aliud quoq; in Christo excellētius est, Sequitur enim, גְּדוֹלָה Et super uirum coherentem mihi siue cognatum siue Expressum diuinum coæqualem meum, Christus enim secundum diuinam naturam patri coæqualis est, æternus, immortalis: sed secundum naturam humanam passibilis. Proinde additur, Per testimonium.

qui ubi prouidetia dei filio esset immisus, dispersi discipuli, solum in afflictione reliquerunt dominum. De qua re apud *Matth.* in 26. cap. plura. Adderem his s; *Isiae* caput clarissime de passione & gloria Christi conscriptum, nisi non multis ante diebus in s. cap. *Act.* Aposto, conscribens Commentarium paraphrasi exposuisset. Ex *Psalmis* si post tot clara testimonia requiris plura, extat inter alios de Christi dispensatione & mysterio testificans 2, 15, 22, & 109. Hæc autem in hoc exposui uerbofius, ut uideres quomodo spiritus Christi ipsum aduentus Christi articulum, passionem & gloriam, per prophetas orbis explanari. Vnde iam colligimus religionem Christianam longe certissimam & uerisimilam esse, utpote quæ tantis, tam doctis, tam sanctis, tamq; uetusq; nitatur testibus. Cetera uero quæ ad Petri pertinent consilium exposuimus in capite huius disputationis, iam ad uerba Petri redimus.

quibus & illud reuelatum est, quod haud sibi ipsis, immo nobis ministrarent hæc quæ nunc annunciatæ sunt uobis, per eos qui uobis prædicauerunt euangelium per spiritum sanctum emissum è cœlo, in quæ

desiderant angeli prospicere.

Quod prophete Plures expositiones in Annotationibus suis recensuit Erasmus: sed occupatio est. **Re-
ta nobis scripsit** spondet enim illis qui prophetarum scripta nihil ad se pertinere & veteri duntaxat por-
tint.

Ioan. 10. 14.
Acto. 2.

Evangeliū San-
cotorū delicie.

aut sui duntaxat temporis hominibus consulerent, sed ut omnem posteritatem erudi-
rent. Sic & Paulus, Quæ cunq; (ait) scripta sunt, in nostram doctrinam scripta sunt, ut
per consolationem scripturarum spem habeamus. Et in Actis caussam agens coram re-
ge Agrippa, Nihil (inquit) extra id doceo, quod prius docuerunt prophetæ & Moses,
Actorum 26. Eodē ergo spiritu profecta sunt quæ scripsere & egere post prophetas apo-
stoli. De prophetis eñi audiuimus, quod spiritus Christi fuerit in eis. De apostolis nunc
audimus quod ea annunciarint quæ prius reuelata sint prophetis. Nam quæ illi dixerūt
uentura, hi uenisse & expleta testantur, idēq; spiritus sancti opera, qui iuxta euangelicam
historiam non multis ab ascensione Christi diebus apostolis datus est, nimirum ut cœ-
lesti uirtute roborati euangelium hoc prædicarent toti orbi: iam quæ ad finem adiecta
est sententia, In quæ desiderant angeli prospicere, hyperocham & tacitam quandam col-
lationem habet, sed ad maximam euangeliū, hoc est negotiū Christi commendationem
facit. Egregie enim Paraphrastes, Hæc tam (ait) ineffabili dei consilio gesta, non mirum
si prophetæ concupiscebant cernere, cum etiam ipsis angelis sit admodum iucundum
gratiumq; spectaculum, cuius contemplatione non queunt expleri. Certe inuenias non
raro in sacris veteres patriarchas & prophetas maximo animi desiderio Christi exoptas-
se aduentum. Et Christus hoc nomine beatos dixit apostolos, quorum oculi uiderint
quæ multi reges & prophetæ uiri utiq; primarij & eruditij cupierint uidere, sed non ui-
deront. Simeon ille pius & iustus senex pusionem suscipiens Iesum in uinas, hibi toniq;
mundo congratulans clamat, Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum
tuum in pace. Quia uiderūt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium
populorum &c.

Quapropter succincti lumbis mentis uelstræ, sobrij, perfecte sperate
in eam quæ ad uos defertur gratiam, dum uobis patefit Iesus Christus,
tanquam filij obedientes ut non accommodetis uos pristinis concipi-
scenq;is, quibus dum adhuc ignoraretis Christū agebamini, sed quem-
admodum is qui uos uocauit sanctus est, ita ipsi quoq; sancti in omni
conuersatione reddamini, propterea quod scriptum est, Sancti estote,
nam ego sanctus sum.

Vera & synec-
ra fides.

Demonstrata ex prophetarum testimonio religionis Christianæ fideiç; certitudine,
& quod fatali quadam necessitate imò paterno dei consilio ad exemplum capitatis Chri-
sti, omnia eius membra sint affligenda: iam infert, Contempta igitur afflictione in uer-
itate firmi persistite. Huic tamen illationi aliud iam institutum appendit. Deslegit enim
ad innocentiam uitæ, ad quam miris modis incitat credentes: quod sine hac fides esse ne
queat, sed & patientia nulla esse possit. Oratio autem mira copia miraç; exornatione est
uariegata, præterea & occulto spiritus afflatu uegeta floridaç;. Cum enim paucis potuiss-
set sic collegisse, Igitur cum hæc ita habeant, & uideatis quid frugis ferat patientia, & q
certa sit ea spes cuius gratia affligimini, immobiles in ueritate perstare: maluit tamen hoc
posterioris omni diligentia per figuræ orationis exornatum proferre. Principio enim uitæ
metaphora transumpta ab ijs qui impedimentis omnibus positis expediti accingunt
tur itineri. Aperitur autem metaphora per unicam uoculam adiectam. Lumbos enim
non corporis, sed mentis dixit, à corpore ad animum transiens. Tertullianus 4. adver-
sus Martionem libro, Succingere (inquit) debemus lumbos, id est expediti esse ab im-
pedimentis lacinijs uitæ & implicitæ. Item lucernas ardentes habere, id est, mentes à fi-
de accensas, & operibus ueritatis relucentes, atq; ita expectare dominū, id est Christum.
Breuiiter, Succincti lumbis sunt, qui omnia animo impedimenta ueritatis deposituere, ro-
tumq;

tumqe deo animum deuouere soli. Sequitur enim quod exponat, *vñφοντες*, id est sobrij si ue uigiles: hoc est, succincti lumbis sunt, qui uigiles siue sobrij, ueternum carnis excusse runt, & humanz sapientz crapulam edormierunt. Porro id tum sit, cum *τὸ λειωσε*, id est, perfecte fidimus euangelio, quod gratiam dei nobis nunciat, ex qua nobis donatus est filius dei. Iterum enim sequitur expositio, *ψὺ χρησαλύνθε τοσδέ χρισθε*, id est, Per reuelationem Iesu Christi: siue ut Erasmus uertit significatiu*s*. Dum nobis patefit Iesus Christus. Hoc est, illam intelligo gratiam qua nobis Iesus Christus manifestatus est. Iam uero hisce omnibus uerbis nihil aliud dixit quam, Proinde expunctis omnibus e*p*ectore humanis carnalib*is* siue affectibus, toto corde credite Christo domino, qui uobis prædicatus est per euangelium. Non ergo oper*e* premium fuerit multis hic agere de Sobrietate, Castitate aut Temperantia, de quibus nihil dicitur, sed de uera & syncera constanti*e* fide in Christum, quae excoquit & absunit carnis affectiones, pauorem, inconstantiam & impatientiam, aspernatur autem mundi uoluptates & gaudia, uni se*e* deo totam dedic*a*s. Quod uero sequitur ad uerbum hoc sonat, Ut filii obedienti*as*, nequaquam conformes prioribus ignorantia*as* uestr*as* cupiditatibus. Erasmus perspicuitati studens sensum probe reddidit. Deslectit autem Petrus ad innocentiam, ad quam argumento à natura filio *Innocentia siue integritas uite*. rum ducto hortatur. Filiorum est genio & actis referre parentem, hu*i*us obedere præceptis. Porro fides efficit nos filios dei, qui nos ē mundo euocatos sibi uult in innocentia uit*as* seruire. Proinde nos quidem qui deo credidimus, nō in pristinæ nativitatis sed nouæ uit*as* moribus ambulare debemus. Voluptatibus, luxu*is*, crapula*is*, ambitioni, ir*as*, auarit*as*, superbia*is* se*e* dedunt, qui hunc tantum mundum norunt, Christum & uitam beatam in futuro sæculo nesciunt. Nos autem qui uocatione euangelij de mundo auocati sumus, ut illa non expectemus quae suis ille i*m*partitur cultoribus, sed maiora & permanentiora & amceniora, animū quoqe & mores carnis auitos debemus mutare. De qua transformatione scripsit & Paulus Romanorum *12*. Quin & ipse Petrus hisce protinus *Sanctimonia*. adiungit Parris cœlestis exemplum inuitans ad innocentiam & synceritatem dic*e*s. Sed quemadmodum is qui uos uocauit sanctus est, ita ipsi quoqe sancti estote in omni uestra conuersatione. Idqe iam denuo confirmat & explanat eleganti à pronunciatis petita sententia, luxta illud quod scriptū est, Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Locus autem extat Leuitici *19*. Ceterum sanctimonia illa de qua loquitur Petrus non contingit nobis ex nostris meritis, sed ex fide Christi, qui nos lauit à peccatis nostris & nos sibi sanctificauit in peculium per fidem, cuius uirtute custodimur ab illecebrib*is* mundi, quae custodia hic dicitur sanctimonia. Alias nemo nescit mortalem non posse & quari integritate & sanctimonia deo. Proinde nobis dum in humanis agimus nostra est sanctimonia, quae gratia magis quam merito sanctimonia est. Plura de hac re in Psalmo *14*. Ezechielis *36*. & paulo post in capite quarto. Hinc uero intelligimus errare illos qui præceptis externis, ceremonijs rebusqe nihil, sanctimoniam instituant. Qualis est superstitionis & propudio*is* monachorum colluvies, una cum reliqua superstitionis doctorculorum turba, constitente sanctimoniam in *ἐπιλογίαις* (ut Paulus ait) non *ἐντελεῖς*, *ἀλλαθεὶς*.

Et si patrem inuocatis (citra personarum respectum iudicantem iuxta cuiusc*op*us)uidete ut in timore conuersantes incolatus uestri tempus transfigatis. Cum sciat uos non caducis rebus, uelut argento aut auro fuisse redemptos à uana uestra conuersatione, quam ex patrum acceperatis traditione, sed pretioso sanguine, uelut agni immaculati & incontaminati Christi.

Eodem hæc pertinent quò & superiora. Iterum enim adhortatur ad innocentiam uitæ, argumento ducto à natura fidei & cognitionis dei. Inuocandi enim uerbum posuit rem dei habet. pro uera & solida religione seu fide. Ut sit sensus, Si uere credidisti deo, si itē cognovisti deū esse patrem uestrū, ita tamen ut simul malum puniat citra ullius personæ respectum

Acto.10.

Calibi enim ad Cornelium idem Petrus dicit, In ueritate comperio, quod non sit personarum respectus apud deum, sed in quacunq; gente qui timet deum & operatur iustitiam acceptus est illi) iam ipsa hæc dei agnitione efficer, ut hoc temporis quantulum cunctum sit, quo à patrijs, hoc est cœlestibus sedibus, exules, in hisce reptamus atq; peregrinamur terris, transigamus in timore dei. At timor ab immunditia omni abstrahit, sanctimoniam custodit & gignit. Hic ego reliqua diligentie lectori expendenda relinqu, nēpe quod præcipuo huic argumento cuius summam iamiam exposuimus, alia duo intertexuit, Prius, quod uera sanctimonia non consistat in circumcisione, non in ritu legis externo, sed in uera animi pietate. Hinc em̄ dixit, iudicat iuxta cuiusq; opus. Posterius, quod breuitate & miseria huius uitæ item conditione nostra quod hic non habemus manentem locum, uoluptates mundi spernendas, cœlestia autem & uere permanentia bona ambienda, suafit. Iam & à redemptionis pretio, quod per collationem egregie amplificat, innocentiam suader. Liberati (air) es̄tis adeoç̄ & redempti, non auro aut argento, sed sanguine Christi, redempti inquam à uana conuersatione, quam ceu per manus accepératis à patribus. Quo uero maius est pretium quo redempti sumus, quo maius periculum è quo liberati sumus, hoc magis cauendum, ne iisdem inuoluamur sordibus. Porro uanas patrum traditiones de Gentium & Iudeorum potes intelligere institutis. Gentes enim à maioribus idolatriam acceperant, quam facile sequitur omnium scelerum letina. Iudæi uero sacra & ceremonias colebant & uenerabantur, quæ dispendij multum, utilitatis autem parum habuere. Ad tempus etenim correctionis (ut apud Paulum est) imposita erant. Ab ihs ergo, hoc est superstitionibus, erroribus & peccatis, liberauit nos Christus. A Lege uero quæ dei uoluntas perpetua est (loquimur autem de decalogo, de fide & charitate) neminem liberauit, qui uenit ut legem adimpleret. Quod pretium redemptionis attinet, aperita satis est collatio. Ad amplificationem pertinet quod sanguinem pretiosum uocat, quod ipsum Christum agnum immaculatum, & incontaminatum appellat. Nihil enim in orbe pretiosius est Christo & redemptione eius. Nihil habet anima nobilior, nihil charius aut desiderabilius. Hic ex spiritu sancto conceptus & uirgine natus macula caret, purus & illibatus est ab omni immunditia inquinamento: unde & pro peccatis nostris hostia pura, sancta & illibata solus esse potuit. Id quod lege quoq; apud Mosen in 12. cap. Exodi præfiguratum erat. Ad quem locum alludens etiam Baptista de Christo domino testificans dicit, Ecce agnus dei qui tollit peccatum mundi. Et Paulus, Pascha nostrū immolatus est Christus &c. De redemptione autem per Christum præstata pluribus disputatum est apud Paulum ad Hebræos 7.8.9. & 10. item ad Romanos 3. cap. Recte uero ex hoc loco estimamus perperam colligere eos qui ex patrum maiorumue consuetudine aut traditionibus ueritatem religionis alicuius approbare uolunt. De eorum stultitia alibi in Acta apostolorum diximus.

Qui præordinatus quidem fuerat antequam cōditus esset mundus, sed manifestatus fuit extremis temporibus propter uos qui per illum creditis in deum, qui illum excitauit è mortuis, & gloriā ei dedit, ut uos fidem & spem haberetis erga deum:

Occasione arrepta de Christo domino pro more apostolico differit obiter. Quoties enim per occasionem licet excurrunt apostoli in mysterium Christi. Quod autem hic dicimus huiusmodi est, Quæ de agno hoc immaculato pura inquam Christi hostia dicimus, non nupera sunt aut hominum arte inuenta uel composita, sed æterna & æterni dei consilio profecta. Deus enim ab æterno filium suum sacrificio destinavit, ut per hoc emundarentur sancti. Vnde alibi Christum Ioannes agnū uocat ab origine mundi occisum, id est eum qui ab æterno hostiæ sit destinatus per quam mundentur omnes ab origine mundi electi. Paulus enim in 9. cap. ad Hebr. Christum non nisi semel oblatū esse sub finem mundi testatur. Est & illud in uerbis Petri considerandū, quod redēptio nostra gratitudo est. Si em̄ in uno Christo salus est, & is nobis antequā iacerentur fundamēta mūdi destinatus

Christus agnus
ab origine mundi occisus.
Apoc.13.

destinatus est, profecto salus non ex merito nostro qui nondum eramus, sed ex nativa bonitate prorsus gratuita est. De qua re copiosius scripsit Paulus ad Ephesios 1. Dicer iam aliquis, Si ab æterno destinauit nobis filium deus, qui factum est ut serius hunc misericordia in mundū? Respondet Petrus, Sed manifestatus fuit extremis temporibus propter uos qui per illum creditis in deum. Vbi duo nobis considerāda sunt. Prius, quod ipsum *In nouissimis tē* dei consiliū statuit non quibusuis sed postremis tandem temporibus sanctos per filium *poribus Chri-* redimere. Id enim per prophetas orbi nunciauit, qui hæc sub postrema tempora prædi*sus natus.*
 Xerunt futura. Proinde apostoli non temere postremorum meminere temporum: quæ & postrema non ideo dicuntur quod finis imminet protinus toti mundo, sed quod postrema fint respectu uisionum & prophetiarum quæ per Christum implendæ erant. Posteriorius, quod cōfiliū & factum dei à nobis non est culpandum calumniandumque, quod hoc sic fecerit, aut illud tardius fecerit, sed in quo uis opere dei quid aut quare fecerit cogitandum. In presentiarum cum gratiarum actione expendendū quod quæcunq; deus per Christum fecit, propter nos fecit: nimur in hunc finem, ut per Christum cognoscamus deum, cognitoq; fidamus toto pectore. Nam in Christo declaratur nobis ueritas, iustitia atq; bonitas dei, quibus recte perceptis deo quām firmissime adhæreamus. Quæcunq; ergo deus cum Christo egit, in hoc egit ut nos sibi familiares faceret, & æternum bearet. Atq; illud in negotio Christi expendendum est, non cur tardius miserit, aut quare sanctis patribus non præstiterit, ut & ipsi coram aspicerent eum quem salutis suæ credebant esse authorem. Præterea expendēdum quid fecerit, nempe excitarit illum à mortuis, ut nobis (sicut & supra annotatum est) certam faceret immortalitatis spem: & hanc ipsi contulit gloriam, ut propter ipsum haberemus spem in deum. Id est eum nobis dedit mediatorem, ut liberum ad deum haberemus accessum. Nam & Paulus ad Romanos 5, dicit, Per Christum nacti sumus aditum fide in gratiam istam in qua stamus & gloriamur sub spe gloriae dei. Porro si in eo uera & unica filii dei gloria est ut illum credamus & cōfiteamur eum esse per quem nobis iratum numen placatum, & aditus ad æternas sedes paratus sit, item cuius nomine in conspectum dei prodire audemus, quoties uel peccati onus uel periculorum procellæ opprimitur & in profundum demergunt, certè planum est illos gloriae dei derogare, qui præterito Christo diuos contendunt esse peccatorum patronos, & hominum merita, hoc est humana commenta parare aditum ad ædes beatas. Responsum est superioribus ad calūrias nostri quoq; sæculi rixatorum, quibus hoc potissimum nomine damnatur euangelium, quod iam primum fit restitutum. Sed de his aliás.

Qui animas uestras purificastis obediendo ueritati, per spiritum, cum charitate fraterna ab omni simulatione aliena: ex puro corde uos inuenient diligite impense, renati non ex semine mortali, sed immortali per sermonem uiuentis dei & manentis in æternum. Postquam omnis caro quasi gramen est, & omnis gloria hominis quasi flos graminis: exaruit gramen & decidit flos: uerbum autem domini manet in æternum.

Verba Petri ad ueritatem Græcanicam ad hunc propemodum modum habeunt. Caſtificantes animas uestras, in obedientia ueritatis, per spiritum, ad fraternalē dilectionem, quæ sine fuco sit, ex puro corde inuicem diligentes uehementer. Cæterum cuius expofitum puto quo hæc uerba pertineant, & quomodo cum præcedentibus cohærent. Dixerat de fide & spe in dominum, idq; obiter, cum aliás instituerat dicere de innocentia & sanctimonia uitæ. Verum cum illa non nisi ex fide nascatur, subinde de fide, aliud tam agens, differit, interim uero ad institutū rediens uicissim ad sanctimoniam tranſilit. Eò iam pertinet quod de castificatione (ut sic dicam) animarum profert. Caſtificatio animorum nihil aliud est quām uera sanctificatio, quæ quidem hypocritica est si ex animo *nie notatio per* non est. Animum ergo addidit Petrus, sed & cauſam, In obedientia ueritatis per spiritus species et affi- tum. Author enim ueræ innocentiae & sanctificationis est spiritus dei: qui ex eo nomen *nia.*

adeptus est. Nam scriptura spiritum dei ab effectu spiritum sanctificationis vel spiritum sanctum uocat. Qui non quo uis modo aut ritu sanctificat, sed in obedientia ueritatis, id est per fidem ueram. Illa enim ueritati obedit. Atqui haec post se trahit dilectionem, nec quamuis sed fraternalm, hoc est Christianam, quæ fucum nescit. Porrò illa fucum nescit, quæ ex puro corde & ~~in~~ ⁱⁿ carnali, id est intense, uehemeter siue impense diligit proximum. De qua multis egit Ioannes apostolus in sua Canonica. Hactenus uero descripta per gradu siue species quasdam ueram sanctimoniam, quæ consistit in fide, animi pietate, moribus puris & charitate Christiana: nunc ad hanc iterum animat rapit c̄ argumento duo à renascentia & indole filiorum. Quasi dicat, Renatos noua uita decet, nempe ut moribus parentem referant ē quo nati sunt. Porrò renati sumus non utiq; carnaliter: hoc enim intellexit per semen corruptibile, sed spiritualiter, nempe per sermonem uiuentis dei. Conuenit igitur ut nouam uiuamus uitam, id est sanctam, spiritus sancti uirtute & opera institutam. Sermo autem siue Verbum dei, uis dei & potentia cœlestis est, quam apud Ioannem in capite tertio dominus cum Nicodemo de hac ipsa renascentia disputans, aquam & uentum appellat. Non quod renascentia uirtute elementorum fiat, sed ideo isto dicendi genere uisus est, ut collatione & similitudine rerum terrestrium facilius cœlestia intelligeremus. Renascimur ergo cœlitus spiritu sancto cōuertente & instituente corda nostra uirtute sua atq; opera uerbi ueritatis, quod ab ipso seruatore nostro apud Matthæum semini confertur fructificanti. Nec caret mysterio & emphasi quod non dixit, Per uerbum dei, sed, Per uerbum uiuentis dei. Significavit enim efficacem & uiuentem uim uerbi agentem in cordibus fidelium. Audiūt quidem & imp̄ uerbum dei, sed nulla interim uiuifica uis in cordibus eorū. E diverso per semen corruptibile & primam nativitatē intelligit uim, hoc est potentiam carnis, deniq; totam corruptionem generis humani: quam sane uaria calamitates uaria c̄ scelerā ut renascentiam omnis gentis comitatur uirtutes. Atq; hic iterum inuenit quo à terrestribus abstrahatur ad cœlestia. Nam uerbum dei æternum, contra uero omnina terrena marcida esse dicit, adducens elegantissimam ex 40. Isaiae capite sententiam. Qua diuinus uates Iudeos in Babylonica captiuitate oppressos solatur, pollicet futurum, ut conuulso regno Babylonico ipsi dominum redeant. Istud autem præsentī confirmat sententia, qua totum mortalium genus comparat graminis; in primis uero Babylonē flori, qui tamen emarcuerit. Omnia enim mortalium flaccida, solum domini consilium perpetuum & immutabile esse. Diuus Petrus hac sententia generaliter usus est (ut re uera & apud prophetam γνῶμη καθολική est) aduersus omnem carnis gloriam, opes uidelicet, uoluptates, prudentiam, & quicquid præcipuum est in rebus mortalium. Cæterum elegans illud miseria humanæ simulachrum per gramen siue flores & folia adumbratum, etiam ethnicorum scriptis celebratum extat, Glaucus enim apud Homerum Iliados 6, ad hunc modum interprete Etymoloquitur,

Tale quidem genus est hominum quale est foliorum,
Quorum haec uentus humi fundit, rursum illa uirescens
Profert sylva simul Veris iam afflauerit aura.

Loci communes. Iam & multa egregia ex hoc loco dogmata discere, uel locos communes licebit annotare. Quæ uel qualis uera castitas. Qualis esse debeat fraternalis charitas. Quod prima nativitas omnesque uires carnis nostræ nullæ sunt, quādoquidem ad salutem renascentia opus est. Quid uel qualis sit renascentia. Quod omnia mundana fluida & peritura sint, solum uerbum domini æternum. Quæ si quis per singulas persequi uelit partes, iustum penitentiam conscribet: ego mei officij esse puto ista paucis annotare, consilium uero auctoris & orationis contextum superstitionis etiam obseruare & ceu digito demonstrari abuti uelit.

Hoc autem est uerbum quod prædicatum est uobis.

Alij Verbum interpretantur Christum, qui æterni patris uerbum, & in prophetis promissus

Promissus in fine temporum sit exhibitus. Alij referunt ad Verbū proxime præcedens: nec male. Ut sit sensus, Illud quod uobis euāgelica prædicatione annunciatum est, illud *Animat hæc ad ipsum domini uerbum est quod inuitu mundo, inuitis infernalibus furijs in æternum perseueratiā.* manebit. Et sanè ut ut mille quingentis haec tenus annis sœuierint tyranni & male genij aduersus ueritatem euangelicam, uictrix tamen persticit semper perstabitq; aduersus omnes insultus Antichristi in finem usq;. Interim uero peribit impiorum mundi & carnis gloria, maiestas, iactātia & superbia: nec peribit modo in hoc sēculo ipsa impiorum caro floris in morem sensim marcescens, sed in futuras reseruata poenas fine rerum omnium appetiente resuscitabitur, ut æterna, hoc est condigna æternum luat supplicia. Cæterum uideri poterat hæc sententia Petri & docta esse Clausula, qua totam huius 1. cap. *Summa euangelij.* disputationem clauserit, ueluti cum Cicero post copiosam argumentationem qua probauit quod bellum contra Mithridatem sit suscipiendum, tandem, Quare uidete (ait) num dubitandum uobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo agitur gloria nominis uestrī &c. Sic enim & Petrus post copiosam disputationem de fide, patientia & sanctimonia clausulam subiiciens dicit, *τὸν δὲ Ιησοῦ μαρτυρεῖν εὐαγγελιόν εἰς οὐαῖς, Hoc autem est illud uerbum quod euangelizatum est uobis.* Verbum autem summam rei & negotium ipsum dixit, quemadmodum & apud prophetas legimus, Verbū domini quod factum est ad Osee &c. Sensus enim est. Haec tenus uero summam eorum contexui quæ olim uobis per euangelij prædicationē copiosius sunt exposita. Sunt tamen hæc nostra, illa ipsa. Si enim diligētius omnia colligas quæ haec tenus audiuiimus in hoc cap. 1. ipsam habebis euangelij substantiam: nempe quod deus nativa bonitate ductus, filium suum ad hostiam pro peccatis mundi destinari priusquam mundus conditus sit, quodq; hæc suam ineffabilem gratiā prophetis reuelarit, significans quando hæc essent futura, quando uenturus Christus, quid passurus, quomodo glorificandus, quæ omnia temporum plenitudine reuoluta prorsus eo modo completa sint quo cōplenda prædixerat per prophetas. Præscripto enim tempore incarnatum & passum afferit Christum, qui sanguine suo à peccatis nos lauerit, spiritumq; filiorū dederit, qui ad honesta impellat, nempe ut in hac fide constantes per patientiam uincamus aduersa, & per ueram sanctimoniam uitæq; innocentiam, sed & in charitate fraterna colamus deum, qui morti genitos regenuit nos in uitæ nouæ institutum, & spem uitæ posthac nunquā terminandæ. Ita uides quæ fuerit apostolis ratio prædicādi euangelij peculiaris, & quā longe lateq; ab hac absint istorum Decreta qui apostolico nomine gaudent, apostolicam autem doctrinam prescribunt & persequuntur.

Proinde deposita omni malitia & omni dolo & simulationibus & C A P. II. inuidentijs & omnibus obtrectationibus ut modo nati infantes, lac illud rationale ac doli expers appetite, ut per illud subolescatis. Siquidē gustastis quod benignus sit dominus, ad quem accedentes qui lapis est uiuus, ab hominibus quidem reprobatus apud deum uero electus & pretiosus, ipsi quoq; uelut uiui lapides ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum.

Eodem & hæc pertinet quo superiora, sed & eandem rem dicit, sed mutata orationis figura. Perstat enim in cœpta metaphora siue allegoria, docens quid renatos deceat. Ille lud porrò aliud non est quām institutio in sanctimonia & innocentia uitæ. Ad hanc uero institutionem illatione defertur. Quasi dicat: Proinde cum per doctrinam euangelicam nuper generatione coelesti estis renati, adeoq; pueri & infantuli dei effecti, æquum est ut pueros imitati sanctos, sclera quæuis deponatis, in primis autem malitiā, dolum, De his ad Rō. hypocrism, inuidiam, & obtrectationem, maximas Christianę religionis pestes. Ab his manus 1. uitij puri sunt infantium affectus. Vnde in Euangeliō legimus dominū, adducto in medium discipulorū infantulo, humilitatem animi eius docuisse exemplo. Matthæus enim

Roma. 16.
1. Cor. 14.

in cap. s. Contendentibus (ait) discipulis, quis maximus esset in regno celorum, statuit Iesus puellum in medio illorum & dixit, Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli non ingrediemini in regnum celorum &c. Huc nimurum allusit apostolus Petrus, qui & allegoriam de Lacte ex 65, Isaiae transumpfit, ibi enim legimus, Lactamini cum Ierusalem, & cum ea exultate omnes qui diligitis eam, Sugeris enim & saturabimini de mamma consolationis eius; sugetis & delectabimini ab ubertate gloria eius. Consolans enim ecclesiam propheta de restitutione eius uerba facit, inter quae lactis membrum, hoc est donorum spiritus sancti, coelestis sapientiae, euangelij & genitrix diuini. Inest enim lacti quidam ueluti genius qui in pueros per ubera ferè transfunditur. Petrus ergo à corpore ad animum transiens notas quasdam addidit per quas intelligeremus, de quo lacte loqueretur, nimurum illo quo de Isaiae. Notæ sunt λογικὸν ιογῆ ἀριθμὸν rationale & doli expers. Hoc est, Dum iubeo lac appetatis non corporis aut humanum intrens genium, intelligo, sed rationale, id est spirituale, & doli expers, id est syncerum, ipsam inquam intelligo synceritatem spiritum & animi integritatem. Et quemadmodum pueri non semper sunt pueri, neque semper lacte uiuunt materna, sed adolecent aliquando ita nolim uos semper esse pueros, sed grandescere donec perueniatis ad mensuram ætatis plene adultarum Christi, ut Paulus dicit ad Ephesios 4. Atq; his ad hunc modum absolutis, calcar admouet currentibus, Addit enim, Atq; hoc quidem facietis, siquidem gustatissimis ὅτι λαχεῖσθαι κύπει, hoc est quod benignus siue comis & humanus fit dominus. Tantæ enim uirtutis est illud cœleste nectar, cognitio uidelicet dei & euangelij eius, ut qui de eo semel gustarint, eius desiderio sic capiantur ut prouersus in alios mutati subinde sese in fide & rerum diuinorum studio superare contendant, atq; indies magis magis ardēat amore & studio rerum cœlestium. Mutuauit autem & hanc sententia ex Psalmo 33. Hæc de priore allegoria, cui protinus posteriorem de spirituali associat ædificio, nec aliud hac ipsa docens quam quod superiori docuerat, Christianos decere sanctimoniam. Ceterum maxima breuiissimis uerbis immiscuit mysteria: sensus tamen planus est, hic, Iubet credentes Christum accedant, hoc est Christo fidant, sese per fidem sanctificant, ut templum ac sacerdotes dei esse possint, qui spirituales deo offerant hostias, id est cui sanctimonia & puris litent precibus. Principio autem utitur accedendi uerbo, sed per metaphoram sicut & Paulus ad Hebraeos 11. Oportet accedentem ad deum credere. Neque enim peribus accedimus ad deum, sed animo. Proinde accedere significat credere, & sese deo dedicare. Deinde per eandem metaphoram appellat Christum lapidem, sed tropum expōnens ipse uiuum addit. Lapis enim dicitur propter soliditatem ac ueritatem fidemq; infallibilem, sed uiuus additur, ne quis tropum nesciret. Hic autem de reprobatione & pretio Lapidis huius quædā inserit, de quibus paulò post clarius ac copiosius dicet. In praesentiарum ad institutum suum properans subiungit, Ita porrò ad hunc lapidem uiuum debetis accedere, ut ipsi quoq; ueluti lapides uiui superædificemini. Et ne quis nesciret de quo loqueretur ædificio, sese exponens dicit, Sic autem uolo ista intelligi, ut ipsum illud sitis ædificium, uerum dei templum, domus spiritualis adeoq; & sacerdotium sanctum, id est sacerdotes sancti, qui in spirituali templo spirituales offeratis hostias, hoc est uos ipsos fide Christi sanctificatos. Hæc enim hostia per fidem Christi sic oblata deo placet, Videntur autem hæc decerpta esse ex 65, cap. Isaiae. In eo enim capite docet propheta deum & templum & sacrificia & sacerdotes repudiatur, delecturum uero templum, sacrificium & sacerdotium nouum. Templum dei nos sumus qui deo fidimus, 1. Cor. 3. & 2. Corinth. 5. Quin & Isaiae dei uerba recensens dicit, Ad quem autem respiciam nisi ad afflictum spiritu, & tremetem sermones meos? Quasi dicat, Ego uero aliud templum mihi elegi, corda sanctorum. Sacerdotes porrò in hoc templo sunt quotquot Christo fidunt. Isaiae enim in eo quem iam citauimus loco, Et asumam (ait) ex eis (intelligit Gentibus) in sacerdotes & Leuitas. Sacrificium autem quod hoc offeret deo sacerdotium, spirituales sunt hostiae, non corporeæ aut uisibiles, beluine aut materia constantes terrena, sed cœlestes spiritualesq;. Egregie enim Paraphrastes, Ut (inquit) deus spiritus est, non corpus, ita spiritualibus hostijs delectatur: ne quid desideretis Mosi ritus per euagelium Christi

Christus lapis
uiuus.

Ephes. 2.

Templum dei,

Sacerdotes.

Sacrificium.

Christi iam antiquatos: pro uarijs animantium generibus mactatis affectus mundanos
brutosq; libidinem, superbiam, iram, inuidiā, vindictā cupiditatem, luxum, auaritiam,
pro thymiamate puras preces ē sinceri pectoris ara subuolantes in cœlū. Hæc Paraph.
Recte ergo collegerunt ex hoc loco nostri sacerdoti Theologi, omnes Christianos esse sa-
cerdotes: sed finistrius intellexere tumultuosuli quidam, qui non uocati, non electi, nec
in scripturis docti uersati ē ad fastigium ascenderunt euangelisticum, sumentes sibi do-
cendi authoritatem in ecclesia, quam tamen in populo Christi nemo sibi priuata autho-
ritate arrogaret, nisi is (ut Paulus dicit) qui à deo uocatur quemadmodum Aaron. Et sa-
nè aliud est esse sacerdotem dei, aliud esse ministrum ecclesiæ dei. Loquimur autem de
officio. Sed de his copiosius disputatū in epistola ad Hebræos, ubi & de Sacrificio Chri-
stianorum maxime in cap. 13, sicut & ad Romanos cap. 12. & 15. differit. Hic uero mihi
temperare non potui, quin elegantissimos Aurelij Prudentij uersus de sacerdotio & sa-
crificio Christianorum, p̄fissime conscriptos hisce infererem Commentarj. Verba au-
tem sunt Romani martyris, qui post longam deo disputationē in hunc modū subdit,

Cognostis ipsum, nunc colendi agnoscite

Ritum modumq; quale fit templi genus,

Quæ dicari sanxerit donaria,

Quæ uota poscat, quos sacerdotes uelit,

Quod mandet illic nectar immolarier.

Aedem sibi ipse mente in hominis condidit

Viuam serenam sensualem flabilem

Solui incapacem posse nec destructilem,

Pulchram, uenustam, præminentem culmine,

Discriminatis illitam coloribus.

Illic sacerdos stat sacrato in limine

Foresq; primas uirgo custodit fides,

Innexa crines uinculis regalibus,

Poscit litari uictimas Christo & patri

Quas scit placere candidatas simplices.

Frontis pudorem, cordis innocentiam,

Pacis quietem, castitatem corporis,

Dei timorem, regulam scientiæ,

Ieiuniorum parcitatem sobriam,

Spem non iacentem semper & largam manum.

Ex his amcenus hostijs surgit uapor,

Vincens odorem balsami, thuris, croci,

Auras madentes Perfitorum aromatum,

Sublatus inde cœlum adusq; tollitur,

Et prosperatum dulce delectat deum.

His obsecro quid poterat uel excogitari quadrantius? Videtur omnino sanctus dei mar-
tyr data opera præsentem Petri locum exposuisse: sed pergitus ad cætera.

Propterea continet scriptura, Ecce pono in Zion lapidem summum
angularem, electum, pretiosum, qui credet in eum non pudebit. Vobis
igitur pretiosus est qui creditis: cæterum ihs qui non credūt, lapis quem
reprobauerunt ædificatæ, hic coepit esse caput anguli, & lapis in quem
impingitur & petra ad quam offendant, nempe his qui impingunt in
sermonem, necq; credunt in id ad quod & instituti fuerant. Vos autem
genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus peculiaris, ut
uires annūcietis eius qui ē tenebris uos uocauit in admirabilem lucem
suam. Qui quondam eratis nō populus, nūc populus dei: qui quondam

*Christianorum
templum & sa-
crificium.*

non consequuti misericordiam, nunc estis misericordiam consequuti.

Scripturis declarat atque confirmat quod hactenus de lapide Christo, & sacerdotio Christianorū dixit: ut simul & Christā pro more apostolico, conuersis nuper ad fidem Iudæis Gentibusq; commodius prædicaret commendaretq; et sua contra calumniatores solidaret. Dixerat Christum lapidem esse uiuum quidem, sed reprobatum ab hominibus & tamē à deo electum, id iam cōprobat Isaïe testimonio trāscripto ex 28. cap. Verba Isaïe hæc sunt: Audite uerbum domini o illusores, qui consultum uobis putatis (sensum reddo) ceremonijs & rebus externis: fallimini prorsus & frustra uobis salutem ex mendacio pollicemini. Nemo enim nisi per Messiam sanabitur. Sic enim dicit dominus: Ecce ego mittam in Zion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, firmissime fundatum: qui crediderit nō festinet. Deus ergo unicā duntaxat in orbe firmitatē constituit, cui qui innituntur nō cadunt. Id quod festinandi uerbo per Metalepsim significauit. Qui enim festinant plerūq; impingunt et cadunt, qui uero cunctantur atq; circūspectius incedunt rarius offendunt & cadunt. Apostoli ergo non uerba sed sensum reddiderunt. Qui credi derit in illo non pudebit. Sed quid nobis frustra facimus negotium: cum ipse Petrus locum Isaïe luculenter exponat, lucunda enim distributione subdit, Vobis quidem pretiosus est qui creditis: ceterum incredulis lapis reprobatus. Hic nos de singulis agemus plusculis. Petrus enim in scripturatum abdita relegans occasionem ampliora cogitandi sedulis suppeditauit lectoribus. Primo lapis dicitur Christus propter firmitatem (ut supra quoq; annotauimus) & ueritatem. David enim in Psalmis dicit, Diligam te domine fortitudo mea, Dominus rupes mea, & propugnaculum meum, & eripiens me, lapis meus, confidam in ipso, scutum meum, & cornu salutis meq; protec̄tio mea. Deinde lapis dicitur fundatus firmissime, siue in fundamento fundatus, uel propter fidem dei immobilem, uel propter contemptum & humilitatem incarnationis, uel propter ædificium impositum. Christus enim fundamentū & Petra ecclesiæ est. Et Paulus eò alludens ait, Fundamentū nemo potest ponere aliud q; quod possum est Iesus Christus. Sed et nō ipsum nos, sed ipse nos portat, qui dixit, Non uos me elegistis, sed ego uos elegi, Ioan. 15. Praeterea Angularis dicitur lapis. Petrus iōpræsentiarum unica uoce utens ἀργονωνιασμον apellavit, quasi dicas sumangularem: idq; dupli nomine, tum propter glorificationem quæ reprobationem consequuta est, tum propter hostes qui ipsum reprobaverunt, quibus factus est lapis angularis, in quem licet conuijts impingant impij, sibi tamen suisq; capi tibus magis quam angulari lapidi nocent. Angularis quoq; dictus quod iuxta Pauli uerba ex duabus Gentibus una fecit, ueluti in ædificijs publicis angularis solet duos sibi nectere parieres. Iam & pretiosus dicitur propter pios quibus in hoc mundo nihil est pretiosius Christo prelioq; redēptionis eius. Sentiūt enim in hoc uno satis esse firmamentū gaudiū & uitæ, in nulla autem creatura istius quicq;. Vnde D. Petrus apud Ioannē, Quo iremus domine: ait, Tu uerba uitæ habes, & nos credimus & cognouimus quod tu es Christus filius dei uiui. Norunt pñ lapidem quidem istum reprobatum esse à sapientibus mundi, sed huic id opponunt, quod reuera pretiosus est. Impijs enim (descendimus iam ad alterum distributionis membrum) lapis reprobationis & petra scandali est. Quæ sanè uerba D. Petrus partim ex Isaïe s. cap. partim ex Psal. 117. transcript. Isaias populū Iuda consolans ne sibi ab incursione & minis Syrorum principis metuat, Dominum solū timendum esse docet, qui sit petra firmissima sibi fidentibus & se ad ipsum in spe recipientibus, Petra autem offensionis diffidentibus. Ut enim fidelium pater, ita infideliū prætor & iudex est deus. Pari ratione Christus dominus pñs author est salutis, impijs argumentum damnationis. Nam qui in eum non credit, iam iam condemnatus est. Porro locus Psalmi 117. hic est ad uerbum, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes factus est in caput anguli. A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Continent autem hæc prophetæ uerba & gloriam & contumeliam siue mortē Christi, præterea & frustratam impiorum spem. Ceterum collationem habent tacitam. Quemadmodum enim ædificantes lapidem aliquem insignem reiçunt ab ædificio ne locum in eo habeat ullum, qui tamen uel inuitis uel nescijs ædificij magistris tandem in summum elatus

Vnica salut in Christo.

Christus lapis.
Psal. 17.

Lapis in fundamento fundatus.

Matth. 16.

1. Cor. 3.

Lapis angularis.

Lapis pretiosus.

Ioan. 6.

Lapis reprobationis.

Ioan. 3.

elatus angularis sit lapis; ita Christus dominus à scribis ac legis doctoribus, qui populi dei uidebantur magistri reprobatus, & ueluti impostor & seditionis, minimeq; ædificio dei aptus, primum quidem ē synagoga electus, deinde uero in crucem adactus, tandem inuitis hostibus suis tertia die à mortuis resurrexit cœlosq; concedit, factus iam angularis lapis, qui ex utriscq; unum fecit, & p̄is author salutis, impijs argumentum æternæ *Petra scandali*. damnationis existit: in quem si qui impingunt doctrinæ euangelicæ uel infensi, uel in Christum crucifixum iniuriū & blasphemī, suopte uitio corruunt & in puluerem atteruntur. Simeon enim apud Lucam in 2. dixit, Hic positus est in ruinam & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicitur. Quin & ipse Petrus Israëlitæ maxime impegiſſe dicit, Hi enim impegerunt (ait) in sermonem, nec crediderunt ad quod instituti fuerant, Impingunt enim in euangeliū Iudæi, dum eius prædicatione offenduntur, non credentes eum esse Messiam, quem tamen fides ueritasq; euangelica Christum esse testatur, & cuius nomine tot patribus factæ sunt promissiones, quarum cum ipsi hæ *Acto. 2.* redes fint, eas tamen opes repellunt quas ipsis ante cæteras offert deus. Id quod & Christus in ipsis accusat apud Matthæum in 21. ubi & pluribus de occæsione eorū differit. Hisce uero omnibus sustulit Petrus etiam crucis scandalum, atq; istorum docuit continentendas esse calumnias, qui euangelium indignis conspurcant ludibrijs.

Nunc per apostrophen ad Gentes imò ad omnes Christianos conuersus dicit, Vos *Vocatio Gen-* autem genus electum, regale sacerdotium, &c. Quibus uerbis superiora illa quæ de sacerdotium. *Christiani loco* dotio omnium Christianorū proposuerat, ita confirmat ut tamen filum orationis non interrumpens nouam ordiatur telam. Adhuc enim cohærent hæc cum ipsis quæ proxime præcesserunt. Hoc enim dicit, Iudæi qui Christianam religionem & doctrinam euangelicam conuiijs proscindunt lapidemq; Christum reprobant, putant nos esse prophætinos, se uero populum electum, qui templum, sacrificia & sacerdotium habeant sed longè falluntur. Nam ipsis non probat deus, qui carne rebusq; externis repudiatis, spiritu & spiritualia poscit. Quod ergo coeperam dicere uos qui Christo fiditis esse domum spiritualem sacerdotiumq; sanctum, id nunc absoluam & scripturis muniam, nempe quod *Iudeorum populus dei.* uos qui Christo creditis elegerit Iudeorum infidilium loco, ut uos posthac gens electa & sancta ipsi spirituales offeratis hostias, sacrificium uidelicet laudis & gratiarum actionis. Transumpfit autem testimonia ex Exodi cap. 19. Isaiae 43. uel 66. & Osee 1. Verum re tractabimus singula: est enim locus insignis & fecundus. Dominus apud Mosen non citra conditionem elegit in peculium gentem Iudeorum. Dixit enim, Si audiēdo audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, sed uos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta. Iste uero testatur dominus suam esse totam terram adeoq; ad se omnium gentium pertinere curam. Non enim putandum est quod deus uerax, iustus, clemens & omnipotens solos curarit Iudeos, alias uero gentes neglexerit omnes: sed illud potius credendū est, quod dum curā gereret omniū, ex omnibus tamen delegerit sibi gentem Iudaicā in peculiū: ita ut in hac maxima potentia, bonitatis & iustitiae suæ aderet argumēta, in primis uero per hanc toti orbi exhiberet Christū, adeoq; & hanc faceret toti mūdo exemplum. Interim uero dum illam sibi delegerit, non citra conditionem delegit, utiq; liberrum sibi permittens illam si uideretur, si pactis non staret, repudiare, & aliam in locum istius substituere. Si (ait) audiēdo audieritis uocem meam, & custodieritis pactū meum, eritis mihi in peculium. Proinde, Si non audieritis uocem meam, nō eritis peculium mihi. Iam Petrus dixit quod Iudæi non crediderint in id ad quod instituti fuerāt; unde iam planum relinquunt, quod Iudæi posthac non sint peculium dei, sed illi potius qui audiunt uerbum dei, credunt & pactum custodiunt. Id quod Gentes fecere, unde & Gentes posthac sunt gens uere sancta, id est munda & separata à prophaniis, uerum utiq; peculium ein undertrut Gottes. Impiū sane & prophani, iniuriū & blasphemi in filium & euangelium dei non possunt esse peculium dei. Regale sacerdotium uocauit præcipuum & nobile siue selectū: ut cum nos delicias nostras uel epulas uel uestes uel liberos appellamus regium cibum uestem puerum, ein künigliche spys, oder ein fürstlich mensch. Iam uero quod illud

Annūciare pro celeb̄are. pertineat sacerdotium explanant consequentia, ut uires prædicetis illius qui ē tenebris uos uocauit in admirabilem lucem suam. Id quod ex Isaiae 43. cap. desumptum uidetur, ubi ad hunc modum legimus, Populum istum formaui mihi, ut laudem meam annunciet. Quibus non absimilia legis in 55. eiusdem cap. Certe Annunciādi uerbo & prophe

Sacrificium laudis. tæ & apostoli utuntur pro laudandi & gratias agendi affectu. Id frequentissimum est in Psalmis, & Paulus 1. Corinth. 11. Mortem domini (ait) annunciate donec ueniat, id est, mortem domini gratiarum actionibus & laudibus celebrate. Quin & hoc loco causam obiter recensuit, ob quam deus sit à novo hoc concelebrandus sacerdotio, nimirū quod ab errorum & peccatorum tenebris liberatos, illuminarit nos gratia sua & euangelica ueritate; quæ multis nominibus luci passim in scripturis confertur, id quod notius est q̄ multis iam exponendum fit. De hoc ipso sacerdotio & sacrificiādi modo Oseas prophe

Osee 14. ta disertissimis uerbis ita differuit, Conuertere Israēl ad dominum deum tuum. Vnica enim uia ad salutem est conuersio ad deum. Ad hanc porrò in primis monere debet pec catorum calamitas. Addit ergo, Quoniam impegisti in peccatis tuis. Sed & copiosius ex ponit quid deo offerendum sit ubi ad eum conuerti statueris. Tantum uerba (ait) portate uobiscum, id est sacrificium confessionis & laudis, Bringend nun güt wort mit üch. Iam & illa bona uerba, id est formulam huius sacrificij præscribit, Dicite, Omnem aufer ini quitatem, & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. Graue inquam scelerum onus animis incumbit nostris, tu solus id auferre potes, miserere ergo nostri domine, & aufer à nobis peccata nostra: *vnd nim recht für güt von vns*, boni consule tenuita tem nostram, & offeremus tibi uitulos labiorum, id est laudes & gratiarum actionem pro eo quod nos à peccatis mundaueris. Hoc uero quid aliud est, quam quod Petrus dixit annūciare uirtutem eius qui nos ē tenebris in admirabilem lucem uocauit? Admirabi lem inquam quia & Isaías dixit, Domine quis creder auditui nostro? Et David, A domi no factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris. Iste omnibus per se aliás satis firmis adiicit clarissimam de uocatione Gentium sententiam, ex primo capite Oseae sumptam, ne quid dubiū in cuiusquam pectore remaneret, In ea Gentes uocauit non populum, id est impios, quorum non miserabatq; deus. Verum hunc locum explanat Paulus ad Ephesios 2. Illud obiter annotandum Petrum dixisse *λαός εἰς τὸν οἶκον τοῦ ποπούλου* acquisitionis, tropo Hebraico pro populo parto siue acquisito nimirum sanguine Christi, ein eraret volck. Attamen ego subinde uerti populum peculiū qui proprius *πρίστις* & ac quisitus dicitur. Plura de significatione huius uerbi Erasmus in Annotationibus 2. cap. ad Titum, Ista uero de Christo haec tenus perorauit Petrus, quod solus Christus fit firmitas & fundamentum fidelium, quem cum Iudaica gens recipere noluerit repudiata fit, & in locū eius Gentes surrogatæ, quæ post hac sanctus dei populus deo spirituales, hoc est laudis & gratiarum actionis offerant hostias.

Vna ecclesia, unus populus. Ex quibus nos illud primo colligimus, unam esse ecclesiam, unum populum ueterem & nostrum, siue nos in locum repudiatorum successisse Iudeorum. Id quod Paulus clarius declarauit per similitudinem arboris, ē qua naturales rami defracti, & in defractorum locū sylvestres infiti sint. Quō & illæ domini in Euangelio similitudines pertinent, quibus regnum dei uinea comparat & nuptijs. Non enim aliam sibi comparat uineam, non nouas componit nuptias, sed alios conductit colonos, atqui in eandem uineam, & neglectis ijs quos primo inuitarat, alios ad nuptias sed easdem inuitat. Ut uinea semper eadem eadēm permaneant nuptiæ, coloni & inuitati tantum mutentur. Porrò quātum aut qua in re à nobis distent ueteres illi ante aduentum Christi patres alibi satis est expositum. Secundo colligimus Pontificem Romanum prorsus esse impium, utpote qui sibi tribuit, quod nulli hominum citra maximam potest tribui blasphemiam. Hic enim uerborum Petri, cuius se falso iactitat uicarium, oblitus, se se ecclesiæ caput petram & fundatum esse ait. Idem ille uerum Christi sacerdotiū, suo illo Chananaico, hoc est mercatorio sacerdotum ordine obscurauit adeoq; & conculcauit: sed & carnalibus suis sacrificijs spirituales & ueras Christianorum oblationes in neglectum & contemptū abduxit. Id cum hodie pleriq; feramus indignius, ille nos hæreticos esse clamitat. Cæterū nos nihil

**In nouam reli-
gionem.**

nihil aliud quam Christi gloriam assertam & uerum sacerdotium verae sacrificia cupimus restitura. Nec diffidimus deo, certi quod spiritu oris sui indies magis magis inter sicut impium, interim & petra futurus sit credentibus & lapis offensionis omnibus aduersus ueritatem conuitantibus. Erudite enim Zacharias in cap. 12, ecclesiam & ueritatem Christianam comparat lapidi onoris sue exercitationis, ad quem fortitudinem suam explorent adolescentes, attamen non sine insigni suo periculo. Dicit autem, In die illo ponam Hierusalem lapidem onoris omnibus populis, qui tollent illum lacerando lacera-
buntur, & congregabuntur contra eam omnes gentes terrae. Pugnabitur quidem aduersus ueritatem, dabiturque quibusdam uictoria & successus tam felix, ut prorsus uicisse ui-
deantur & lapidem istum super uerticem capitis leuassent, sed uinceret tandem pondere, illisque ipsis illidet cerebrum uictoribus. Quod & Christus hisce uerbis significauit, Qui ce-
ciderit super lapidem illum confringetur, super quem uero ceciderit conteret eum. Ne-
mo igitur prosperitate impiorum seducatur. Aderit aliquando deus ultor. Nihil in hoc
mundo stabile. Omnis caro scenum, & omnis gloria ceu flos graminis exaruit gramen
& decidit flos: at uerbum domini manet in eternum. Proinde quisque curet ut omnibus
diuenditis margaritam emat euangelicam, atque omni huius mundi securitate contempsa
conferat se in petram Christum lapidem uiuum pretiosum & in fundamentis Zion fir-
missime fundatum, cui qui nituntur eternum non cadent.

Dilecti, obsecro, tanquam aduenas & peregrinos abstinetate carnalibus concupiscentijs quae pugnant aduersus animam, & conuersationem uestram habete honestam inter gentes, ut in hoc quod obtrectant uobis quasi maleficis, ex bonis operibus aestimantes uos, glorificant deum in die uisitationis.

Quae haec tenus ex prophetarum testimonij de Christo lapide & populo sancto di-
cta sunt, aliena cuipiam ab instituto Petri poterant uideri, sed propriissima sunt. Institu-
tum Petri est innocentiam sanctorum pectoribus inserere. Huc iam probe quadrabat te-
stimonia de sancto populo super Christum fundata. Hos enim in primis decebat innocentiam uitae colere, ne impie & prophani sic aliquando abiicerentur, ut Iudei, in quorum locum subiere, erant abiecti. Verum istud iam clarissimum uerbis ingerit cum dicit, Obsecro ut abstineatis a carnalibus desiderijs, nimis ut uerum dei templum, gens sancta et sacerdotium sanctum esse possitis. Pro more autem pristino passim non uulgaria miscet argumenta, quibus auditores ad sanctimoniam trahat. Principio blandis eos uerbis com-
pellans, monet meminerint fortis suae, nempe quod in hisce terris non habeant manen tem locum, sed uelut aduenae sint & peregrini. Nostra enim conuersatio (ut Paulus ait) in celis est. Coelestia ergo nobis cogitanda, animique ad eternam patriam alleuadi sunt. Si quid interim dum hic in exilio agimus finis tamen abstulerit fortuna, si raptore huius mundi nos spolarint facultatibus terrenis: aut si dexterior aspiras fortuna, mollius hic uiuere contingat, meminerimus semper nos peregrinos esse, qui et si laetus uiuant in diuersoribus, desertis tamen delitijs ihsus pergunt ad ueras patriae delicias: et si spolientur & qui bonique consulunt, modo ad patrias & des aliquando perueniant. Nobis itaque pars ratione spernenda uoluptas, contemnenda aduersariorum minae, constanter per patientiae campum tendendum ad patriam coelestem, sedes ubi fata quietas ostendunt, ubi & illorum (ut poeta dicit) meminisse iuuabit. Per carnales uero concupiscentias intellexit totam sce-
lerum & peccatorum uniuersitatem, quae ex concupiscentia animi malorum omnium & fonte & fomite existit. De ea ad Roma. 7. Additur causa cur carnalibus sit reluctandum affectibus. Militant enim aduersus animam. Anima uero accipitur hic pro mente religiosa & illuminata a deo. Illam oppugnant concupiscentiae carnales, ut uincant, occidant, in suas partes pertrahant, & in sempiternum demergant interitum. Tracta est metapho-
ra a militia. Uetus est eadem Paulus ad Galat. 5. & Romanos 7. atque 8. cap. ubi de his plura annotata sunt. His iunguntur iam argumenta ab honesto & utili ducta. Pulchrum enim est ut coram ihsu uiuamus sancte, qui uel odio uel ignorantia, maleficis nos insimulant.

Vtile quoq; quod inde glorificatur deus & reluctantates pertrahuntur ad agnationem ue
ritatis. Semper quidem male audit Christiana religio: id quod uidere est in Apologeti
co Tertulliani, & in operibus Cypriani & Eusebij: nil ergo mirum si uel hodie male au
dit. Verum innocentia uitæ & morum probitate semper superati sunt a Christianis ad
uersarij. Eadem ratione & hodie nobis uincendi sunt hostes euangeli, qui religionem
nostram hærelos turbarum & proditionis insimulant. Sancta & uera est doctrina no
stra, sancta & uera sit etiam uita. Dies ὥδος κοπῆς inspectionis siue uisitationis hoc in lo
co in bonam partem usurpauit. Paraphrastes sensum sic reddidit. Integritate morum &
in omnes beneficentia comperta, resipiscunt & illi agnoscentes errorem suum, afflati mi
sericordia dei cū illi uisum fuerit & illos attrahere qui uos delegit, iamc p gloriſcent eum
ex pīs ueſtris operibus quem ante ignotum detestabantur.

Proinde subditi estote cuiuis humanæ creaturæ propter dominum,
siue regi tanquam præcellenti, siue præfidibus, ut qui per eum mittan
tur ad uindictam quidem nocentiu, laudem uero recte agentium. Quo
niam sic est uoluntas dei ut beneficiendo obduretis os hominibus stu
tis & ignorantibus: tanquam liberi & non ueluti prætextum habentes
malitiæ libertatem, sed tanquam serui dei.

Hactenus in genere de uera differuit religione, certitudinem fidei nostræ ostendens,
& summa quidem eius fundamenta iaciens, præterea monens ut in hac per patientiam
uitæ p sanctimoniam constanter perseveremus in finem usq; posthac speciatim ad præ
cipua Christianorum officia descendens, ea ut in patientia & uera sanctimonia præstan
da fint præscribit. Primo autem differit de obedientia magistratui & legibus ciuilibus præ
stanta. In genere uero, Subiecti (ait) estote cuiuis humanæ creaturæ. Id quod Lutherus
uertit, Subiecti estote omni humano statuto. Græca enim ueritas sic habet, ὑπ τάγματε δια
τάσις ἀνθρωπίνη κτίσε. Et sanè κτίσις potest significare ordinatem & constitutionem
ciuilem, quam forsan dixit humanam, id est ad res hominum conseruandas institutam.
Cæterum uideri poterat Petrus suo quodam dicendi genere usus, nihil tamen dixisse a
liud, quām quod Paulus præcepit potestatibus supereminentibus obediendū esse. Nam
statim subiungitur, Siue regi, siue præfidibus: quibus exposuit, quid per humanam in
tellexerit creaturam, ordinatem uidelicet magistratus, quæ ad res humanas conser
uandas sit instituta. Quod si priorem sententiam fueris sequutus, obseruabis duplices
esse Constitutiones humanas: aut enim uersantur circa religionem, aut circa res ciuiles.
Quæ circa religionem uersantur præscribunt cultum dei, ceremonias instituunt, & ex
tra uerbi dei regulam uaria superstitionis instituta tradunt. Cuius generis sunt pleraq; patrum traditiones & constitutiones pontificiæ. De quibus in Evangelio dominus di
xit, Frustra me colunt docentes doctrinas præcepta hominum. Porro quæ circa res ciu
iles uersantur, æquitatem, pacem publicam p honestatem instituunt, Cuiusmodi sunt le
ges Cæsareæ & ciuiles, de emendo, uendendo, locando, mutuo, hæreditatibus, idq; genus
alii ad religionem nihil pertinētibus innumeris. Quibus si quis non obediatur, nisi cum
pietate & charitate prorsus pugnant, non video quomodo Christiano nomine dignus
esse possit. Nihil enim firmamenti habet quod tumultuosuli quidam subinde obiciunt,
Frustra me colunt præceptis hominum. Nec enim hæc à nobis in cultum dei fiunt, sed
in emolumenū nostrum, nempe ut salua republica, nos quoq; salui esse possimus. Necq;
uero dominus istud uerbi (ut audiuimus) dixit de ciuilibus sed spiritualibus (ut uocat)
constitutionibus quæ ad cultum dei instituuntur. Quod si posteriorem amplectaris sen
tentiam, iam sub regis & præfidum nominibus omnis generis magistratū intellige. De
quo ad Roma. 13. copiosiora dedi. Iam uero quare obediendum sit adiungit, Propter do
minum. Non (inquit) hoc tantum nomine obediendum, quo supplicium deuitemus
quod sumit de inobedientibus magistratus, sed quod ipse quoq; dominus obedienciam
præcipit, Paulus enim dicit, Quisquis resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem
refute-

*Humanæ constit
utiones.*

Oportet deo
plus obediere
quām hominib.

restiterint, fibi p̄fis iudicium accipient. Appenditur & aliud cur obediendum sit. Missi sunt ad vindictam nocentiu, laudem uero recte agentium. Finis in quem (air) institutus est magistratus, bonus est, ergo omni modo obediendum est. Hic autem est finis, ut sup̄ Cur institutus pliorum metu coērceantur scelerati, præmijs uero ad uitutes incitentur probi. Porro *magistratus*, ὃς διὰ νοῦ πεμπλύων, id est tanquam ijs qui per eum mittuntur, anceps & dubia est oratio. Ad regem enim & ad deum referri potest, melius tamen ad deum. Non est enim potestas nisi à deo, qui in Psal. si. dicit, Iudicate pauperem & orphanū, inopem & egenum iustificate. Eripite pauperem, & inopem de manu impiorum liberate. Id demum est ad vindictam nocentium, laudem uero bonorum esse missum. Neq; nouum est quod laus ponitur pro assertione defensione c̄p. Veterum enim Leges, id quod & Erasmus ex Platone annotauit, non solum minabantur pœnam male agentibus, uerum etiam præmijs inuitabant ad officia. Et dominus apud Lucam in 22. ait, Reges gentibus imperitant, & qui potestatem habent εὐθύτα καλύτα, id est benefactores uocantur. Vocatur autem dixit ad morem Hebraicū pro sunt. Id est, in hoc instituti sunt reges, ut benefici sint. Plura de his ad Roma. 13. Præterea adiungitur aliud quod moueat ad obedientiā. Hæc enim est uoluntas dei ut benefaciendo calumnias ethnicorum eludatis, qui si æquum iugum detrectaretis legum, probabiliter dogma damnarent Christianum, quasi omni parte æquo & iusto repugnās, cum aliās mysteriorum dei ignari, temerius & sinistri iudicent de religione Christiana: nolim ergo commodiorem ipsijs præberi nostra inobedientia ansam damnandi sanctum & uerum dogmatis genus. D. Paulus alibi eandem hanc rationē clarioribus verbis sic extulit, Subditi estote, ne nomen dei & doctrina male audiat. Iam uero quod multi tū essent ut & nostris fuere sacerulis, qui libertatis Christianæ p̄f- Abusus liberta- ficio se à magistratus & omniū legum iugo arbitrarentur liberatos, non intelligentes ue- tis Christianæ.

ræ Christianorū libertatis naturam & genium, non citra increpationē tacitam dicit, Nec est quod quisquam uestrum se libertatis Christianæ titulo obedientia magistratus iusta subducat. Liberi sanè estis, sed à peccatis ne illa uobis dominantur, à lege, id est umbra & maledictione legis: nemo igitur malitia suæ aut in instituto peruerso debet prætexere libertatem: quasi uero Christiana libertas licentia peccādi sit, quam mox titulo libertatis defendere liceat. Serui dei sumus liberati à seruitute dæmonis, mūdi & carnis. Deo ergo posthac seruiamus. Deus præcepit magistrati obediamus. Proinde seruiamus deo obedientia. Copiosius de libertate Christiana disputatum est in Romanis.

Omnis honorate, fraternitatem diligite, deum timete, regem honorate.

Rem copiosissimam uno iam uerbo brevijs sententia comprehendit, quid Christia. Scopus exter- ni debeamus non modo magistrati, sed omnibus penè hominibus: id quod multi co- narum functio piosissimis libris æditis nondum assequuti sunt. Sententia Petri tripartita est. Primā seni num humana- tentia partem sic exponit Paulus, Reddite omnibus quod debetur, cui tributum tribu- rum.

tum, cui uectigal uectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Germanice di- ceremus, Thānd yederman was jr schuldig sind. Secundam partem idem Paulus hisce uerbis ex planauit, Nemini quicquā debeat, nisi hoc ut inuicem diligatis. Tertiam uero paribus penè uerbis annumerauit Christus, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Illud tamen obseruandum in primis, quod deo timorem, regi uult impedi honorem.

Famuli subditi sint cum omni timore dominis non solum bonis ac

humanis, uerum etiam prauis. Nam hæc est gratia si quis propter con- scientiam dei suffert molestias præter meritum affectus malis. Quæ en- dim est laus, si cum peccantes alapis cædimini, suffereritis? At si cum be- nefacitis, & tamen malis afficimini suffertis. Hæc enim est gratia apud deum.

Instituit famulos. Græca ueritas οἰκέτης dixit. At Cælius Lectio, antiq. lib. 13. cap. 49. Serui, differentiam ponens inter δοῦλον καὶ οἰκέτην. Δοῦλος (inquit) & οἰκέτης differunt,

1. Timoth. 6.

uti in secundo de Concordia prodit Chrysippus. Nam est δικέτης qui etiamnum seruitum seruit. Δῆλος autem ἀπελεύθερος indicat, id est libertum, & uniuersim ministrum quemlibet. Instituit ergo Petrus seruos qui seruitutem serviebant, & sub infidelium dominorum iugo gementes, indignum putabant ut liber populus, Christianorum uidelicet, tam indignis modis opprimeretur ab impiorum dominio. Habuere & uetera sæcula ludam Galilæum, Saduchum, Spartacū, & nostra tempora turbarum per uniuersam ferè Germaniam authores, qui eiusdem sententiaz cum his, libertatem Christianorum non intellexere. In 1. ad Corinthios 7. capite dicit Paulus, Qui in domino uocatus est seruus, libertus domini est, ne ergo tibi sit curæ, attamen si potes liber fieri magis utere. Ita & Petrus ut seruorem & impatientæ æstum restinguaret, ait, Nolo ut servi ora sua herili subducant capistro, sed potius uolo ut subsint dominis suis, adeoç & cum timore ac reuerentia subsint. Timor supercilium contemptum & fastum deprimit. Eadem uerba legere est & apud Paulum in 5. capite ad Ephesios. Iam ne responsarent, Obediremus si essent uiri boni & Christiani, at durum est tam misere excarnificari innoxios ab impijs præuenit & ait, Non solum bonis ac æquis siue humanis, sed τοῖς ονομασίοις etiam prauis ac asperis, siue difficultibus. Rationem addit, quam per antistrephon quodpiam ipsorum opponit obiectioni. Hæc (ait) est gratia si quis præter meritum tantum propter conscientiam dei affligitur. Obscurior autem paulò est hæc sententia propter sermonem insolentiorem. Nam hæc est gratia, dixit pro eo quod est, Illud demum meretur laudem. Germani contrarium felicius enunciauerimus, Du wirst deß nit vil dancks haben. Et affligi σύναστριανότητα δεß, id est per siue propter conscientiam dei, dixit pro eo quod est propter causam iustum pati, nempe cum afflictus sibi de innocentia sua coram deo probe conscient, patienter fert iniuriam. Eam dixit Petrus conscientiam dei. Sensus itaq; est. Illud demum deo gratum est & summis uehendum laudibus, si quis iustus fit iustumç cauissam habeat, interim tamen afflictionem perpetiatur atq; in hac patiens fit. Huic sententiaz addit contraria, quam per interrogationem figurat, dicens, Quid autem laudis fuerit, si quis uestrum cum ob malefacta uapulat, sufficit? Merito enim uapulat mali. Cæterum si quis cum beneficerit, illatas iniurias constanti toleret animo, id demum laudem & apud deum & apud homines non prouersus stupidos, meretur. Additur enim per Pleonasmum ferè aut repetitionem, Hæc enim est gratia apud deum. Ex ipsis omnibus colligimus eos qui ob malefacta cæduntur aut puniuntur nequaquam martyrum nobilitas dignos esse nomine. Exempla uerius sunt quām martyres. Nam qui meritas luunt pœnas exemplum fiunt aliorum, ut hi illorum calamitate territi minus peccent. Martyres uero in causa uera, iusta & bona afflictionē cæsicq; testimonium ferunt ueritati. Sed de hac re copiofissime simul & doctissime scriptit D. Aurelius Augustinus aduersus Donatianos Petilium & Gaudentium. Plura dicit Petrus in cap. 4.

Siquidem in hoc uocati estis: quoniam & Christus afflictus est pro nobis, relinquens nobis exemplum ut insequeremini uestigia ipsius, qui peccatum non fecerat, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cum maledictis incesseretur, non regessit maledicta, cum malis afficeretur, non minabatur, sed tradidit uindictam ei qui iudicat iuste.

Christiani ad
crucem baiulan
dam uocati.

A uocatione siue professione & exemplo Christi trahens argumēta evidentius rapit ad patientiam, ita tamen loquens Seruis, ut nemini nostrum non competant. Primo dicit, Religio Christiana non promittit in hoc sæculo cultoribus suis opes amplas, uoluptates uarias honoresç splendidos, sed crucem & afflictionem, contemptum & facultum direptionem. Hac ergo lege in hoc uitæ institutum à baptimate suscepti estis, ut patiamini. Proinde nemo cauissari potest se sua spe frustratum esse. Secundo absoluta Christi exemplum proponit, qui cū innocentissimus esset, afflictionē tamen sustinuit, nimirū ut eius exēplo moniti nil aliud q̄ afflictiones assiduas nobis polliceremur, atq; in his exerciti ad quēuis mala faciē obfirmaremus. Cæterū uerbis Petri mira inest copia, uis & maiestas, quā si quis pro dignitate persequi incipiat uix multis absoluere queat: nos summas terum

terum duntaxat perstringemus. Principio in genere dicit, Etiam Christus afflatus est pro nobis. Deinde ne quis hoc uerbi tantum ad redemptionis pretium traheret, addit, Relinquens nobis exemplum, certe ut insequeremini uestigia ipsius. Vnde nos colligi= Christus exem-
plum Christum non tam ad salutem & propitiationem q̄ ad lucem & exemplum mundi plam uite.
missum esse mortalibus. In Euangelio secundum Matthæum legimus dominum, Matth. 16.
Si quis uult me sequi, abneget semetipsum, tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Ioan. 12.
Illi autē uidetur allusisse Petrus, qui & metaphoram transumpfit ab ihs qui uestigij qui
busdam imprudētioribus viam ueluti delineant. Hinc succisis membris quid aut qualia
qualiue animo passus sit Christus enarrat, ut tacita quadam antithesi intelligamus quid
nos quoq̄ deceat. Christus (ait) peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,
attamen afflatus est. Ea autem sunt Isaiae uerba ex cap. 53. His iam oppone, Nos uero pec-
catores sumus adeoq; non nisi ex dolis, mendacio & hypocrisi consutit minus igitur mi-
randum si & nos affligimur, multo minus etiam deo responsandū est quoties patimur.
Item, cum dira in Christum congererent cōuitia Iudæi & horum primores pharisæi & conuictari,
scribæ, ut extat apud Matthæum in 27. cap. ex Psal. 22. cumq; domino non deessent gra-
uissima scelera quę in aduersarios uere potuisset eiaculari, obticuit tamen, imò & pro ho-
stibus suis patrem obsecrauit cæcitatis eorum misertus. Hinc iam disce id quod Paulus
ad Rom. 12. docuit, Bene loquamini de ihs qui uos insectantur: bene loquamini inquam,
& ne male precemini. Rursum, Cum indigna pateretur dominus, cum pro omnipoten- Vindicta.
tia & diuina sua uirtute illos uel fulmine coelitus uocato, uel tellure iussa dehiscere semel
potuisset omnes extinguere, deglutire, & in æternum demergere interitū, nil tamen uel
minabatur istorum, sed omnem uindictā patri reliquit, quem & iustum iudicem esse no-
uit, qui ut nemini irrogat iniuriam, ita nullam illatam iniuriam finit impunitam. Disca-
mus ergo & nos uindictam eidem tradere deo iusto & quo uero & ulti: id quod etiam
Paulus in eodem capite docuit, quod iam iam citauimus.

qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, quo pec-
catis mortui, iustitiæ uiueremus: cuius eijsdē uibice sanati fuistis. Nam
eratis uelut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & cura-
torem animarum uestrarum.

Occasione accepta ex Isaiae cap. 53. modice ab instituto suo deflectes pro more aposto- Christus satisfa-
lico scribit de gratia & redemptionis pretio, deq; iustificatione per Christū. Pleracq; ue- ctio pro pecca-
to transcript fit ex Isaia. Breuiter, Cum nos onere peccatorū grauati succubuisse tur- tis nostris.
piter & iam iam æternum expectaremus suppliciū, deus nostri misertus filium suum in
mundum misit, qui ferendo oneri idoneus esset. Veniens ergo in mundum filius dei, ho-
minis factus est filius, suscepta carne peccati, id est suscep ta natura humana in qua in cru-
cem adactus peccata nostra munda sua carne, sancto inquam holocausto expiavit: quod
quidem holocaustum diuinæ literæ peccatum appellant, propterea quod pro peccatis
sit oblatum. Aliás fidei synceræ & orthodoxæ mysterijs docti, credimus Christi carnem
despiritu sancto conceptam, & ex intemerata uirgine natam, carere peccato labe seu ma-
culam. In crucem ergo suspensus est Christus, ut peccata nostra portaret, id est expiatet ho-
stia corporis sui, itaq; nos mundaret à peccatis: deinde ut innocentiam uitæ cōmendaret
nobis. Debemus enim nos qui credimus Christum pro nobis passum esse mortuum &
resuscitatum, carnem nostram unā cum concupiscentijs crucifigere, ut in nouam uitam Galat. 5.
spiritu dei resuscitati, deum colamus non mortuis operibus, sed uiuis fidei sanctæ fructi
bus. De qua re egregie disputauit Paulus ad Rom. 5. Cæterū operibus hisce sanctorū ui-
vis, iustitiæ inquā, non tribuenda peccatorū expiatio, sed sanguini Christi. Petrus enim
dicit, Cuius eiusdē uibice sanati sumus. Ambrosius alibi legit, Cuius uulnere plagarum
sanati sumus. Alij legunt, Cuius liuore sanati sumus. Est autē liuor uestigij plagæ in cu-
te, uel tumor ex plaga concretus, ein blütmaß. Intellexit autem propheta crucem & uerbe-
ra, uulnera, sanguinis effusionem & ipsam mortem, quæ uita & emundatio nostra est.
Ex eiusdem prophetæ autoritate comparat genus mortaliū oībus palantibus, ut apta-

collatione, & miseriam notet mortalium, & gratia diuinæ erga nos magnitudinem. Eadem allegoria usus est etiam Christus apud Lucam in 15. Præterea ipsum saluatorem nostrum (ut in allusione perfaret) πιμπία νοῦ ὑπόσκορη, id est pastorem & episcopum, sive curatorem (episcopi enim de rebus necessariis prospiciunt) uocauit, id quod apud Ioan nem in cap. 10. Lucam in 15. & Ezech. 34. cap. exponitur. Paraphrastes, Christi (air) uinculis, plagiis, vulneribus, cruci & morti debetis, quod pristinæ uitæ peccata non imputat deus. Nam ante (nempe ante cognitum Christum) uelut oves palantes absq; duce, alii alio aberrabatis, quò quemq; sua ducebat cupiditas, existimantes licere quicquid liberet, sed ab errore pristino nunc conuersi estis ad Christum Iesum, pastorem & curatorem animarum uestrarum. Hunc si sequamini ferendis praeter meritum afflictionibus malorum, illo duce peruenietis ad immortalitatis gloriam.

CAP. III. Similiter uxores subditæ sitis uestris uiris, ut etiam qui uerbo non obtemperant per uxorum cōuersationem absq; uerbo lucrifiant dum consyderant cum resuerentia coniunctam castam conuersationem uestram:

Vere bona opera. Redit nunc in viam, & officia Christiana describere pergit. Multum autem bona fru-
gis in matrimonio est si recte institutum sit in timore dei. Nam & calamitates uariæ & sce-
lera innumera oriuntur ex coniugio malo. Qui hactenus de operibus bonis ex Pontifi-
ciorum parte scripsierunt uere bona opera neglexerunt, ficitia quædam laudibus extu-
lere. Nam monachismum, ceremoniarum studium, ieunia stolida, & preculas supersti-
tiosas laudauere, interim uera Christianorum officia neglexere prorsus. Neq; putauerūt
eos labores quos perferunt serui uel coniugati ullum inter opera bona habere locum.
At D. Petrus his primum assignat. In presentiarum casis primi uxores instituit, quæ in-
credulæ iugatae maritis imperium eorum hoc ferebant impatientius. Petrus autem nibi
lominus obediendum esse docet, nimis in ijs quæ religioni Christianæ prorsum ad-
uersa non sunt. Paulus enim in 1. ad Corinth. cap. 7. loquens de impari cōubio, Si quæ
mulier (inquit) maritum habet infidem, & is assentitur ut habiter cum ea, ne dimittat
illum: item si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc assentitur ut habiter cum illo,
ne dimittat eam. Interim pulchre monet Petrus incredulos uiros non uxorum rixis, sed
conuersatione sancta in cōfessum religionis pertrahi. Hortatur ergo castæ, integræ atq;
modestæ fint, ut integritate quæ nascitur ex fide permoti mariti istam quoq; fidem & do-
ctrinam amplectantur quam uident tantarum virtutum esse altricem. Et sanè per quam
acres stimulos habet sincera probitas, quæ plus ferè potest apud aduersarios non omni-
no peruersos quam docta disputatio. Sed & uita improba plus non nunquam diruit, q
sana doctrina ædificari possit.

quarum ornatus sit non externus, qui situs est in plicatura capillo-
rum & additione auri, aut in palliorum amictu, uerum occultus, qui est
in corde homo, si is careat omni corruptela, ita ut spiritus placidus sit ac
quietus, qui spiritus in oculis dei magnifica ac sumptuosa res est. Nam
hoc modo ornabant quondam se sanctæ illæ mulieres quæ spem suam
in deum collocabant, & subditæ erant uiris suis, quemadmodum Sara
obedivit Abrahæ, dominū illum appellans, cuius factæ estis filiæ, dum
benefacitis & non terremini ullo pauore.

Habitus ex uestra reddidisse. Porro plurimum momenti habet qua quis sit ueste amictus. Necq; enim
stus corporis. temere apud ueteres & nostri æui homines Adagium increbuit, Ex ueste æstimari homi-
nem. Credimus enim plerique uarij & inconstantioris animi indicium esse uestem uarico-
lorem, corrupti aut lacerandi cupidi laceratam sive concissam, arrogantis & impudicis
plus nimio exquisitæ & procacem. Proinde Petrus aduersus muliebrem luxū quem sibi
ue lu

uelut cognatū habent differit, modestiam & uitæ sanctimoniam cōmendat. Præcipuus autem sc̄eminarum cultus consistit ἐν τῷ λοιπῷ τρίχῳ, id est in contextu plicatura sive cri- spatura capillorum: cui addunt mitras tiarásue ē bisso contextas & acu uarie pictas, in- sertis passim auri & argenti gemmarumq; pigmentis. Deinde in amictu palliorum. At sub palliorum uocabulo complexus est Petrus omnis generis omnium nationum æta- tumq; pretiosas & exquisitas uestes, quas ætates uarie mutant, & regiones pro uarietate morum diuerfissimas habent. Hic uero, Non extero cultu (ait Petrus) exornatur Chri- stiana mulier, sed animi bonis. Vnde iam externum cultum aspernandum internum ue- ro consecrandum docuit. Internum uero cultum dicit in homine interiore esse, nempe *Animus et mēs* si sc̄emina sit animo menteq; incorrupta, nil agat ex affectibus muliebribus, nil intempe *hominis pia ho- rantia, iracundia, rixis, ambitioni, arrogantiæ uel procacitati tribuat, sed mitis, placida, mo internus.* tractabilis & mansueta sit. Id demum deo probari. Hic spiritus, hic ornatus magnifica in- quia & pretiosa res est in oculis dei. Prophani homines pretio & sumptu æstimat orna- tum corporis, & hoc meliorem & speciosiorem credūt, quò pararint emerintue carius: sed deus fidem miratur, ex fide æstimat omnia. Cæterum ex hoc loco colligimus dupli- cem esse hominem. Externum & Internum: magis tamen probari internū, qui si incor- ruptus sit, sanctiorem esse externum quoq; Paulus in 2. ad Corinth. 4. cap. utriusq; men- tionem faciens dicit. Externum corrumpi quidem, sed internum renouari indies. Proin de qui sapiunt momentanea relinquunt, permanentia & æterna requirunt. Nec Petrus hæc primum de uero corporis cultu protulit, sed & Solomon Prouer. n. ait, Mulier quæ honorem tuetur gratiola est. Item, Mulier quæ formosa est, sed immodesta, non dissimi- lis est porco naribus aureum torquem gereti. Et iterū in cap. ultimo, Fallax uenustas est, & uana est forma, mulier timens deum laudanda est. Et Propertius, Ampla satis forma pudicitia. Paulus quoq; apostolus 1. Timoth. 2. cap. uelut Petri uerba exponens dicit, Vo- lo mulieres in amictu esse honesto sive modesto, cum uerecundia & castitate ornare sei- pſas, non tortis crinibus aut auro, aut margaritis aut uestitu sumptuoso, sed quod decet mulieres profitentes pietatem per opera bona. Fortassis hæc ipsa Pauli uerba mutuauit Petrus, & quod sanctos dei viros nunquam puduit, inter sua retulit. Accusanda igitur hoc in loco arrogans illa nostri sc̄culi superbia, inuehendum oratori diuino in nimium istum & fatuum corporis cultum, quem & à prophetis uidemus acerrime fuisse increpi- tum. Certe ne in hac re quicquam negligenter Petrus, exemplum, at exemplis ad permo- uendum auditoris animum nihil euidentius, proponit. Sic enim egere (ait) sanctæ quon- dam sc̄eminae quæ erant fideles. Nam uiris erant subditæ, deinde uarijs uirtutibus se- exornabant, externum & nimium corporis cultum negligebant. Idem itaq; & uos facti tare decet, modo fideles estis. Atq; hic ex omni sanctarum mulierum turba protrahit Sa- ram. Hanc matrem facit omnium fidelium sc̄eminarum: sicut ex scripturis constat Abra- ham patrem esse omnium creditum uirorum, eorum inquam qui exemplum imitan- tur patris, & genium referunt paternum. Sara porrò Abrahæ fuit subdita, & dominum Gene. 16. appellauit illum. Qua appellatione summus notatur honor, summa obedientia. Neq; e- nim uerbis & blanda duntaxat appellatione exhibetur obedientia, sed magis ipsa re. Igi- ture si quæ gaudent Saræ dici filiæ, Saræ quoq; imitentur exemplū. Sunt stolidi quidam mulierum esse integerrimam, quæ immūda ueste cincta, tetrica sordidaq; simulat sancti- moniam. Sed modus est in re qualibet. At nil aliud q̄ modum docuit Petrus. Iam cum supersticiosulum quoq; sit genus mulibre, & i cōcirco in rebus nihil frequenter exanime- tur timens sibi ubi nihil periculi, & credens quæ sunt superstitiona minimeq; credenda, iubet ut posito illo inani pauore totas se deo dent. Hic locus est agendi contra inanes anilesq; fabulas, cōtra benedictiones stultas, superstitionem sc̄emineam, & si quid aliud est huius generis. Hæc demum uera sunt Christianarū mulierum officia, quæ & à Pau- lo in hunc prorsus modum exposita sunt in 2. cap. ad Titum, & 1. Timoth. 5. Qui loci sic repugnant uitæ nonnaticæ, ut nostro tempore scripta credere possis.

Viri similiter cohabitent secundum scientiam uelut infirmiori uasi muliebri impartientes honorem tanquam etiam cohæredibus uitæ, ne interrumpantur preces uestræ.

Maritorum officia.

Vernunft.

Viris quoq; quid factio opus sit præscribit. Sunt enim qui, ut iam iam dicere cœperam, abutuntur autoritate sua putantes viri in uxorem imperium esse tyrannidem. His clamitant, Scriptum est, Vxorū caput est maritus. Evidem, sed nunquid caput in reliquum tumultuantur corpus? an non magis cæteris membris seruit omnibus? an non regit & consulit omnibus? Ita & maritus uxoris caput esse deber, id est iucundus conuictor, consultor & uitæ dux cōmodus. Id si negligat nō magis titulo capitū dignus est, q; caput illud quod, ut in fabulis est, uulps inuentū isto notauit dicitrio, O quale sine cerebro caput. Petrus itaq; importunam quorundam refrenans audaciam & intemperiem, unico uerbo istud negotium totum complectitur & dicit, Viri cohabitare uxoribus cum scien- tia. Id quod Germanice felicius exponere possumus, Sind vernünffig vnd verständig gegē jnen. Scientiam opposuit affectibus, tyrannidi, iræ, morositati. Scientia solida & iusta facile restinguat intemperiem animi. Contra uero tyrannidis, arrogantiæ & iniuriarum causa est barbaries illa quæ nihil recte sinit sapere, imprudentia adeoq; stultitia & stupiditas, quæ facit ne ulla quidem beneficia agnoscamus, imò ne nos quidē nouerimus amplius. Hisce addit argumenta quād elegantia, certe ut persuadeat. Primum ductum est ab imbecillitate muliebri. Hoc (ait) maiorem illis honorem deferre & hoc promptius inseruite, quo imbecilliores esse uidetis. Qua parte allusit ad illud domini dictū, In adiutorium uiri condita est mulier. Meminerimus ergo uxores nostras nobis in solatium esse conditæ: robur, sapientiam & affectuum moderationē uirorum esse; imbecillitatem uero mulieribus quasi congenitam, ut posthac feramus & quius si paulò fint imprudentiores, ut melius consulamus si affectibus deditiores. De qua re copiosissime differuit Erasmus in libello de Instit. Matrimo. inscripto. Disputatum est, fateor, hic à multis quis honor uxoris sit exhibendus, cur infirmitatis dixerit uasa Petrus. Sed paucis, Honoris uocabulo usus est ut in cap. 2. Omnes honorat & ut nos dicimus, Er hat sy in eeren. Deinde uasculu dixit mulierem, ut apta similitudine imbecillitatem adubraret muliebrem. At plerunq; usu uenit ut tenerima quæq; & infirmissima uascula omnium fint utilissima magisq; necessaria cæteris. Secundum argumentum duxit à dignitate mulierum. Sunt etiam cohæredes gratiæ. Proinde familiarius tractandæ. Huius generis sunt quædā & apud Paulum in 1. ad Timotheum 2. cap. Peccauit quidem mulier, & peccatum in mundum induxit, interim tamen sanguine Christi mundata est. Non ergo est quod ob sexum contemnatur uxorem aut lapsum imputet maritus. Tertium ab utili traxit, Ne interrumpantur preces uestre. Vbi enim iurgia, lites, uerbera, ibi nulla preces puræ. Erasmus propè aliud uidetur sequutus. Sic enim scribit. Nec enim Christiani mariti sunt, qui uxores tātum habent ad usum coitus, imò magis annitendum est ut sociæ fiant ieuniorum, elemosynarum, uigiliarum, precationum, quò quæ uocatæ sunt ad cōmune præmium æternæ uitæ, communibus etiam studijs huc contendant.

Postremo sitis omnes unanimis, similiter affecti, fraterna prediti charitate, misericordes, affabiles, non retaliantes malum malo, aut conuictum conuictio, sed contra benedicentes, scientes uos in hoc uocatos esse, ut benedictionem hæreditate possideatis.

Veluti pertesus singulis ordinibus singula ac propria scribere officia, in fasciculū colligit generalia & summa quædam quæ si obseruentur accuratius nullum non ordinem rite instituant atq; cōseruent. τὸ δὲ τέλος, id est, In summa uero, siue, Postremo, quæ nota est isthac generalem esse omnium officiorum institutionem. Primas hic obtinet Concordia siue Vnanimitas. De hac & Paulus copiosius in 1. ad Corinth. cap. 1. & Philip. 2. Sequitur συμπαθεῖσι mittlydig. Cum nos tāgimur affectu alieni mali; ueluti membrorum mos est, Patiente enim uno cōpatiuntur reliqua. Et Paulus, Memores estote uincitorum, ait,

ait, tanquam unà cum illis uincti, eorum qui affliguntur, uelut ipsi quoq; uersantes in corpore. Additur φιλάσθελφοι fraterna præditi charitate. Intelligit autem Christianam. De qua dominus, Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Accedit aliud εὐωλαγγυοι misericordes uel ex uisceribus propensi ad benefaciendum. Hebræus ριμπις ἡρρuis uiscera siue miserations uocat. Germanus uertit Härzlich. Additur iterum aliud φιλόφρονες affabiles. Refertur ad uitæ consuetudinem, faciles commodosç significans Früntlich. Alij uerterūt studiosi accommodatiç amicitia. Quæ Iterum deflebit hisce præterea membris iungūtur, de eo quod etiam Christus dominus docuit malum ad patientiam, malo, uel conuitum conuitio non esse repulsandum, exposita sunt in cap. 2. Porrò epicheremate quod ad finem adiecit, afflictos consolatur. Id tale est. Scientes in hoc uos uocatos, ut benedictionem hæreditate cōsequamini. Quasi dicat: Ut benedicatis ihs qui uobis maledicunt, in primis illud mouere debet, quod nemo hic ueram assequi potest benedictionem. Quoad in hisce terris reptauerimus subinde bella & malorum expectanda nobis conuitia. Vbi uero hisce fuerimus exuti miserijs tuq; ueram benedictionem, id est uitam sempiternam æterna hæreditate possidebimus, modo filij benedictionis esse perrexerimus. Fortassis allusit Petrus ad illam Abrahæ factam pollicitationem, In semine tuo benedicentur omnes cognationes terræ.

Nam qui uult uitam diligere & uidere dies bonos, coérceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo & faciat bonum, quærat pacem, & persequatur eam. Quoniam oculi domini super iustos, & aures eius ad depreciationem illorum. Rursus asperitus domini super eos qui faciunt mala.

Eandē ferè rem dicit, sed alijs uerbis. Adducit enim uerba Psalmi 33, ut simul illa quoque que dixerat plus authoritatis haberent. Cæterum clariora sunt illa quām quod multa egeant expositione. Illud quoq; constat uel propharum literarum testimonio ple-
rasq; hominum pestes ex uitio oriri linguae. Vnde propheta prudenter ait, Qui uult uitam diligere & uidere dies bonos, id quod in utramq; partem & de feliciore in terris & beata uita in celis interpretari potes, coérceat linguam suam, ita autem coérceat, ne uel dolum concinnet, uel mendacia, conuitia, & calumnias effutiat. Cæterum ut hoc præstare queat, declinet quisq; à malo & faciat bonū, deserat lites & quærat pacem, nec quærat modo sed & persequatur. Atqui ut hoc quoq; gnauiter perficiat illud maxime mouere debet, quod dominus ihs benignus est qui iusti sunt, eosq; in suam curā recipit & clementer audit, qui iusticiæ & paci ex animo bene uolunt: rursus illis iratus & præsentissimus ultior est, qui faciunt mala. Itaq; si quis uelit fibi deum propitiū, si quis illius cupiat ultionem effugere, ipse quoq; sit beneficus, neminem lædat, malum malo non repellat.

Iam quis est qui sit afflicturus uos si quod bonū est æmulemini: Imo si quid etiam acciderit in cōmodi, propter iusticiam, beati tamen estis.

Pulchre ab innocentia delabitur ad patientiam. Docuit haecenus quām sanctam esse deceat Christianorum cōversationem: iam infert, Quod si tales esse pergitis, quales esse Patientia. debetis, Christiani, nempe qui omnibus etiam hostibus benefaciunt, neminem lædunt, quis obsecro inuadet atq; affliget bene meritos. Hic adiūcīdum propter Eclipsim, Nemo. Est enim tacita subiectio, cui protinus adiungitur correctio, Porrò si qui sint tanta cætitate attacti, ut imberitos, imo bene meritos persequantur, memineritis uerborum domini apud Matth. in cap. 5. Beati qui persequitionē patiuntur propter iusticiam, quoniam illorum est regnum celorum. Quæ consolatio desumpta est à causa & præmio, & commode & summa cum dignitate ad institutum præsens inserta.

Cæterum terrore illorum ne terreamini, neq; turbemini, sed dominum deum sanctificate in cordibus uestris. Sitis autem parati semper ad respondendum cuilibet petenti, ut loquamini de ea quæ in uobis

est spe, cum mansuetudine & reuerentia.

Constantig.

Confessio.

**Respondendum
cuilibet.**

Matth. 7.

s. Tim. 6.

**Lectione bibliorum
interdicuntur ple
bi.**

Confirmat afflictos uerbo dei ne uspiam in ueri confessione tyrannorū minis territū labascant aut nutent. Formidulosi, ait, sunt isti fidelibus, qui ut placidi & modesti sunt, ita isti sævi & truculenti nil aliud quām minātur & affligunt. Sed ipse dominus in euangelio dixit, Nolite timere eos qui corpus tantum occidunt, animam occidere non possunt: sed illum magis timete, qui animam & corpus unā potest in inferos demergere. Et Isaías in s. unde hic locus Petri uidetur desumptus, dicit, Ne timeatis neq; paureatis, domini exercituum ipsum sanctificate, ipse paucor uester & ipse terror uester. Vnde iam claret quod tum sanctificamus dominum cum ipsum super omnia obseruamus, ipsi adhæremus & ipsum confitemur, spretis mundi conuitijs minis & supplitijs. Proinde quoties ingruit persequotionis procella semper horū meminerimus. Huc refer Isaiae cap. 49. & s. Cæterum quod hæc istum quē retalimus sensum habeant, conuincunt consequentia uerba de Apologia Christianorum. Ea ad uerbum sic habent ἐτοιμοὶ δὲ τῷ πόλεμῳ λογίαν ποντίκι τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λογίῳ περὶ τῆς ἐμῆς ἐλπίδος μετὰ πραύτητος οὐχὶ φόβου. Parati uero semper ad responcionem siue satisfactionem omni cauillanti uos sermonem de spe illa quæ in uobis, cum mansuetudine & timore. Id est, Tum uere sanctificaueritis dominum in cordibus uestris, cum parati fueritis placide de religione Christiana quærentibus, ueritatem confiteri & exponere. Potest tamen non tam ad confessionem Christi quām ad institutionē in religione referri. Erudite enim Paraphrastes, Christi hostes (inquit) non sunt exacerbandi conuitijs, uerum ubi cuncti offeret se spes aliqua posse illos ad Christum pertrahī, fitis faciles promptiç ad respondendum quibuslibet cupientibus cognoscere, qua fiducia quāue spe contemnatis huius uitæ commoda, et incommoda toleretis. Idq; facite non indignabundi non contumeliose, uelut illis insensī, sed cum omni mansuetudine & reuerentia. Obseruanda autem Synecdoche in uocabulo Cuilibet. Non enim iubet id quod uel Christus uel Paulus uerant, sanctum prouocare canibus & uerborum pugnis cum aduersarijs contendere: sed si quæ spes est de illo qui interrogat, uel ipsa dei gloria afferenda, uel nomen Christi iustas ob causas confitendum est. Nam neq; ipse dominus neq; prophetæ apostolue semper responderūt aduersarijs. Iudicium ergo & delectus in responcione requiritur. Nihil interim hic spectandum est aliud quām ut gloria Christi & utilitas proximi propagetur latissime. Damnatur hisce istorum uesania qui nuspian suauius de Christo & religione uera differunt, quām ubi in tabernis sese uino prorsus ingurgitarunt, aut ita de Christo disputant ut tandem à uerbis ad uerbera deueniatur. Aut qui plus nimio amari nihil de religione uel scripto uel uerbo proferunt quod non spinis & aculeis ita sit intricatum ac hispidum ut nulla ex parte citra periculum hauriri contrectarie queat. Id quod de importunis & intempestiuis quorundam conuitijs, non autem de iustis in impios & impietatem inuectiuis intelligi uelim. Nota satis seueritas prophetica, nota est & maiestas apostolica. Colligimus præterea ex hoc loco cognitionem atq; scientiam Christi & euangelij eius olim Christiano populo perspectiorem fuisse quām sit hodie. Id quod debemus pōtificijs indignum immō impium uel nunc quoq; post tot tantasq; admonitiones putantibus si lectio bīblica exerceatur laicus. Verum nos apostolica authoritate aliud docti, scimus æquum & Christiana religione dignum esse, ut quotquot Christi nomen profitentur, rationem quoq; nominis Christiani teneant, quæ non nisi ex literis petitur sacris. Indignissimum enim est si eius nesciamus leges ac placita, cuius tamē nomine & professione censemur. Nemo se Platonis censeret esse discipulum, nemo Stoicorum aut Epicureorum agnoscit titulum, nisi prius placita & disciplinam istius professionis teneat adeoq; ad unguem teneat omnem. Solis Christianis licet esse ignaris legum & professionis suar. Atqui ista legi ista ratione lupi isti rapaces ecclesiasticum ouile minore negotio potuerunt irrumper. Cæsis enim paucis quibusdam pastoribus in Lege dei doctis, reliquā simplicis plebeculae turbam ad uotum ad libidinem ad rapinam & cædem habuere expositissimam. Nec hodie alia cauilla ita furiunt et in pastores quos ipfi dicunt hæreticos, et in artem im pressoriam incipi uulgatas Bibliorum interpretationes, quām quod oues sapere incipiūt, & illi

& illi pro sua libidine misera plebe ad quæstum nunc ut quondam abuti non possunt. Verum dominus qui potens est uerus iustus & deus ulti conterat satanam istum sub pedes nostros breui. Fiat.

Et bonam habete conscientiam, ut in hoc quod uobis detrahuunt tanquam scelerosis, pudefiant, hi qui incessunt uestram bonam in Christo conuersationem. Praestat enim ut bene agentes, si ita uelit dei uoluntas, malis afficiamini, quam male facientes.

Repetitur illud ipsum quod expositum est superius in cap. 2. Nec mirum nec inutile, maxime si res tam honesta tamq; necessaria s̄epe repetatur totiesq; inculcetur. Meminemus nos istud in primis obseruandum esse nobis, quod toties ingeritur. Evidem in *Conscientia* rebus mortalium nihil melius, nihil suauius aut iucundius illibata atq; integra conscientia. Sola mens sibi bene conscientia totaq; pendens à deo potest alacriter ferre omnia. Illud quoq; egregium est, si quis hoc sibi persuadeat. Nemo in hoc mundo uiuit qui non suo prematur infortunio. Quandoquidem ergo hic patientium est, satius est ut in causa iusta & bona adeoq; propter deum patiamur, quam in negotio iniusto, quod ut laboris ac doloris multum ita nihil utilitatis habet. Qui patiuntur propter iustitiam, præmium sibi habent propositum uitam æternam: ad quam deuicta morte & temporarijs quibusdam cruciatibus modico momento exantlatis eluctamur.

Quādoquidem & Christus semel pro peccatis passus est, iustus pro iniustis, ut nos adduceret deo, mortificatus quidem carne, sed uiuificatus spiritu.

Quemadmodum in fine cap. 2. ita & in huius calce exemplo Christi adhortatur ad patientiam, à qua item eidem hærens exemplo & ad innocentiam uitæ transit cōmendandam fidelibus. Cæterū id in præsentiarum nō absolvit. Digreditur enim in locū quempiam communem, redit autem ad initium cap. 4. Quod attinet exemplum Christi quo commendatur patientia planum quidem hic, sed & 2. cap. expositum est. Ad digressionem explanandam accingimur, quæ ut plurimū difficultatis ita frugis uicissim multum habet. Magno enim & excellenti ingenio uiri admodum sese in hoc loco explicando torseremus pro ingenij nostri exilitate citra aliorum præiudicium exhibebimus Lectori & quo quod dominus nobiscum communicavit. Duo in Christo nobis à patre cœlesti da Christus omnīta esse nemo nescit. Habemus enim & redemptionem & exemplum uitæ in ipso. Itaq; Pe sacerdorum eretus producens exemplum Christi quo inhortaretur ad patientiam, per occasionem iam etatum salus+ defertur ad redemptionem. Nam hic est scopus huius digressionis. Ostendit unica Christi morte non tantum suo tempore superstitionem, aut mortem Christi consequentiū hominum duntaxat, sed & omnium à condito orbe defunctorum peccata expiari. Princípio autem dicit, Christus semel pro peccatis passus est. In quibus uerbis duo obseruāda censeo, quod semel passus est, & quod pro peccatis passus est. Peccatum expiari nō potest Hebreo. 9. nisi hostia mūda & sancta adeoq; & effusione sanguinis. Sed passio Christi quæ uera est pro peccatis hostia non nisi unica est. Sola ergo omnium sacerdorum peccata expurgat. Sed de hac re copiosius scripsit in Hebreis apostolus Paulus. Deinde addit, iustus pro in iustis. Iam uero sic colligere licet. In iusti sese iustificare nō possunt. Omnes autem homines iniusti sunt. Proinde nullus hominum sese iustificare potest. Vnus Christus iustus est. Solus itaq; Christus iniustos iustificat. Porro iniustorum uoce nō tantum intelligo certe ætatis sed omnium etatum iniustos. Recesserat totum mortalium genus à deo, totum ergo ad deum erat reducendum. Omnes enim tanquā oues errauimus, at dominus Christo imposuit omnia peccata nostra. Atq; hic est fructus passionis dominice, quod fugitiuos reduxit ad patrem & perditos in ædes beatas: id quod Lucas per 15. cap. pulchris persequitur parabolis. Additur & modus & ratio redēptionis. Mortuus quidem carne, sed iustificatus spiritu. Quam sententiam pleriq; sic exposuerunt. Mortuus est Christus secundum corporis imbecillitatem, sed resurrexit uirtute spiritus. Cæterum uidetur lo-

In morte Christi quutio respere Hebraismum, ut sit sensus. Christus secundum assumptam naturam humanaam, secundum carnem uidelicet ueram, declaratus est esse mortalibus, adeo & hominibus uisus est omnino esse extinctus: at secundum spiritum declaratus est esse uita mortalium, quod uidelicet uiuificus sit omnibus creditibus. Proinde per spiritum intellexit uim & potentiam Christi diuinam atque uitalem, pulchre afferens in morte Christi spiritum, id est uitam consistere mortalium. Poterat igitur uideri haec esse tacita quædam Præsumptio, quasi dixerit, Scio equidem quod impij nobis Christi nostri obiciunt mortem, sed illud expendat uelim quod secundum carnem mortuus est. Sic enim uisum est deo, ut per filij immaculatam hostiam purgaret peccata fidelium. Vnde illum quoque corpus mortale oportuit suscipere, ut haberet quod pro nobis offerret: ceterum illud interim addendum erat, quod haec ipsa mors uitam reparauit fidelibus. Tametsi enim carne mortalis fuit, spiritu tamen est uiuificus.

in quo etiam abiit & spiritibus qui erant in carcere prædicauit, qui inobedientes fuerant quondam, cum semel expectabatur dei lenitas in diebus Noë, cum apparabatur arca in qua paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ fuerunt per aquam.

Christus descendit ad inferos. Nunc uero palam edicit Christi mortem profuisse ijs quoque qui iam olim excesserant ē uiuis. In quo, ait, abiit & spiritibus qui erant in carcere prædicauit. Diximus autem spiritum hoc in loco esse uiuificā illam uim Christi. Proinde sensus est, Vita quoque & redemptio illa per mortem Christi parta, defunctis siue inferis nūciata est, id est mortuis quoniam sanctis patribus profuit. Videntur enim haec per ethiologiam siue prosopopœiam esse suffigurata, maxime cum in cap. 4. multò clarissima sequatur expositio. Nam in hoc ait, mortuis annunciatum est euangelium. Atqui euangelium annuciari nil aliud est q̄ redemptionem nunciari. Proinde eti Petrus in præsentiarum de persona Christi nidea tur locutus quæ descenderit ad inferos, certò tamen de uita & redemptione Christi loquutus est, quæ defunctis quoque profuit id quod per abeundi prædicandis uerba extulit. Sed plura de his annotauimus in 2. cap. Act. Pluscula forsitan dabimus in cap. huius epistolæ 4. Porro ubi nam locorum hic fuerit carcer nobis ignotus est. Nihil enim de hoc prodidere literæ sanctæ. Hoc certum est quod nil in eo fuit squaloris, nil tenebrarum aut cruciatuum: refrigerij locum nominat euangelica ueritas, denique & Sinum Abraham. Interim uero carceris nomen obtinuit, quod eo in loco detinerentur beatorum animæ. Tertullianus 4. lib. aduersus Martionem putauit locum fuisse paulò ædiitionem inferis. Sed necno num ita in rebus dubius, quæ sibi reseruauit deus, ita liceat cōiectari. Satis sit fidelis animæ id nouisse, quod sanguine Christi omnes ab exordio mundi animæ sanctorum à peccatis sunt expurgatae. Fortassis huc pertinuerit illud Zachariae dictum, Etiam tu in sanguine testamenti tui dimisisti uinculos tuos ex puto, in quo non est aqua. Iam uero diuerso quodam modo nunciatus est inferis euangelium. Credulis enim sanctis patribus salus, incredulis porro merita innotuit damnatio. Atqui hic locus anantapodoto inabsolutus est. Desideratur enim ex membris alterum, id quod ex ipso sensu orationis ad fidei regulam atque modum putauit restituendum sarcinandum. Sanctorum enim partes iam negligit, impiorum tantum perstringit, simul & iustum dei iudicium indicat. Longanimes enim deus diu dissimularat olim prioris saeculi impietatem, si forte cōuerterentur ad ipsum, uerum dum pertinaciter in impietate procaci pede pergerent, diluvio impenitentes iuste extinxit. Atque hic per speciem genus intellexit. Vnius enim saeculi homines nominauit, reliquos uero in his omnes inclusit impios. Iis uero omnibus nunciatus est Christus, non equidem in uitam, sed in argumentum damnationis cōmeritæ, ut & pijs omnibus in argumentum uitæ æternæ. Quin & isthæc omnia etiam in arca Noë & in diluvio significata sunt. Nam ut arca fideli Noë occasio fuit salutis, utpote per quam ex undarum uiereptus est, incredulis uero argumentum cōmeriti supplicij. Nam Paulus ad Hebreos 11. Per arcam, ait, condemnauit Noë mundum. Item, Quemadmodum diluvium siue aqua credulos seruauit arcam in felicitatis portum ferendo, incredulos autem extinxit ita

Carcer sanctorum.

Luce 10.

Zach. 9.

ita Christus dominus qui lapis est positus in ruinam & resurrectionem multorum, infestis quoq; diuersa ratione prædicatus est, alijs ad uitam alijs uero ad interitum. Præterea ut paucæ tum seruabantur animæ, id est homines certi & destinati sic nunc quoq; seruantur credentes duntaxat & ordinati ad uitam, qui contempto mundo, per patientiam expectant bona sempiterna.

cuius figuræ nunc respondens baptismus nos quoq; saluos reddit, non is quidem quo carnis sordes deponuntur, sed consciëtiæ bonæ interrogatio in deum, per resurrectionē Iesu Christi, qui est ad dexteram dei, pfectus in cœlū, subiectis sibi angelis & potestatibus ac uirtutibus.

Expositio est superiorum & comprobatio quod Christus ut ueterū ita subsequen- Christus baptif
tis saeculi, id est nostra quoq; salus fit. Græca plus habent lucis, ὁ ἀντίτυπος νῦν γε ἡ μαρτυρία. Ostendit autem quod nos eadem uirtute seruemur qua patres uetus, id est abluti pec-
constat esse seruatos, nempe ui redēptionis Christi siue per spiritū uiuificum Christi, catorum nostro
quæ nunc propter typū (perstat enim in allegoria accepta) uocat baptismū. Per Christum rum.
ēm abluimur à peccato. Nam ne quis de baptismō aquæ exponeret ipse præuenit & ait, Varia baptif-
Non is quidē baptismus nos saluat, quo abluimus sordes externas humani corporis; sed mata apud ue-
per baptismū intelligo illam uim fidei illum spiritū et uirtutē Christi adeoq; ipsum Chri-
stum, quo fit, ut conscientia nostra pacata, secure agat coram oculis dei. Nam idiotismū
linguae sanctorum clarius exponens pro eo quod Petrus dixit, Consciëtiæ bonæ interroga-
tio in deū, Erasmus uertit, Quo fit, ut bona conscientia bene respōdeat apud deū. Ad ex-
positionem & sensum hunc nostrū faciunt iam ea quoq; quæ sequuntur de resurrectionē
Christi. Nam nemini obscurū est Resurrectionē apostolis, Petro in primis, usurpari
pro uiuifica illa ui Christi & toto redēptionis negotio. Iam uero dicit Petrus quod con-
scientia per resurrectionē Christi bene sibi apud deū respondeat. Dixerat præterea quod
per baptismū aliud non intellexerit, q illud per quod conscientia conciliatur deo. Cum
itaq; per resurrectionē Christi conciliatur siue pacificatur, certe nihil uetat quo minus
baptismū exponamus pro ipso Christo uiuifica in eius, & aqua uitæ qua nos lauit à pec-
catis. Alij de baptismi sacramento exponunt, quibus ut nō admodū reclamo, ita illos ui-
cissim moneo ne plus nimiū rebus tribuant creatis. Exponent se & suas loquutiones
symbolicas quemadmodū uident apostolū Petru fecisse. Rechte ēm & uerissime hic etiam
de sacramento baptismi dixit, Saluos nos facit baptismus, sed statim addit, Non aquæ,
ne quis elemento nimiū tribueret, rursus cogitaret in sacramentis non spectanda dunta-
xat uisibilia sed magis interna. Quæ ad finem de gloria Christi appenduntur, quod cce- Gloria Christi.
los ascenderit, ad dexterā patris confideat, quin & angelos & omnes uirtutes sibi subdi-
cerit, excitant fidem nostrā in eum quæ credimus totius mundi esse salutē, scandalū crue-
cis extenuant, & potentiam uiuificā extollunt, ut maiore ipsum fiducia accedamus. Cæ-
terum non est quod propter hæc Petri uerba credas quicq; dissidiū inter deū et angelos es-
se obortum, cuius gratia illi per Christū sint sub iugū missi; sed isto loquutionis genere
magis adūbratur gloria Christi qui super omnes cœlos eleuatus regnū accepit æternum,
in quo omnibus imperitans creaturis angelis uititur ut creaturis. Vnde consequens est
ipsum angelis esse maiorē. Id quod copiosius exponitur in epistola Pauli ad Heb. Breui-
ter. Hisce notatur illa filij dei insignis gloria, de qua Paulus dixit, Deus filiū in summam Philip. 2.
extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen quod est supra omne nomē, ut in nomine Ie-
su omne genu se flectat cœlestiū terrestriū ac infernoriū, omnisq; lingua cōfiteatur quod
dominus sit Iesus Christus ad gloriā dei patris. Errant itaq; turpissime qui Christū uel
angelis æquāt uel minorē esse censem. Nam dominus angelorū & uniuersæ creature est.
Hæc uero habuimus in illam Petri breuē quidē sed utilissimā digressionē, qua didicimus
Christum dominum omnium saeculorum certissimam esse salutem. Id quod cum illo-
rum sacrilego dogmate uehementer pugnat, qui docent Christum pro originali pecca-
to duntaxat, uel pro ueterum qui ante Christi natalem uixerere, non pro omnium fidelium
ad finem usq; mundi peccatis perlitasse. Atqui nostrum erit istorum nugas execrari.

& fidei mente mysterium fidei nostræ tenere, ne sacrilega ingratitudine uel redemptio-
nis gloriam tribuamus rebus alijs, uel istam rapiamus in peccandi licetiam & omnium
scelerum prætextum.

C A P. IIII. Cum igitur Christus passus sit pro nobis carne, uos quoq; iuxta ean-
dem cogitationem armemini: qui enim patiebatur in carne, destitut à pec-
cato, in hoc ut iam non cōcupiscentijs hominum, sed uoluntati dei quod
supereat in carne tempus uiuat.

Hic demum absolvit quod in ., coepit cap. Quod autem dicit tale est, Cum dux &
author uitæ nostræ Christus per uarias afflictiones in regnum patris introierit, cumq;
tolerantia armis deuicerit aduersarios, æquum est, ut paribus ad hanc pugnam armis
cingamini. Frequens aut est allusio in sacris ad militiam armiq; militaria. Vita enim ho-
*Christus carne
passus.*
minis aliud non est q; militia super terra. Quod uero dicit Christū carne passum, myste-
rio & ratione non caret. Constat enim unica Christi persona natura duplci, diuina &
humana, quarū quæq; suum retinet ingenium. Iuxta diuinitatem æternus & immorta-
lis est, luxta humanitatē passibilis & mortalis est. Petrus ergo, Christus, ait, carne passus
est. Sed ea de re exactius disseruere ueteres qui Nestori & Eutychis blasphemis respon-
derūt. Cum uero in Christo omnes thesauros nobis dederit pater cœlestis, non tantum
ad patientiam hortatur Christi exemplo, sed & ad uitæ innocentiam, quo iam sequen-
tia perinere uidetur, Quod qui patiebatur in carne, destitut à peccato, in hoc ut iam non
concupiscent. &c. Quæ sententia ab alijs sic est exposita, Qui in carne affligitur cessat à
peccato, ut Petrus hac exposuerit afflictionis & patientiae fructum. Cæterum ipse credi-
derim primum membrum adhuc referri ad Christum, Græce sic legitur, ὅτι ὁ παθῶν γέ
Ἐρκι πέντε του ἀμύναι, id quod liberior interpretarer ad idioma linguae Hebrææ, Quo-
niam qui patiebatur in carne quiescere aut cessare fecit peccatum. Ut intelligamus mor-
te Christi deletum esse peccatum, non ut non sit in carne nostra, sed ne reliquum gratia
tempus in quo nobis in hoc mortali uiuendum corpusculo carni & affectibus impende-
remus, sed uoluntati dei. Opposuit itaq; pulchra antithesi concupiscentijs hominum,
uoluntatem dei. Concupiscentiæ uero hanc paulò post ethnicam uoluntatem uocat, & pec-
partes siue officia ac fructus subiectos, qualis sit exponit. Et Paulus in 1. ad Thess. 4. cap.
Hec ait, est uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis a scortatione, & sciat unusquisq;
uestrum uas suum possidere cum sanctificatione & honore, non cum affectu concipi-
scentiæ, quemadmodum & gentes quæ non nouerunt deum, &c. Plura ad Rom. 6. &c.

Sat enim est nobis q; anteacto uitæ tēpore uoluntatē gentiū patraveri
mus, cū uersaremur in lasciuij, concupiscentijs, uinolentijs, comedatio-
nibus, compotationibus, & abominandis simulachrorum cultibus.

A tempore & anteactis argumentans adhortatur ad uitæ nouitatem. Satis aliâs ait, su-
perq; satis flagitorum designatum iam olim cum Christi synceram doctrinam nescire
mus: et posteaquā docti sumus ita nos per Christum à peccatis esse lotos, ut posthac stu-
deamus innocentia, æquum est ut uoluntatem ethnicam, id est mores uitæ pristinæ, hoc
est impia abnegemus. Simul autem per partes & synaxis mon exponit quæ sit uoluntas
ethnicæ, quam nimisq; antithesi quadam opposuit uoluntati dei: de qua supra mentione
fecit. Reliqua omnia satis sunt exposita, nisi illud forsan videatur annotandum ἀσέλγθωσι
ali-
bi ponî pro ἀσωτίᾳ luxu & petulantia. Budæus in Comment. linguae Græcae ex Cyrilli
& Aeschinis authoritate pro libidine & obscenitate stuprorumq; flagitiosa consuetudi-
ne exposuit. Breuiter per lasciuiam omnem intellexit Petrus luxum & obscenitatem & li-
bidinem procacem. Subiungitur & alia tria insignia quidē uitia, ἡ οὐοφλυγίας, κώμοις,
πόνωις. Ea interpres uertit, In uinolentijs, comedationibus, compotationibus. Primū si-
gnificat morbum quendam & animum deditum uino, nugis & petulantia, quæ comi-
tantur uini studium, ut est apud Plinium in 14. cap. 22. Secundū significat uinolentiam &
comedationem quidem, sed multum quidem leuitatis habentem. Comus enim noctur-
narum

Ezechiel. 10.

Ex 22.

Isaie 5.

Ephes. 5.

narum saltationum habetur deus, cuius mystæ probe poti & coronati noctu cum facibus & instrumentis musicis ad amicarum fores prodibant saltatum. Tertium inexhaustam illam notat ingluuiem eorum qui ad numeram bibūt. Fcedum illud omnibus quidem sæculis & apud omnes uitiū, hodie apud Germanos miseris summo in pretio haberi cœpit. Porrò idololatriæ epitheton addidit haud suaue, nefariā enim illam siue abominabilem cognominavit. Rationem ostendimus in Act. apost. & 1. cap. ad Rom. adeoq; & in locis alijs multis. Lex ipsa Deute. 7. idola omnis generis, quæ uidelicet prostituuntur ad cultum, execrans habet: De idolo nil inferes in domum tuam, ne fias anathema sicut & illud est. Quasi spurciā detestaberis, & uelut inquinamentum ac fordes abominationi habebis, quia anathema est. Multo igitur minus conuenit, ut qui nomina Christo deditus, idololatriam defendamus. Idololatriam uoco idolorum siue simulachrum cultum. Iam uero nemo nescit quid ad cultum pertineat, & quanto studio, quantis impensis à nobis colantur idola; sed de his alibi.

Atq; id absurdum illis uidetur quod nō accurritis unā cum ipsis in eandem luxus refusionem, qui de uobis male loquuntur, sed reddēt rationem ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos.

Occupatio est. Scio, ait, quid odij morū dissimilitudo uobis sit conflatura apud Gen. Pœnitentem uites, quibus cū hactenus conuenit uobis, dum socij essetis turpitudinis suæ: at nunc cum tam irrident im frugalitate & sanctimonia temperantiaq; uitæ illorum uidemini damnare luxū, prodigalitatem & intemperantiæ immundam, nil mirū si obtrectat uobis, turpiora impinges scelerata. Videas enim uel hodie helluones quosdam pœnitentibus nunc quidem, & euangelicā synceritatem profitentibus, olim uero crapulæ illorū socij, impingere hæres, blasphemiam, dei & fidei sanctæ odium atq; abnegationem, hoc duntaxat nomine quod pro more nolint posthac scortari, alea ludere, comedere, cōpotare, stipendia ambitorum regum sequi. Notum enim est istorū dieterium, Er was ouch etwan ein güt gsell, yetz hat in das nüw kätzerisch ding ouch verfüt. Sed nō est, inquit Petrus, uthorū conuitijs aut odijs commoueamini, aut mutuis conuitijs calumniam à uobis repellatis. Habebunt enim iudicem suū, nempe eum qui aliquando iudicaturus est uiuos & mortuos, qui redditurus est unicuiq; secundū opera sua. Consolatur itaq; Petrus pœnitentes à pœna & præmio. De iudicio futuro non est hic dicendi locus. Plura in prophetis, Daniele in primis, & in Paulo 2. Thess. 1. & 1. Thess. 4. item 1. Cor. 15. Quod ad locū attinet præsentem, illud dicit: Pœna impiorū. Impi iudicabuntur, id est æternis mancipabuntur supplicijs, uos aut si ita in fide cepera & integritate ac temperantia uitæ perrexeritis ad finem usq; à morte quidē corpore a uiuentis animæ uestræ in deo, at ad iudiciū futurum resurgent simul & corpora uestra, ut deinceps anima & corpore æternū uiuatis, illi porrò anima & corpore æternum ardeant. Matth. 12. & 25.

Nam in hoc mortuis quoq; prædicatū est euangelium, ut iudicentur
quidem secundum homines carne, uiuant autem iuxta deum spiritu.

Alia est occupatio. Atqui Gentes iudiciū fore non credunt. Petrus itaq; probat Chri stum tam uiuos q; mortuos iudicaturum, Ad hoc enim mortuis quoq; annunciatu s est Descendit ad (sic enim interpretamur Græcam uocem ἐνώπειον) ut iudicetur quod ad carnē attinet infernū. uulgari more, quo iudicabuntur omnes homines, spiritu uero per deum uiuant. Hic initio audimus Christū mortuis nunciatur esse. Quod quid aliud est q; illis innotuisse Christum, animarū salutem aduenisse, atq; mortis pretio eos quoq; redemisse, qui olim in fide Abrahæ excedentes hactenus in beatorū carcere siue societate ad satisfactionē Christi domini detenti sunt. Ut nunc liquido uideamus Petrum superiori cap. prosopopœia esse usum. Evidem nobis quoq; indies nunciatur Christus, imo ad nos descendit Christus, interim nemo putat uel corpus uel anima illius descendere. Spiritu enim descendit, spiritu & uirtute nobis adest: ita & ad inferos, id est mortuos quondam descendit. Quocirca articulus ille fidei nostræ ex hoc Petri loco desumptus, aliū sensum non habet q; eum quem hoc loco exponit Petrus: interim uero per eandem prosopopœiam suffiguratus est. Cæterum si quis omnino contendat etiam anima Christi ad patres descendisse sanctos,

Lucas 23.

Matthew 27.

Resurreccio
mortuorum &
iudicium.Anima immor-
talis.Omnium finis
imminet.Vigilia & ora
tio.

non magnopere (ut & in 2. Acto, cap. testabamur) reclamabimus. Legatur D. Aur. August. epist. 99. ad Euodiū, qui sancte hac de re disputat: interim uero istā sententiā, ut quæ Petri uerbis eruta uidetur expendendā propono lectoribus & quis, qui nescire non pos- sunt, animam Christi tutelæ patris creditā, in ccelos isto triduo fuisse receptam. Id enim gaudij pollicebatur latroni dicens, Hodie mecum eris in paradiſo, utiq; in celorum re- gia, ad quam simul omnes beatoruū animæ, hostia in cruce consummata, illico euolarunt, cum & corpora quorundā sanctorum in sancta urbe resuscitata apparerent multis, atq; ea ipsa hora apparerent qua Christus expirauerat, in apertum profecto argumentum, quod hac unica filij dei hostia mortui iam iam sint uiuificati, inç sedes beatas unā cum Christo recepti. Et quia quæri poterat quomodo prodierint ex carcere beatoruū animæ, amicti corpore an pura spiritus substantia: iterum per occupationem dicit Petrus, iudi- cabitur quidem & eorum caro, qui Christo uictore liberati sunt, tunc cum omnis caro, id est omnes homines iudicabuntur; interea uero animæ eorum in deo per Christum ui- uunt & lætantur. Quo simul & rei summam probauit, nempe Christum iudicaturū ui- uos & mortuos. Dixit enim beatorum carnem nō resurrexisse. Quod si non resurrexit, consestaneum est, quod publico iudicanda sit iudicio, proinde sit futurum iudicium: & immortalitatem animarum & corporum resurrectionem afferuit. Locus est omnino e- gregius, qui summa religionis nostræ mysteria, & consolationem fidelium maximā con- tinet, quocirca diligenter notandum censeo. Certe multæ hoc confutātur hæreses. Con- futantur & illi qui animas corporibus exutas dormire somniant, & qui resurrectionem corporum floccifaciunt.

Porrò rerum omnium finis imminet.

Ne obijcerent, Næ tu Petre suavis es qui ad iudicij diem terminum sane q̄ remotissi- mum reñcis omnia. Id pleriq; suscipient grato animo dummodo in præsentiarum uolu- pe liceat uiuere. Respondet, Ut ut illi præsentibus afficiantur rebus, hoc tamen certum est omniū rerum ut uicissitudinem esse, ita finem quoq; imminere. Peritura igitur ea sunt quæ illi imprudenter sane mirantur: at & eterna sunt quibus nituntur Christiani. Elegas huius generis extat Plutarchi sententia de pueris instituendis, ΕΤΙΓΜΑΝ Χρόνος πάσης οὐδὲ βίος, id est, Temporis punctum est omnis uita. Item alibi, Cum exiguum uitæ tempus datum sit hominibus, somnus uelut fœnector dimidiū eius aufert. Plura de breuitate rerum omnium ipse Petrus dicit in 2. cap. 3.

Sitis igitur sobrij & uigilantes ad orandum.

Occasione accepta à iudicio, sicut Christus aliâs sæpe, ita Petrus quoq; ad sobrietatem, uigiliam & orationem animat. Notissimus est locus Matthei in 24. & apud Lucam in 21. de hac ipsa sobrietate, uigilia & precibus, tam clare scriptus, ut huic loci possit esse com- mentarius. Erasmus in Annotationibus monuit νήφω Græcis utrunc; & uigilare & so- briūm esse significare. Apostolos uero peculiariter ista tria coniungere, sobrietatem, ui- giliam & orationē: ut sobrietas opponatur luxui & crapula, uigilia somnolentia & iner- tia. Vigilia tractæ sunt à re militari. Arma militia nostræ spiritualia, aduersarij carnalia sunt, Ephes. 6. Victoria nobis confertur ccelitus, unde nobis indefessis precibus peten- dum auxilium, ne hostis potentissimi stratagematis delusi succumbamus: expellenda ē pectoris nostri uallo, quæ ille ad expugnationem nostri arripere potest, ea sunt crapula, ira, libido, cogitationes uanæ & noxiæ, & si quid aliud est huius generis. Sic enim uerum institueris ieiunium, ueras uigilias & preces, non eas quidem quas cōmenti sunt super- stitiousi harpygæ, aut quibus monachi & sacrifici haec tenus Antichristo duce penu no- strum granaria & arcas expugnauere nummarias, sed gratuitas dei & integratatis nomi- ne suscepas, non hypocriticas, sed ueras.

Ante omnia uero charitatem inter uos uehementem habetote. Nam charitas operiet multitudinem peccatorum. Hospitalē estote erga uos inuicem, sine murmurationibus.

Quia Charitas uera innocentia & omnium officiorum uita & spiritus est, in primis commen-

commendat Charitatem Petrus. Charitatem uero non quamuis, sed intentam sive ue- Charitatem.
hementem ardentemque, quā alibi uocauit parentem fuso. Est enim & simulata charitas,
manifesta inuidia pestilētior. Paulus ad Colos. 3. charitatem σωστικού τελεόπτου, uin-
cūlum inquam perfectionis cognominat. Et Petrus uim & effectum eius non minori e-
videntia explicans, Charitas ait καλύπτει operet sive obteget atq; sopiet peccatorum mul-
titudinem. Nam sensus est, si charitatem seruaueritis inter uos mutuam, tum citra nego-
tium totam euitaueritis scelerum turbam. Nam ut Καρτερία omnium scelerū parens est
& uirtutum pestis, ita Αγάπη omnium uirtutum origo, & uitiorū propulsatrix est. Pau-
lus enim, Dilectio, ait, proximo malum non operatur, Consummatio itaq; legis est dile-
ctio. Alij hunc Petri locum detorserunt ad satisfactionem, quasi charitatis opera deleant
peccata nostra: sed ea quidem expositio merito passionis dominicæ multum derogat. Si
enim ex nobis est satisfactione, iam Christus frustra passus est. Charitati affinis est Hospi- Hospitalitatis.
talitas, proinde hanc adiungit, & in hac comprehendit omnia alia Christianorū officia
sive misericordiae opera. De quibus Christus apud Matth. in 25. Illa porrò omnia debet Metalepsis. Ne
esse spontanea ac proficiisci ex pectore non difficult, sed facili & beniuolo. Hilarem enim mo murmurat,
datorem requirit deus, 2. Corinth. 9. Plura ad Hebræos 13. nisi quid faciat

Vt quisq; accepit donum ita aliud in aliū ministrantes, ut bo- inuitus.
ni dispensatores uariae gratiae dei. Si quis loquitur, loquatur ut eloquia
dei: si quis ministrat, ministret tamquam ex uirtute quā suppeditat deus,
ut in omnibus glorificetur deus per Iesum Christū, cui est gloria & im-
perium in saecula saeculorum, Amen.

Iam cum uaria sint dona & in immensum se extendant charitatis officia, Petrus uno Scopus omnium
uerbo omnia complectens generalem tradit regulam qua singula digne administretur, functionum.
Vnusquisq; ait, donū sibi à deo datum uelut dispensator bonus ac fidelis in gloriā dei,
& utilitatem proximi distribuat. Proin gloria dei & amor proximi scopus est omnium
humanarum functionum. Multa in ecclesia oboriuntur dissidia ob donorum diuersita-
tem atq; abusum, dum alter alterum superare contendit, dum id sibi quisq; cum fastu &
aliorū contemptu arrogat quod re uera dei est, ipsi uero in hunc usum à deo collatū erat,
ut prodesset plurimis. Petrus ergo donis excellētibus præditos uocat dispēsatores, non
dominos. Donaq; ipsa uaria esse dicit, ne quis sibi displiceat si minus uideatur assequu-
tus, uel nimium tribuat si egregijs donis præcellat. Omnia enim dispensat dominus sa-
piens, ut ipsum agnoscamus, & ihs utamur ad ædificationē ecclesiæ suæ. Copiosiora his
habes ad Roma, 12, item 1. Corinth. 12, & Ephes. 4. Porrò ommissis donis & functionibus
reliquis, ne lectorem oneraret grauius, duas præcipue per distributionē perstringit, pro
phetiam & magistratū, quod plurimum momēti habeant si hæ rite administrentur. Pa-
raphrastes prius illud de prophetia membrū breuissime simul & appositissime sic expo- Prophetia.
nit. Si cui contingit doctrina sacra, si cui donū eruditæ linguae, non abutatur ad quæstū,
ad fastum, aut inanem gloriam, sed ad proximi salutem Christi q; gloriam. Sentiant au-
ditores esse dei sermones, nō hominum, & eum qui loquitur nihil aliud esse q; organum
diuinæ uocis. Peccant igitur & multis nominibus execrādi sunt qui titulo Theologico
gloriantur, & doctores Christiani uideri uolunt, sed humana interim commēta impru-
dentioribus obtrudunt. Nihil in ecclesia aliud tradēdum tractandūm uel erat q; uerbum
domini purum. Posterius membrum Græce significatius est, ἡ τις Διακόνος, ὁ δὲ Ιάχυθος,
τὸς χορηγὸς δέος, id est, Si quis ministrat (ita animatus sit) ut ex uia ea (præficit aut admini-
stret) quam suppeditat deus. Id est, magistratus nō suo robore nisi debet, id quod tyran-
ni solent, sed meminisse debet quod minister dei est, qui iustus est & iustitiam ac æquita-
tem amat, in his ergo constas & fortis sit; præficit inquā & imperitet uolo, sed secundum
uoluntatem & robur dei, non secundum affectus humanos. Non enim terrori esse debent
principes bonis, sed malis. Nam ultores sunt ad iram ihs qui male faciunt. Damnantur
ergo hic à Petro qui uel sontes non plectunt, uel innoxios non afferunt de nocentium
tyrannide. Præfuerunt populo dei David, Ezechias, Iosias & multi aliij uiri sancti, sed in

virtute quam deus suppeditat. Alij hunc locum exposuerūt de quibusuis functionibus, quas sic administrari uelit Petrus, ut nemo sibi vindicet autoritatē, sed quodq; deo transcribat, qui uim & robur suppeditet, ut efficaciter obeat quod agit. Breuiter, in omnibus officijs ut proximi salus ita dei gloria in primis est spectanda. Deo enim per Christum omnis debetur gloria semper.

Charissimi ne miremini dum per ignem exploramini, quæ res ad experimentum nostri fit, perinde quasi nouum aliquid uobis obtingat, imò in hoc quod consortes estis afflictionum Christi gaudete, ut in revelatione quoq; gloriæ eiusdem gaudeatis exultantes. Si probris afficimini in nomine Christi, beati estis, quoniam gloria & spiritus dei super uos requiescit, luxta ipsos quidem maledictis afficitur, iuxta uos autem glorificatur.

Patientia.

Rom. 4, 5.

Rom. 4, 5.

Non ignorabam
sed spiritus glo-
riosus super nos
requisit.

Affligi propter
scelerā.

Cyprianus hunc locum in epistola 4. libri sexta, reddit ad hunc modum, Charissimi nolite mirari ardorem accidentem uobis qui ad tentationem uestrā fit, ne excidatis tanquam nouum uobis contingat, sed quoties communicatis Christi passionibus per omnia gaudete ut & in revelatione facta claritatis eius gaudentes exultetis. Si improoperatur uobis in nomine Christi, beati estis, quia maiestatis & uirtutis domini nomen in uobis requiescit. Hæc ex Cypriano non abs re annotauimus. Sunt enim in hac uersione multa quæ ad expositionē faciunt uerionis uulgatae. Iam uero tranfit ad Patientiam, de qua per superiora sèpius dicere cœperat, hic omni adhibito studio argumentis non contentandis ad ipsam hortatur. Principio orationem figurat allegoria, dum nos auro, persequutionem siue afflictionem igni assimilat. De qua re dictum in cap. 1. Deinde argumenteratur à cauſa, dum affligi nos docet, nō ut perdamur, sed ut probemur. Cruce enim probantur corda & fides sanctorum, sicut eodem cap. 1. exposuimus. Porro ab exemplo & præmio post hæc argumentans dicit, Illud neq; nouum neq; durum uideri debet, quod in omnibus ab origine mudi sanctis uidere est, quod in ipso nuper Christo domino precessit, quod deniq; in tantam subuehit gloriam. Omnes enim prophetæ sancti indigna ab impijs perpeſti, ipsum dominū Iesum uerum dei filium, in passionibus habuere consortem. Sed illud hic per amorem est, quod qui hic cum Christo patiuntur, cum eodem & glorificatur. Paulus enim, Certus sermo est, ait, si commortui sumus & conuiuemus, si sufferimus & conregnabimus. Tantum ergo abest ut propter afflictiones nobis dolendum aut metuendum, ut potius si sapimus, exultandum sit. Maximum enim est consortem esse afflictionum filij dei. Maximum est certum esse de uita beata, ad quam unà cum Christo rapiaris, ubi cursum huius uitæ breuem absolueris feliciter. At durum uicissim est, ait, conuictis proscindi, probris affici & æterna commaculari ignominia etiam apud posteros, idq; propter Christū, dum scilicet mihi de iusta cauſa bene conscientius sum. At qui hoc nomine maxime beati estis, respondet Petrus, modo nō ob malefacta, sed ob non men Christi affligamini. Nec enim est quod timeamus iniuriā aut ignominia uel in nobis habetur uel in ignominia Christi celsurā. Nam gloria & spiritus dei super nos requieſcit. Id est, id quidem nobis in gloriā, deo uero in laudē cedit. Sequitur enim sententia quæ hanc ita exponit. Tametsi em & ipsa religio & nos ipsi maledictis afficiamur, attamen & nobis ipsi, utpote in quibus est spiritus ueritatis, & de religione ipsa nobis bene conscienti sumus: ut nunc neq; pijs neq; pietati contumelie aut calumniæ impiorum quicquam officiant. Quibus interim peccant, non modo in nos sed in ipsum deum, cui suo tempore commeritas dabunt peccatas.

Ne uero quis uestrū affligatur ut homicida, aut fur, aut facinorosus, aut qui alienis inhiet. Porro si ut Christianus affligitur aliquis, ne erubescat, imò glorificet deum in parte hac.

Commodū afflictionis cauſas restringit, ne quis omnē protinus afflictionē crederet esse sanctam. Non omnis afflictio laudem meretur, nec cruciatus qui uis martyrem facit, sed

sed causa iusta, æqua, uera & bona. Nolim ergo uos, ait, pati ob malefacta. Qui enim ob furtum, cædem, seditionem, rapinam, aut dolum malum, deniq; ob maleficium quod-uis supplicio afficitur nil habet quod gloriatur. Nam commeritas pendit pœnas. Nemo tamen ei aditum ad æternas sedes præcludit, modo patienter ferat quod commeruit, & in uera in Christum fide excedat. Cæterū si quis Christianus cum sit, ob nomen Christi & iusta de causa affligitur ab impijs, non est quod pudeat supplici, quin potius laudet deum qui per hasce temporarias afflictiones ad æterna dicit gaudia, atq; ita quoq; in hisce terris conformem reddit imagini filij sui, qui & ipse per multas afflictiones ingressus est regnum patris. D. Aurelius Augustinus huic Petri loco maxime innixus Do August. contra natistarum martyrum miris uiribus expugnat, cuius uerba si ascripfero, non ingratam Donatistar. me lectori rem spero faſurum. Ea uero contra Petilianii epistolam cap. 17, ad hunc modum habet. De persecutione autem uestra querela sedabitur si cogiteris & intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem, alioqui non laudabiliter diceretur. Detrahētem secreto proximo suo hunc persequebar. Nam quotidie uidemus & filium de patre tanquam de persecutore suo conqueri, & coniugem de marito, & seruum de domino, & colonū de posseſſore, & reum de iudice, & militem uel prouincialem de duce uel rege: cū illi plerunq; ordinatissima potestate sibi homines subditos per terrorem leuiarum pœnarum à grauioribus malis prohibeant atq; compescant: plerunq; autem à bona uita & à bonis factis minando & fœuiendo deterreant. Sed cum à malo & illicito prohibēt, correctores & consultatores sunt: cum autem à bono & licto, persecutores & oppressores sunt. Culpantur etiam qui prohibent à malo, si modum peccati modus coërtionis excedat. Item iure culpandi sunt qui turbide atq; inordinate in eos coërcendos infiliunt, qui nulla sibi lege subiecti sunt. Et paulò post, Si iam uos sine tumultu animi, sine turbulentia contentione, sine amaritudine odiorum consideretis diligenter ea quæ contra uos reges nostræ communionis constituant, qua causa patiamini. Et si uos in ecclesia Christi esse inuenieritis, gaudete & exultate, quia merces uestra multa est in cœlis. Vos enim tanquam martyres coronamini: illi autem tanquam persecutores martyrum iudicantur. Si autem uos contra ecclesiā Christi altare erexitte, & à Christiana unitate, quæ toto orbe diffunditur, sacrilego schismate separatos esse, & corpori Christi, quod est ecclesia toto orbe diffusa, & rebaptizando, & blasphemando, & quantū potestis oppugnando aduersari sancta & canonica scriptura conuincit, uos impij atq; sacri Canonica scri- legi, illi autem qui uos pro tanto scelere tam leuiter damnorum admonitionibus uello ptura. corum, uel honorum, uel pecuniæ priuatione deterrendos coërcendosq; decernunt, ut cogitantes quare ista patiamini, sacrilegium uestrum cognitū fugiat, & ab æterna da- mnatione liberemini, & rectores diligentissimi & cultores p̄fissimi deputātur. Hactenus Augustinus. Illud quoq; videbatur annotandum ἀλογοπεισμόν composite esse uocem, & de uerbo ad uerbum significare alienarū rerum inspectorem. Erasmus in Paraphrasibus exposuit curiosum eorum quæ nihil ad nos pertineant. Cuiusmodi sunt se ditiosi, malarum artium inuentores, ueteratores, rapaces, & si quid aliud est huius generis. Certe in uoce κακοποίη omnis generis facinorosos intellexit, quos iure diuino & humano supplicijs afficere licet. Qui enim docent alienum à scripturis & uoluntate dei esse homines noxios cædere, latronum ficariorum & prædonum patroni sunt, indigni quibus respondeatur pluribus. Satis clara sunt, & hæc Petri & apostoli Pauli uerba ad August. de Ciuitate dei libro 2, cap. 21. Romanos 13.

Tempus enim adeſt, ut incipiatur iudicium à domo dei. Quod si pri- mum incipit à nobis, quis erit finis eorum qui non credunt dei euange- lios? Et si iustus uix saluus efficitur, impius & peccator ubi apparebit?

Iam consolatur afflictos à comparatis ducens argumenta, simul & ingenium dei de- scribens, qui omnium hominū peccata uisitans in primis tamen populū suum affigit. Pij ac impij aſſiguntur iuxta. Sic enim legimus apud Ieremiam in 25. Quod si renuerint Gentes bibere calicē, dices ad eos, Hæc dicit dñs exercituū, Omnino bibetis. Quoniā ecce ego incipio affigere ciuitatē :

quæ uocatur nomine meo, & uos impunes dimitteremus. Non faciam, non eritis immunes. Ad hunc ergo locum alludens Petrus per collationem, Quemadmodum olim, ait, deus Hierosolymitas & populum suum sanctum primo affixit, deinde uero reliquas Gentes funditus excidit: ita hoc quoq; nostro tempore, quod antiquis respondet, fit, ut fidelis ecclesia affligatur primū, deinde uero & impī puniantur. Atq; istis simul & pios consolatus est, ne de uindicta dei in impios exercenda, aut de felicitate impiorum, infelicitate uero & oppressione piorum sint solicii. Quod autem deus impios aliquando perditurus fit probat à comparatis. Si tantis malis affliguntur uiri boni, quid futurum credimus hominibus impīs, hoc est dei osoribus & responsatoribus, qui ut deum contemnunt, ita euangelium dei blasphemis incessunt? Si inquam per uaria tormenta, per famam, exilia & diras proscriptiones misere excarnificatur amici dei & euangelij eius officiosissimi professores, quæ pœna putas illos manet qui uoluptatibus dediti, saganata carne omnem temperantiam irridenti, & sanctos dei homines suggillant, produnt, adeoq; & interimunt? Addit & aliud eiusdem generis ex Proverbijs testimonium, quod extat in cap. 11. En iustus in terra retributionem accipit, etiā certe impius & peccator. Petrus sensum magis retulit, Si iustus uix (id est tanta difficultate & tantis exercitatus malis) saluus efficitur, impius & peccator ubi cōparebit? Id est, quid obsecro is qui aliás omnium scelerum immunditia fecerit posthac sperare possit? His adde si. cap. Isaia, & probe expende singula. Nam grauia sunt hæc & imis recondenda sensibus.

Proinde qui affliguntur, iuxta uoluntatem dei, tanquā apud fidem conditorem, deponant animas suas benefaciendo.

Clausula.

*Matth. 16,
Iohann. 12.*

Illatio est ad superiorem de Patientia Christianorum disputationem. Colligit enim rem omnem in breuem summā, & ait, Proinde qui non ob sclera sed iuxta uoluntatem dei, id est propter nomen dei sanctum affligimini, omnem oro uindictam tradite iudici æterno, uero, sancto, iusto & incorrupto, interim ipsi benefactis etiā hostes superare contendite, euentum uero rerum omnium diuinæ prouidentiæ ac bonitati committite, in primis uero animas uestras ei deo coſſcredite, qui quæ condidit nimur ut bonus conditor & pater clementissimus perire non finit, maxime cum ipfius nomine effundamus atq; efflemus animas nostras. Christus enim in Euangelio, Si quis uult post me uenire abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & sequatur me. Qui enim uoluerit animam ſuam ſeruare, perdet eam: rursus, Qui perdiuerit animā ſuam mea cauſa, inueniet eam. D. Aurelius Augustinus plurima ad hunc locum pertinentia disputat in lib. de Ciuitate dei cap. 8. & 9. differens de commodis & incommodis quæ bonis & malis communia ſunt, item de cauſis correctionum quibus ſimul & boni & mali flagellantur. In 30. cap. eiusdem libri 1. & 20. cap. 2. libri copiosissimis exponit quād pudēdīs prosperitatibus uenit affluere, qui de Christianis paulò durioribus conqueruntur temporibus. Tractauit idem argumentum & D. Cæcilius Cyprianus in Apologia aduersus Demetrianum, & in sermone de Patiētia, ē quibus petat Lector quod in hisce nostris desiderarit. Inueniet in ijs plurima quæ mirum in modum nostris quadrabunt temporibus, quibus pleriq; ex fortuna & infortunio metiuntur omnia, adeo ut religionem Christi ueram hoc potissimum nomine execrentur ac falsam credant, quod eius cultores affligātur, & improspere semper fortuna utantur. Nihil enim nunc de ijs dicam qui euangelio acceptum ferunt quicquid bellorum, turbarū, morborum & miseriārum calamitatumq; miseros inuaserit mortales. Non uidēt iſti peccatis nostris maiora deberi. Experientur ergo propediem quod mature ſatis moniti pœnitentia sancta propellere noluerunt.

C A P. V.

Presbyteros qui inter uos ſunt obsecro, qui ſum & ipſe presbyter ac testis afflictionum Christi, atq; idem consors gloriæ quæ reuelabitur, pafcite quantum in uobis eſt gregem Christi, curam illius agentes non coacte, ſed uolentes non turpiter affectantes lucrū, ſed animo propenso, necq; ceu dominiū exercētes in cleris, ſed ſic ut ſitis exemplaria gregis. Redit

Redit ad officiorum institutionem, ac excellentissimum propè officiorum breui quidem sed euidentissima præscriptione informat. Ab episcoporum, hoc est præconum uerbi exemplo, doctrina & autoritate pendet totus populus. Multum ergo refert qua sint eruditione, integritate uitæ, & constantia præditi presbyteri, hoc est seniores ac consules, ut sic dicam, populi Christiani. Proinde maximam in his instituēdis operam nauat, suo primum exemplo proposito, ut ipsum imitantes contemptis afflictionibus temporarijs, contendant per ueritatis & integritatis professionem immarcessibilem capescere coronam: siue se malorum & officij socium presbyteris iungit, ut gravior illis sit institutio. Præscribit autem formulas quasdam presbyteris uiuendi, quibus instructi feliciter possint suo defungi officio. Plurima eius generis uidere est & apud apostolum Paulum in 1. ad Timoth. 3. ac 4. item ad Titū 1. & 2. cap. qui loci cum hisce Petri uerbis diligenter conferri debent: ut & prophetarum de hac eadem re non minus clari. Ex his enim ple-
racq; sua mutauit Petrus, qui se in præsentiarum presbyterum appellat, nō principem apostolorum. Atqui Budæus in Comment. linguae Græcæ ait, πρεσβύτεροι antiquior ætate, ut apud Aeschinem, πρεσβύτεροι τούτοις λατέραι ætate maiores dicuntur. Tales olim in senatum legebantur, utpote multarum rerum usu exerciti ac callidi. Trāsumit autem uocabulum in religionem Christianam. In qua presbyteri dicuntur qui in lege dei docti, multa quoq; exercitatione in rebus diuinis uersati, ueluti senatores & legisconsulti sunt populi Christiani, apud quos uelut legis diuinæ interpres νομοφύλακες inueniat quisq; quod ad institutionē pertinet religionis. Sic enim legimus apud Malachiam in 2. cap. Lex ueritatis fuit in ore Leui, & iniquitas non est inuenta in labijs eius, in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab impietate. Quia labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ab ore eius: quia angelus domini exercituū est. Sed de functione & nomenclatura sacerdotis dictum est in 5. cap. ad Hebræos. Præterea se testem esse ait afflictionum Christi: id quod non modo de prædicatione crucis & redemptionis Christi, sed afflictionibus quoq; propter Christum perpessis, potest intelligi: sequitur enim, Atq; idem consors gloriæ quæ reuelabitur. Innuit enim se spem habere, ut cum illum dignum habuerit Christus ut pro ipso pateretur aut deniq; ipsi compateretur, eundem sit ad coelestis gloriæ consortium admissurus. Quo simul & presbyters, ut in initio huius capituli monui, cohortatus est cæteros, ne quid metu pœnarum dissimulent, sed libere Christum profiteantur, integritatem doceant, & ueritati, si sic res postuleret, immoriantur. Qui hodie Vicarij Petri & apostolorum uideri uolunt successores, non presbyteri sed principes & tyranni sunt, qui non tantum nihil patiuntur propter Christum aut ueritatis doctrinam, sed etiam tormentis conficiunt Christi & euangelicæ disciplinæ studiosos. Iam sequitur, Pascite quantum in uobis est gregem Christi. Singula hic uerba suum habet pondus. In genere presbyterorum describens officium, Pascere est dicitur, Pascite gregem Christi. Officium ergo episcoporum est pascere. Atqui figurā dicendi mutauit Petrus ex prophetis. Hi enim allegorijs utentes, ipsum Christum uocauere re uerbo uitæ. pastorē, ut Ieremias in 23. deniq; ipsos prophetas atq; doctores, pastores, sicut Ezechiel in 34. Ad quæ simul ipse in euangelio dominus aliuisisse uidetur, cum in 10. Ioannis cap. ait, Ego sum pastor bonus: & in 21. ad Petrum, Simon Ioannis diligis me plus his, pasces meas. Habent itaq; ista omnia collationem. Quemadmodum enim pastor obambulat, uigilat, dispicit & curat ne quid desit ouibus. Quemadmodū pro ratione ouium uictum siue pabulum parat, morbidas curat, separat, reficit, omnesq; diligentia summa pascit, dicit & reducit: ita & quum est ut animarum pastor uerbo uitæ cibet, aqua sapientiae potet, morbidis medetur, firmas conseruet, & omnem diligentiam adhibeat ne quid ex eo grege amittat pro q; Christus mortuus est. Pari tropo Homerus imò spiritus sanctus in prophetis regem subinde appellauit πρεσβύτερον, id est pastorem populorū. Plurima hic dici possent, sed remittimus lectorem ad prophetas. Breuiter, Pascere est docente, hortari & consolari, adeoq; & uerbo ueritatis reficere. Neq; uero rei rusticæ scriptoribus quælibet probantur pabula, riui quilibet. Ergo & hic noster nullū paret ouibus dei pabulum, quam diuini uerbi cibum suauissimum animabusq; fidelibus cœlo demissum.

Iohn. 10.

Oues enim solius pastoris uocem norūt, alienorū non noruntat pastor cœlestis est. Ceterum cū hæc professio durior ac periculosa sit, ne quis resiliret, addit, τὸν ἴμιον, id est, quantū in uobis, id est quantū gratiæ dederit dñs. Varia enim sunt talenta quæ in euangelio diuidit pater familiā: sed in singulis tamen probatur fidelitas, hoc est illud requiritur, ut id quicquid tandem sit fideliter dispensemus quod diuina bonitas benigne nobis contulit. Alij legunt, Pascite qui in uobis est, aut, qui uobis subest, gregē Christi. Significanter autem additur Gregem Christi. Nos enim ministri sumus, Christi est ecclesia. Baptista enim, Qui, ait, sponsam habet sponsus est. Amicus autē sponsi, qui stat et audit eū, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Proinde illius sunt oves non nostræ. Nemo nostrū dominus est gregis, sed ministri sumus omnes, dicente domino, Vter maior est, qui accumbit an qui ministrat? Nónne qui accumbit? Accumbit autē ecclesia, ministramus nos. Maior ergo ecclesia. At hodie uideas seruum super dominam exaltatum, miris modis fremere minitari & conscindere, adeoç & indignis modis tractare ipsam. De episcopis, Romanensi in primis, & ecclesia Christi loquor. Illi enim ut uerbo ueritatis miseras oves nunquam reficiunt: ita belligerando et persequēda ueritate nunquā cessant. Semper in procinctu Martis stant, semper noui aliquid comminiscuntur, semper noua fœdra ambiunt, redimunt, & artibus quibusdam pangunt, ut dominā opprimere & in imperio pessimis artibus parto, tyrannico & impio, securi agere possint. Sequitur iam expositiō tropi superioris. Quod enim prius dixerat pascere, id nunc exponit per curam agere, υπηρεσίαν, id est intendentēs siue uigilum more inspicientes, aut si sic loqui liceat episcopantes, id quod multa in se continet, ut & hæc cloquutio nostratiū, Thünd ein ynsäben, Vel, Versabend sy. Vt cunq; uero res habeat, hoc iam certū est, quod pascentes exposuit per episcopantes: unde consequens est quod pascere & inspicere siue curam agere, & pastorem atq; episcopum esse, idem fit. Adduntur conditiones certae sine quibus pastorale officium prorsus languet, nempe ut uolentes ac libenter hoc quicquid est muneri suscipiant: ne priuatū ex eo querant compendium; ne uero ambitioni dominium, immo tyrānidem sibi usurpent in clerum. Ea nos sigillatim prosequemur paulò copiosius. Primum cōstat eos qui metu aut necessitate quapiam impulsu prouintiam aliquam subeunt, segnius administrare illam. Atqui socordia & negligentia in hac functione in primis pestilens est. Multa enim uigilia alacritate & indefessa opus est diligentia. Petrus ergo, Nō coacte, ait, sed uolentes. Peccant igitur qui prophetæ dono non uulgariter instruti, hoc uno nomine docendi prouintiā detrectant, quod plurimum laboris habeat aut molestiæ: aut qui ad hoc sanctissimū munus uocati, non strenue adeoç & summa cum uoluptate negotium sacrosanctum alacriter peragunt. Tamē si non nesciam quosdam et indoctiores & obscuriores plus nimium promptos esse ad id muneri obeundū. Aiunt illi Paulum scribere, Indubitus sermo, Si quis episcopi munus appetit, honestum opus desyderat. Evidem, sed non est cuiusvis hominis adire Corinthum. Sequitur enim, Oportet autem episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, uigilantem, sobrium, aptum ad docendū, et que sequuntur. Deinde præcipua pestis huius functionis est avaritia munerumç corruptela. Non dānatur lucrū honestū ex re honesta. Ipse quoq; in euangelio dñs ordinavit, teste Paulo, ut qui euangeliū annunciat de euāgelio quoq; uiuat. Et idem ad Timo, dixit, Quod si quis suis, & maxime familiaribus non prouidet, fidem ab negauit, & est infideli deterior. Damnatur ergo avaritia, & quod quidam faciunt qui uel lucri gratia prædicant, uel qui frusto panis conduicti (ut apud Micheā est) quiduis dicere parati sunt. In hos acerbissime inuehuntur diuini prophetæ, Ieremias nō uno loco. Ezechiel in 13, Micheas in cap. 3, et Isaías in 5. Christus istos mercenariorum nomine notat. Paulus in 1. ad Tim., cap. eosdem grauissime increpat: at Petrus paucis, μη, inquit, οὐ γοκέψθωε, id est non turpiter affectantes lucrum, sed propenso animo, siue prompte synceriter & candide, non uestrū lucrum sectantes, sed ecclesiæ commodū. Budæus in Com. ling. Grecæ scribit, φιλοκέψθηε dicuntur homines lucripetæ & quæstuarij. Atσχοκέρεας autem, est uita turpiter quæstuosa, cui πλεονεξία cognatum est uitium. Demosthenes ασχοκέρεας de corruptis legatis à Philippo dixit, Proinde non tam quæstuosa uita, avaritia,

*In mores nostro
rum episcopo=*
*rum.**Cura episcopa
lis.**Officia boni pa
storis & mali.**1. Timo. 3.**Munerum cor
ruptela.*

ritia, quā munerum corruptela hic damnatur. Male euenit omnibus in religionis negotio cauponantibus. Testes sunt ex ueteribus pseudoprophetæ misere extincti, lepra quoq; Iesi, & maledictio Simonis magi, Actorum s. Christus dominus ementes & uenientes magna cum indignatione eiecit ē templo. At his omnibus contemptis noster ille *Omnia Roma.*
diui Petri, si dñs placet, uicarius, in templo dei sedet & nihil non uenale habet. Venales *Pont. uenalia.*
sunt illi condonations peccatorum, uenalia sacramenta, uenales episcopatus, uenalia
quoq; beneficia quæ uocant ecclesiastica; breuiter, omnia apud istū uenalia, adeò ut me-
rito scribere præ foribus palati potuerit. Si nihil attuleris ibis uel Petre foras. Porrò ter-
tia huius functionis pestis est ambitio, tyrannis aut dominādi libido, quæ si pastoris in- Ambitio.
cesserit animum, iam non pastor sed prēdo, lupus & latro fatus fit. Proinde dominus
in Euangelio, Reges, dixit, gentium dominantur, & qui præsunt in hoc instituti sunt ut *Luc. 22.*
benefaciant. Vos autē nō sic, nempe instituti estis ut dominemini, sed qui maior est inter
uos, fiat omnium seruus. Ad quæ uerba alludens Petrus, μηδ' ὡς ait, κατακυρεῖσθε τὸν
κλήρον, id est, neq; ueluti dominio prementes clerum. Hic Erasmus, Cleros autem uocat
(inquit) non diaconos aut presbyteros, sed gregem qui cuiq; forte contigit gubernan-
dus. Breuiter, Clerum dixit sanctum & delectum dei populum qui deo ueluti forte ob-
uenit, allusione facta ad diuisionem terræ sanctæ. Nunc enim totus orbis est terra sancta.
Nam per totum terrarum orbem est diffusa ecclesia Christi. Hic locus ex diametro pu-
gnat cum constitutionibus Papalibus maxime cum Ca. Constantinus, distinct. 96. In
summa, Christus noluit apostolos esse reges, sed doctores, imō & exemplaria gregis.
Nam & Paulus ait, Super omnia temetipsum præbe formam bonorum operum, in do- Titum 2.
ctrina, grauitate, integritate, doctrina sit sana & irreprehensibilis, ut is qui repugnat ru-
bore suffundatur nil habens quod de uobis male dicat. Et dominus in Euangelio, Sic lu Matth. 5.
ceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, glorificantq; patrem ue-
strum qui in celis est. Hæc de officio Christianorum episcoporum, quæ in summam
colligens Erasmus ita scribit, Pascite gregem, non opprimite, non expilate; idq; non coa-
cle uelut ex officio, sed syncero affectu, tanquam patres; neq; turpis lucri gratia quasi præ-
sentientes ecclesiæ pestem hinc orituram: deniq; non dominates more regum, sed exem-
plo pascite, benefactis uincite. Tantū ille. Sed ō deus bone quanta morum ueteris & no- In Pont. Rom.
stræ ecclesiæ disparilas? Illa habuit episcopos sanctos, integros, doctos, constantes, im- & prelatos.
pigros & ad omnia pericula pro nomine Christi & iustitiae subeunda fortissimos prom-
ptissimosq; illi pro ueritate & Christo sanguinem quoq; fuderūt ipsum, omne uero ui-
ta tempus lectioni sacræ precibus & prædicationi dediderunt, sed & præclara conscri-
psere opera, egregij, pñj & docti animi monumenta. At nostri prorsus in alios mutati, ue-
luti in noua ecclesia, nouam quoq; functionem obierunt. Pleriq; enim indocti sunt, cor-
rupti, impñj, uoluptatibus dediti, sacrarumq; rerum prorsus ignari, qui ut in uenatione,
aulica ambitione & pompa, in alea, palæstra, equestris & militari disciplina absolutissimi,
ita sunt in orationibus lectione biblica & prædicandi euangelij sanctissimo ministerio,
prorsus inexercitati. Necq; uero tam felices sunt, ut patrum sanctorū scripta legere pos-
sint. Confiliariorum ducūtur monitis, quibus uelut oraculis credunt, cum satis constet
ipsos & falli & fallere sæpiissime, quod unicam ueritatis cynosuram scripturam uidelicet
canonicam in rebus omnibus non unice obseruent. An uero uel tu Romane Pontifex,
uel tu mytrata turba istud negare potess? Quid obsecro clarius hisce diui Petri uerbis, cu-
ius uos uideri uultis Vicarij? Sed quæ illa impudentia? Proferte uel ex his omnibus unū
quo Petri imitemini uel doctrinam, uel exemplum. Quando ergo uos illius uestræ pige-
bit sortis? Certè uel ad præscriptum uerborum Petri uobis uita uestra erit instituenda,
uel filendum nomen Petri. Aut si omnino, ō infelix turba, Pastoris nomine gloriari ue-
lis, ego non uideo quenquam prophetarum de isto pastore nouo quicquam dixisse, nisi
is forsitan Zacharias sit, qui cap. ii. pastoris cuiusdam meminit stulti, qui derelicta non ui-
siter, dispersa non colligat, neq; contrita sanet, interim uero comedat carnes pinguium
& ungulas fortius dissoluat. Vnde & ipsi ceu stupido clamans ait, O pastor, ō idolum,
& derelinquens gregem. Non audiemus post hac minas uestras, qui hactenus authori-

tate Petri & Pauli apostolorum miseros excommunicabatis. Didicimus enim istos à nostris stare partibus, unde & istorum uerbis & doctrina freti quoad uitam uestram non composueritis ad institutum apostolicum, continuis incurSIONIBUS IMPUDÉTIAM ISTAM UESTRAM OPPUGNABIMUS. Sed redimus iam ad Petrum.

Et cum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis immarcessibilem gloriæ coronam.

*Premium pasto
rum.*

Pastorum princeps ipse est dominus Iesus qui animam suam posuit pro ouibus suis, non mytratus aliquis nedum Romanus episcopus. Præmio autem proposito laborates in uinea domini cōfirmat & consolatur, metaphoræ ducta à pugilibus & more coronandi: sed tropum exponit cum addit, immarcessibilem. Paulus enim clarius in 1. ad Cor. 9. cap. ait, Omnis autē qui certat per omnia temperans est, illi quidem igitur ut perituram coronā accipiant, nos autem ut æternam. Idem Apostolus de hac ipsa in 2. ad Timoth. 4. cap. differens, iustitiæ coronā uocat, omnibus paratam à deo qui bonum certamen certant, fidem seruant, cursum consummant, & aduentum Christi diligunt.

Similiter iuniores subditi estote senioribus, sic ut omnes alij uicissim subiiciamini.

*Senioribus de-
betur honor.*

Nunc pro more apostolico sub finem quasdam paræneses subiicit. In primis autem iuniores monet senioribus subditi sint, Seniorum est ut morum integritate & exemplo sancto ueluti patres multaçp rerum experientia prudétiores grauioresc̄p, iuuentuti præfint, & iuuentus uicissim illos obseruet ac ueneretur. Multum uero refert quo pacto adolescentum ingenia erga seniores sint animata. Hinc enim uel ingenium liberale & optimæ spei aut corruptum & omnino prauum facile æstimaueris. Neq; enim frustra in legi sua præcepit dominus, Coram cano capite con surge, & honora personam senis, & tibi deum tuum, ego dominus. Et Paulus in 2. cap. ad Titū paulò copiosioribus Senum officia describit. Fortassis ad Senij laudem, & cur illi præcipuum debeamus honorem, ilia elegans Demeæ Terentiani sententia pertinuerit, Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad uitam fuit, quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet noui, aliquid moneat, ut illa quæ credas scire nescias, & quæ tibi putaris prima, in experiendo repudies. His uero breuiter præscriptis in genere subdit, Omnes inuicem estote subiecti. Id quod Paulus ad Philip. 2. copiosius persequitur.

Humilitatem animi uobis infixam habete, propterea quod deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliemini igitur sub potenti manu dei, ut uos extollat cum erit opportunum, omni cura uestra coniecta in illum. Nam illi cura est de uobis.

*De humilitate
contra superbi-
am.*

Præcipua pestis mutui consensus & obedientiæ mutuæ est arrogans superbia. Proinde ut hanc ex pectoribus ejaceret fidelium, humilitatē quæ arrogantia & superbia contraria est, commēdat. Humilitatem animi, dicens, uobis infixam habete, Animī inquam hoc est ueram. Simulata enim humilitas ipfissima est superbia, & hoc pestilentior quo te stior. ἐγκομβώς autem dixit pro eo, quod est innodatam habete. Sentit enim humilitatem arcte retinendā esse in animo, ueluti nodis illigata, ne uspiam excutiatur. Causa sequitur quæ permoueat, Deus enim superbis resistit, humilibus dat gratiam. Id quod Paraphrastes exposuit, Humilibus libenter impartit suas dotes. Hoc uero tam vulgare in scripturis est, ut multis non sit opus. Multa enim habes in historiis sacris exempla quanto cum indignatione sæpius conuulserit superborum cristas altissimus, quam benignus & clemens fuerit humilibus. Vide Prouer. 6. Isaïæ 14. Ecclesiast. 10. Esther 5. 6. 7. Lucæ 14. cap. Maria uirgo cecinit, Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. His omnibus ueluti infert, Cum ergo tanta sit humilitas, humiliemini sub potenti manu dei. Quasi dicat, Nemo obiiciat, Cur me propudiioso isti subderē homini: qui enim se subiicit alij intimore domini, nō homini sed deo se subiicit. Nec est quod quisquā cauſetur oppressio nem, quasi humilitas nostra iniuriam prouocet opprimentium aut occasio fit conculcationis.

tionis. Qui enim se humiliant in timore dei, hi sese sub potenti manu dei humiliant. Pro inde non est periculum ne concilcentur perpetuo: ille cuius nomine humiliamur eueniet in altum, ubi illi fuerit opportunum, qui sapientissime administrat omnia. Nobis itaque innocentiae studendum, deo uero permittendus rerum euentus. Nouit ille quando & quid quoque agendum sit tempore. Ab his uero occasionem accipit docendi, quod omnis cura cō*Omnis cura cō*
cura nostra in deum sit rei*scienda*. Additur cauſa. Nam illi cura est de uobis. Id quod co*iscienda in deū*
piosissime exponunt Prophetæ, Psalmi in primis adeoque ipse dominus noster Iesus Christus apud Matth. in c.

Sobrii estote, uigilate, quoniam aduersarius uester diabolus tanquam
leo rugiens obambulat quærens quem deuoret, cui resistite solidi fide,
scientes easdem afflictiones in mundo uestræ fraternitati consummari.

Denuo commendat nobis temperantiam, integratatem & uigilantiam, quod hæc in
rebus Christianis plurimum habeant momenti. Addit hic quod diligentia exciter. Quoniam
aduersarius noster non dormitat, sed leoni famelico similis obambulat undique cap-
tans occasionem perdendi uorandi. Imitatur Petrus diligentes duces, qui militum animos ad uigiliam & alacritatem per istud excitant, quod sibi negotium esse cum hoste strenuo docent. Proinde & aduersarium nostrum leoni confert: nec cuilibet, sed rugienti &
famelico (aliás enim clementissimi ingenij est leo) oberranti, & querenti quod deuoret:
quæ omnia suam habent emphasis. Leonibus comparauit Solomon tyrannos, dicēs,
Ceu leo rugiens & esuriens ursus est princeps impius pauperi populo. Prouerb. 28. Et
Paulus de Nerone loquens, Eripuit me dominus, ait, ex ore leonis. Nec est quod plura
ex Plinio Iul. Solino uel ipso Aristot. scribamus de leonibus. Breuiter ferociam significare uoluit Petrus, qua hostis generis humani crudeliter in nos insurgit, ut deuoret, id est
perdat. Sed uos (inquit) resistite illi: modumque & resistendi vires aduersus tantum hostem
indicans, addit, Solidi fide, id est si solidi fueritis in fide circa negotium uiceritis cruentam
beluam. Nam erga diffidentes robur haber, erga fidentes imbellis est. Plura Diuus Paulus ad Ephesios sexto. Adiicit & aliud quo animet & consoletur tentatos, Neque uero illud nouum est quod tentat uos satanas, neque nouum quod per membra sua uos persequitur, nec solos uos persequitur, sed toti gregi Christi omnibus inquam deo dilectis fratribus uestris infestus est. Ceterum ista omnia temporaria sunt, & finem suum habebunt.
Videtur autem ea consolatio esse ducta ab exemplo & breuitate malorum.

Sed deus omnis gratiae, qui uocauit nos ad æternam suam gloriam
per Christum Iesum, parumper afflitos, idem instauret uos, fulciat, ro-
boret, stabiliat. Ipsi gloria imperium in saecula saeculorum, Amen.

Claudit epistolam sententia imprecatoria, qua simul maxima quedam religionis no*Epilogus.*
stræ sacramenta perstringit. Deum enim deum omnis gratiae uocat, hoc est eum à quo *Iacob. 1.*
omne donum & beneficium deriuetur in nos. Ipse enim author & fons est omnium bonorum. Hic uocauit credentes ad æternam suam gloriam, De qua scriptum est, *Quem oculi* *1. Corin. 2.*
lus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, ea præparauit deus diligenteribus se. Vocauit autem illos non per uiam quamuis, sed per meritum et redemptionem *Ioannis 14.*
passionis domini nostri Iesu Christi, & sub hac conditione, ut hic illi cōmoriamur. Nec illud cuiquam graue uideri debet. Nam ad breve tempus hic affligimur. Atqui in affli-*1. Pet. 1.*
ctione persistendum. Iam ergo imprecatur coetu fidelium Petrus, ut deus qui fidelibus suis aliás ad opitulandum promptissimus est, ipsos instauret, si uspiam cooperit per neglig-
entiam carnis destrui institutum sanctum: fulciat, si nutare incipiat: roboret, si infirme-
tur, & stabiliat ne subsidat sanctum dei ædificium, ut in petram firmissimam fundatum, *Matth. 7.*
persest aduersus omnes temptationis procellas: ut in membris semper glorificetur Christus qui laudandus est in saecula, Amen.

Per Syluanum uobis fidelem fratrem, ut arbitror, paucis scriptis ad-
hortans ac testificans hanc esse ueram gratiam dei in qua statis.

*scopu[m] epist[ol]e
l[et]terae*

Alij putant D. Petrum de tertia quadā loquutum esse epistola, sed uidetur de hac ipsa esse loquutus, quam uel Syluano tradidit Asianis preferendam, uel ijsdem scribendam dictauit, pro more ueteri. Certe paucis hisce uerbis, quod & in argumēto epistolæ adnotauimus, totum suum colligit institutum, nempe cur scripsiterit, aut quid quib[us]ue de rebus scripsiterit. Maximum porrò id argumentum est tam aduersus eos qui putant non omnia ea quæ ad salutem necessaria sunt, scripta esse, quād aduersus illos qui nullam religionem ueram, iustam & absolutam credunt, quād secundum patrum traditiones sit instituta. Petrus enim, Hac, ait, epistola illud obtestare uolui, hanc in qua nunc statis esse ueram gratiam, id est fidem & religionem ueram. Proinde cōstat iam omnes eos ueræ religionis esse cultores quotquot apostolicam amplectūtur doctrinam, et si patrum constitutiones quæ apostolicæ doctrinæ uel aduersantur, uel conformes non sunt, neglexerint prorsus.

Salutat uos ea quæ est in Babylone uestræ consors electionis ecclesia, & Marcus filius meus. Salutate uos mutuo charitatis osculo. Pax uobis omnibus, qui estis in Christo Iesu, Amen.

Quemadmodum Paulus ad finem omnium epistolarum salutationes uarias appendit, ita & Petrus facit. Contrauersum autem est inter doctos, de qua Babylone hic locutus fit. Sunt qui Romam intellexisse putent, quod illa per omnia responderit Babylonii. Alij non male de Chaldaica Babylone exponunt. Alij quorum sententia ueritati nihil repugnat, de Babylone exponunt, quæ dicitur Aegyptia & alio nomine Chayrum, quam tamen Strabo Arabiæ magis quād Aegypto inscribit. Marcum uero cuius hic fit mentio Euangelistam illum esse uolūt, quem filium quidem uocarit spiritualem, sicut & Paulus Timotheum. De osculo diximus in caput Rom. 15. Iam ut Paulus epistolas suas hac sententia claudit, Gratia domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus uobis, ita Petrus suam hac concludit, Pax uobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Quæ tam de extera quād interna pace intelligi potest, magis tamen de conscientiarum pace. De qua Paulus ad Philipp. scripsit, Et pax dei quæ superat omnem intellectum custodiet corda uestra & sensus uestros per Christum Iesum.

Absoluimus his primam Petri epistolam, in qua explananda fidei filū sequutus sum, ne alicubi grauius impingerē. Nodos enim habet perplexissimos, quos si infelicius progeniū nostri tenuitate dissolui, nihil tamen aduersus fidei canonem peccauit. Hæc uero Christiano Lectori exactius expendenda offero, ut ea quæ pietatis sunt obseruet & reneat, à cæteris uero, si quæ occurrant absurdiora & minus ad rem pertinentia, deficiat. Vbiq[ue] enim meminisse oportet uerborum Pauli, Omnia probate, quod bonū est tenete.

F I N I S.

IN POSTERIOREM D. PETRI APO-

STOLI EPISTOLAM PRAEFATIO.

EVSEBIUS Cæsariensis uir eruditionis rarae & lectionis uariae, lib. hist. Ecclesiast. 3. capite 2. Petrus apostolus (air) prædicationis suæ monimenta nobis per pauca dereliquit. De authoritate secundæ epistole Petri. Vna etenim eius epistola est, de qua nullus omnino dubitanit. Nam de secunda multis incertum est, apud plurimos tamen ipsa etiam legenda suscipitur. Quibus tamen uerbis nolim offendere quenquam, aut permoueri tantundem ut minus deferat sanctissimæ simul & utilissimæ huic epistolæ. Nam iniquum est ut cuiusquam hominis iudicium diuinæ præjudicet ueritati, quæ ut certa est ita in certas quoq; restricta regulas, facile cōuincit quid canonicum sit & quid minus. Suscipiēdum enim à certu ecclesiastico quicquid consentit cum illis, repellendum quod cum ijs non congruit. Iam eti fuerint qui dubitarint, plures tamen qui nihil dubitarunt. Nec illi ullas habet dubij cauſas iustas. Certe hoc ne illi ipsi quidem negant, quod in hac proſus extet nihil quod nouum dici, aut à reliqua scriptura alienum uideri posuit. Proinde non est ulla istis cauſa propter quam secundam hanc epistolam Canone excludant, aut certe de eius authoritate quicquam dubitent. Factor sanè non omne protinus scripti genus referendum esse inter canonica, quod à communib; regulis non discrepat ueritatis: plurimum enim hic quoq; facit & scribentis authoritas & scripti ueritas. Iam uero non desunt nobis uulgaria argumenta, quibus circa negotium ostendere possumus, & ueritatem huius & authoritatem, nempe quod hæc ab eodem sit apostolo Petro ædita, à quo & prior. Nam ut è multis istud duntaxat moneam, Titulus siue inscriptio, sed & mētio Christi in monte glorificati, & compositionis genius satis conuincunt quod Petri sit. Quod enim alij characteris & stili cauſantur dissimilitudinem, satis puerile est, sicut alibi monuimus. Nos isto contenti erimus q; spiritus Petri imo Christi seſe in hac unice exeruit, quod sibi ipsi Petrus nullibi dissimilis est, & q; maximi quicq; religionis nostræ antifites eius authoritate ut canonica & apostolica uis sunt, Origenem, Hieronymum, Augustinum, imo & ipsum Eusebium, & multos alios puto. In primis autem nostris temporibus hæc congrua & utilis, imo & necessaria est, id quod suis in locis indicabimus. Breuiter, August. de Civitate dei libro 20, cap. 29. plena est saluberrimæ doctrinæ & admonitionis, ut milii persuaserim prorsus istud dubij quocunq; apud quoscunq; de hac epistola fuit, ex diaboli enatum esse uersutia. Inuidebat ille nimirum nobis tantum thesaurum obtrigisse. Dolebat quod regnum suum tam distinctis & tam claris depictum esset coloribus. Timebat plurimas hac tam salubri admonitione animas periculum & laqueos Antichristi euasuros uitauerosq;: proinde cum totam abolerent posset, saltem uel asperginibus quibusdam hanc commaculare uoluit. Nos ut Petri esse credimus atq; suscipimus, ita diuino auxilio inuocato ut spiritus sancti opus exponemus.

ARGUMENTVM EPISTOLÆ.

AD eos secundam scribit epistolam ad quos scripserat primam. sic enim ipse fatetur in cap. 3. Hæc iam alteras uobis charissimi scribo literas. Cæterum monitoria est epistola permuli habens adhortationis. Dum enim spiritu quod am diuino persentceret diem fatalem sibi aſtare pre foribus, amore paterno et apostolica cura adactus, uoluit prius Asianos adeoq; & totam Christi ecclesiam munere aliquo egregio donare. Ostendit ergo ijs quod ea religio in qua tunc agebant uera & absoluta sit religio: deinde uero adhortatur ut in hac perstent, innocentia uera & studeant. Addit protinus et quedam certa uera & religionis testimonia, quibus suffulti firmius perstare queant. Hic iam pseudoprophetas quosdam uenturos prædictit, quorū nomine hoc ardenter ad constantiam adhortetur. Hos enim uia ueritatis blasphematuos habiturosq; dementiae suæ com plurimos sectatores. Illos uero graphicè per integrū cap. 2. depingit, differens de artibus infandis, peccatis, uerutatis, demum & de interitu eorum. Quibus summa diligentia absolutis in 3. cap. de impijs postremi sæculi moribus scribit, de contemptoribus diuini iudicij, aduersus quorum impudentiam effrenem iudicium dei futurū asserit, docens fideliū esse, ut contemptis impijs illis ipsi se parent ad diem illam certissimam quidem, sed nemine tamen cognitam. Porro hec omnia argumētis agit prebiis & densis, euidentibus atq; clarissimis. Stilus enim gravis est, sed argumentum facile pijs, & quod singulis propemodum uerbis maxima offerat mysteria.

INSCRIPTIONE.

SYMEON Petrus seruus & apostolus Iesu Christi his qui æque pretiosam nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri & seruatores Iesu Christi. Gratia uobis & pax multiplicetur per agnitionem dei & Iesu domini nostri.

Fides.

Inscriptio hæc exposita est. Continet scriptoris nomen, & docet quibus sit scripta: ijs quoq; felicitatem pro more epistolari imprecatur. Scriptor est Symeon ille Petrus apostolus. Hic scribit oñibus qui lo'rti, id est æqualem siue eiusdem pretij cum eo fidem sortiti sunt. Hoc est, fidelibus in Christū omnibus, Asianis tamen præcipue. Cæterum non dicit omnibus æqualia obtigisse dona per fidem: sed monet à fide arceri neminem, siue is Iudæus sit, siue Gentilis, sed & omnes Christianos in fidei dono æquari. Non præfert se alijs, sed omnes Christo fidentes alloquitur ut fratres. Fides uero illa innititur in iustitiam dei & seruatoris Iesu Christi. Id quod bifariam exponi potest. Vel quod fides innititur iustitia, hoc est ueritati & promissioni dei: Vel quod fides fit iustitia propter Christum qui nobis à deo datus est sapientia, iustitia & sanctificatio. Est & illud obseruan dum quod dixit, Pacem multiplicari per agnitionem dei & domini nostri Iesu Christi. Hic enim dixit, Qui ederit me non esuriet, & qui crediderit in me non frictur unquam.

CAPVT I.

VT eius diuina uirtus omnia nobis largita est quæ ad uitam ac pietatem pertinent, per agnitionem eius qui uocauit nos per gloriam ac uirtutem, per quæ pretiosa nobis ac maxima promissa donata sunt, ut per hæc efficeremini diuinæ consortes naturæ, si modo refugeritis à corruptione quæ est in mundo per concupiscentiam.

Omnia nobis in
Christo dedit
pater.

Confirmaturus fratres in fide Christi ipsosq; ad uitæ innocentiam hortatus com modum in capite negotij rotam summam religionis in brevia uerba restringit. Cumq; paucis & citra expolitionem dicere potuerit, Deus in Christo Iesu omnia ea nobis suppeditauit abundantissime, quæ ad uitam & pietatem pertinent: maluit tamen istud effere per admirationem. Ut eius diuina uirtus, &c. Ut autem particula admirativa est, quemadmodum & quam sèpius. Notissimus est literatis ille uerfculus poëta,

Ut uidi, ut perii, ut me malus abstulit error.
Græce est ὡρ. Et grammatici hoc Homeri carmine eius significationem exponunt,

ἴδιαν τις reddunt, διὸ διοῖς καὶ φρένες οὐχ ἔφερον πλειστά πεπίθηκαν. Id iam sic reddunt, διὸ boni quam̄ bona mentes (bona indoles) erant prudenti Penelope. Licuisset itaq; & interpreti nostro neglecta uerborum obscuritate sensum copiosius & dilucidius reddere, O quam̄ abūde omnia nobis largita est diuina uirtus, &c. Ad hūc modum restituenda sunt etiam Germanica, O wie hat vns die Götlich krafft alles so vollkommen gegeben, das zu dem läben vnd Götlichem wäsen dienet. Est præterea amplificatio in eo quod non dixit deus, sed Diuina uirtus. Augustius enim est hoc, significans ineffabilem dei potentiam & uirtutem, à qua ipsum sacra scriptura dominum Sabaoth, id est exercituum appellat, pro quo LX x. interpres ferè transtulerunt, δικύριον τὴν σωματικήν, id est dominus uirtutum, Aquila uero δικύριον τὴν σωτηρίαν. Obseruanda est & accurata in diendo diligentia. Cum enim dixisset, Diuina uirtus omnia nobis largita est, ne quis in dictione Omnia luderet, per interpretationem subdit, Omnia inquam dedit deus quæ ad uitam & uitæ pietatem pertinent. De reliquis enim quæ ad uitam & pietatem nihil pertinent nihil anxius est Christianus. Ita quidem & Ioannes apostolus scripsit, multa quidem & alia extare signa saluatoris, quæ non sint scripta in historia euangelica, ea uero quæ scripta sint sufficere ad cognitionem Christi & uitam consequendam. Tota sa nē religio partim consistit in cognitione dei & spe immortalitatis, partim in pietate uera in qua seruus dei in hisce exerceatur terris, donec ipsi obtingant cœlestia. Vtracq; de dit deus abundantissime. Sed quando, dices, aut qua in re? Respondet Petrus, Tum omnia nobis dedit deus, quem filium misit in mundum, id quod nobis tum primo reuelatum est, quem per fidem sanctam illum agnouimus. Christus enim dominus uoca uit, id est asseruit nos Λαὸν θεόντας καὶ αρεσόν, id est per gloriam & uirtutem, id est, per illud quod filius dei & homo uirtutibus sacer, hoc est hostia pura esset. Gloria enim

Ioan. 20.

nim & apud Ioannem ponitur pro diuinitate filij. Ad clariorem superiorum expositio-
nem faciunt & sequentia. Hoc enim dicit, Cum autem orbi donasset filium deus, tum
sanè pretiosa & maxima nobis promissa, olim per prophetas adumbrata, fidelibus ex-
hibuit: nimis ut per hæc, id est per agnitionem dei atque filij eius efficeremur diui-
næ consortes naturæ: hoc est ut in Christo haberemus immortalitatem & uitam semi-
piternam. Deus enim natura incorruptus immortalis & æternus est: & eadem gloria do-
nat cum Christo omnes eos qui sibi credūt. Hæc uero de eo breuiter dicta sint, quod in
Christo nobis omnia dedit pater. Sed quid ista (ais) ad institutum Petri faciunt? Per multū
sanè. Nam qui audit omnia quæ ad uitam uitæq; pietatem pertinēt, semel esse in uno ali
quo tradita, noua & aliena nec audit nec expectat amplius, imò repudiatis facile reliquis
omnibus receptis semel adhæret firmissime. In hoc aut̄ instituit orationem suam Petrus
ut fidelibus persuadeat, in recepta religione perseverent, utpote quæ absoluta & nullius
rei indiga sit. Quod si priori sæculo persuasum fuisset scripturis sacris omnia quæ pietà
Lapsus nostri
mas, Sententias & Sententiarios: imò si uel icti saperemus & uel hodie crederemus scri-
pturis canonice omnia esse comprehensa quæ ad uitam pertinent, non ita pertinaciter
digladiaremur pro constitutionibus humanis. Sed ualeant stulti, & qui sordent sorde-
scant adhuc. Porro consequenti conditione aditū sibi parat ad adhortationem innocen-
tiæ. Pulchre aut̄ necuntur omnia. Dixerat nos per Christū in eum euectos gradum, ut
aliquando consortes diuinæ naturæ futuri simus. Iam uero æquum est ut incorruptio-
nem & immortalitatē cœlestem expectantes, à corruptione abstineant terrena. Vnde Pe-
trus ait, Efficiemini diuinæ consortes naturæ, sed si refugeritis à corruptione. A qua ob-
secro: Quæ in mundo est, & quæ in concupiscentia est. Corrūpit enim mundus, corrum-
pit & concupiscentia mala. De quo & Iacobus Iaco. 1. & Ioannes 1. Ioan. 2. Quod aut̄ in
Christo & scripture canonica omnia ad uitam necessaria dederit & reuelarit deus, non
modo Petrus docuit, sed & Paulus disertis uerbis ad Coloss. 2. & 2. ad Timoth. 3. cap.

Toto itaq; studio huc incumbite, ut in fide ueltra subministretis vir-
tutem, in uirtute uero scientiam, in scientia uero temperantiam, in tem-
perantia uero patientiam, rursus in patientia pietatem, in pietate autem
fraternā charitatem, in fraterna uero charitate dilectionem. Hæc enim
cum uobis adsint & exuberent, haud otiosos nec in irritum laborantes
efficiunt ad domini nostri Iesu Christi cognitionem. Nam cui non ad-
sunt hæc, is cæcus est, & manu uiam tentas, oblitus sese à ueteribus pec-
catis suis fuisse purgatum.

¶ & vñ tñ tñ tñ &, de uerbo ad uerbum sonat. Ethoc ipso uero, siue, Et in hoc ipsum au-
tem. Loquutio est, pro qua nos reddidimus, Toto itaq; studio, &c. Poterat & sic exponi,
Eius rei gratia date operam, &c. Iam palam inuitat ad studium innocentia. Erant enim
tum quoq; sicut & nostro sæculo multi sunt qui ore quidem Christum confitebantur,
at uita Sardanapalum referebant. Hos in præsentiarū increpat & sanctos instituit ac ad-
monet. Vtitur autem gradatione festiuæ, qua prop̄ uirtutes omniū maximas ueluti in Virtutum coro
serum concinnauit pulcherrimū. Paraphraſtes ista paucis quidem sed aptissimis expo-
na.
uit sensibus, cuius uerba ascribere non piguit. Sunt autem hæc, Innocentiam semel lar-
gitus est deus, eam non satis est tueri, sed omni studio admittentes satagit, ut benefactis lo-
cupletemini, ne fides sit otiosa, sed hanc comitetur probitas, ne quid agatur dicatur, Fides.
nisi quod honestum est. Probitatem excipiat scientia, ut non solū sequamini quæ recta Virtus,
sunt, uerum etiæ perspiciat quid, quo loco, apud quos, quatenus & qua ratione sit agen Scientia.
dum. Scientiæ comitetur temperatia & animus inuictus aduersus omnes illecebras mun Temperantia.
di fine deflexu constanter sequatur id quod optimū esse iudicavit. Temperantiae iunga-
tur patientia, ut dum benefacitis, mala fortiter toleretis. Nam quos blandimenta mudi Patientia,
nō emolliūt hos aliquies frangit impatientia malorū. Patientia adsit pietas, ut quiq; quid Pietas.

*Fraterna char. agitis aut patimini ad dei gloriā referatis. Pietatem comitetur fraterna charitas, ut quem admodum deum amatis propter ipsum, ita illius gratia diligatis omnes qui deum profi-
tentur. Fraternam charitatem augeat cumuletq; dilectio, quæ bene mereri studeat de o-
mnibus, non solum de pīs & Christianis, verum etiam de impiis. Atq; hi sunt fructus
euangelicæ fidei. Hactenus Erasmus. Sequenti uero sententia palam affirmat in his sum-
mam ueræ confistere pietatis, maxime si exuberent, id est si incrementis indies assurgant
usq; ad plenam mensuram adulti Christi. Sensus autem est, si in istis fueritis toti, tum sa-
ne testabimini quod non frustra agnoueritis Christum. Quidam enim Christum fru-
stra cognoscunt, qui uidelicet uerbis ipsum confitentur, factis autem negant. Subditur
enim & à Petro contraria sententia, Cui uero hæc non adsunt, is cæcus est manuq; pal-
pitans, oblitus sese à ueteribus peccatis fuisse purgatum. Qua nimur allusit ad illam
diram dei execrationem in lege, Percutiet te dominus amētia & cæcitate ac furore men-
tis: & palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & nō diriges uias tuas. Qui
bus non absimilia prodidit & Isaías in cap. 59. Breuiter, Cæcus iter quidem instituit, sed
ubiq; impingit, nec certam rationem habet, palpitat itaq; ita & hypocrita fidei q; simu-
latores speciem sanè habent pietatis, sed ubiq; impingunt, circumaguntur in uoluptati-
bus mundanis, & ueram Christi uiam non uident. Aliás enim intelligerent se à Christo
non in hoc liberatos esse à peccatis, ut in ijsdem pergaat acrius nouaq; accumulent iden-
tidem, sed ut semel peccatis mortui, reliquum uitæ tempus Christo ac iustitiæ in peni-
tentia uiuant. Atq; hoc illud ipsum argumentum est quod & D. Iacobus in epistola sua
copiosius tractauit. Quæ omnia mire quadrat in nostri sacerduli homines, qui & ipsi fidem
iactantes fructibus fidei carent, omni modo sterilibus arboribus similes, quæ proculdu-
bio excidentur ni ueniam sibi penitenti uita impetrant.*

*Quapropter fratres potius operam date ut uocationem & electio-
nem uestram firmam efficiatis. Hæc enim si feceritis, non labemini un-
quam. Siquidem ad hunc modum abunde subministrabitur uobis in-
troitus in æternum regnum domini nostri & seruatoris Iesu Christi.*

*Fideles electio-
nem efficiunt
firmam.*

*Illiatio est. Planis enim uerbis iam adhortatur ut pietati insistant. Commodis autem
utitur uerbis, ut permoueat. Annitimi, ait, ut uocationem & electionem uestram fir-
mam efficiatis. Ampla & augusta hæc est sententia, illorum refellens blasphemam ueſ-
niam qui aiunt, Si electus sum plane citra meam fidem & iustitiam seruabor, nimurum
per solam dei uocationem. Si uero electus non sum, non proderunt quicquam iustitiæ
opera. Petrus enim multo commodius & sincerius iubet ut nos electionem & uocatio-
nem nostræ efficiamus firmam. Non quod infirma sit apud deum electio. Stat enim illa
immobilis, ut in Romanis docuit Apostolus, sed quod ordo sit in electione & uocatio-
ne, ut ostendimus in cap. 11. epistolæ prioris. Quos em̄ elegit hos ad se trahit ac uocat præ-
dicatione euangelicæ: quos autem uocauit, hos fide iustificat: quos uero fide iustificauit,
hos in pietate & moribus sanctis cōformes reddit imagini filii sui. De pietate ergo et mo-
ribus sanctis loquens Petrus, rectissime electionē, inquit, uestrā firmam efficite. Moribus
enim sanctis perficitur electio. Nam uocationē dei sequitur uitæ sanctimonia. Proinde
qui uitæ impurioris sunt prodūt se alienores esse à uocatione dei. Atq; hoc fortassis no-
mine D. Augustinus non omnino male fertur dixisse, Qui elegit te sine te, nō saluabit te
sine te. De ordine & dispensatione salutis loquimur, nō nesciāliás nihil deberi uiribus
nostris, sed gratiae & merito Christi omnē deberi gloriā. Addit Petrus aliud argumentū
quo permoueat, Hæc si feceritis οὐ μὴ πέσετε πτερε, nequaq; labemini unquam. Id est, nō
excidetis aut aberrabitis à uia ueritatis. Aberrant enim à ueritatis scopo qui contéptis li-
teris sacris sectantur humanas traditiones. Ad expositionem huius sententiæ pertinet &
sequens, Siquidem ad hunc modum πλάστις abunde subministrabitur uobis introitus
in regnū dei: quasi dicat, Non est quod nouū aliquod doctrinæ genus amplectamini. In
hoc enim habetis quod ad salutem consequendā sat est. Proinde non immerito miretur
quis quæ egerit Pontificios insanias, quod decreta quædā & obseruationes traditionum
humana-*

Deute. 28.

*Ioan. 15.
Luc. 13.*

humanarum ad salutem credidere necessarias. Ruunt hic istorum omnia uelut otiosa ac inania ad salutem. Diuinis abunde subministratur nobis introitus in uitam æternam. Perstemus itaq; in traditione Christi & doctrina apostolorum.

Quapropter haud negligam uos semper commonere de his, tametsi sciatis & confirmati sitis in præsentí ueritate. Attamen iustum arbitror quādiu sum in hoc tabernaculo, excitare uos per cōmonitionem, cum sciam breui futurum, ut deponam hoc tabernaculum meum. Quemad modum & dominus noster Iesu Christus significauit mihi. Dabo igitur semper operam, ut uos post exitum meum horum mentionem face re possitis.

Obiter inserit nunc qua occasione quibūsue de rebus scribere hanc cōperit. Oratio- De monumētis nem autem ipsam sic connectit. Cum itaq; certò cōstet quod hæc, quam tradidimus uo & scriptis apo-
bis, unica uera & absoluta sit doctrina & religio sana, non potui non hac uos submone-
re epistola, ut in hac ipsa pergatis & perseveretis usq; in finem. Porrò ne isti obijcerent,
Igitur de fide nostra dubitas? præuenit & air, Scio equidem & doctos, & longo pietatis
progressu confirmatos uos esse in illa ipsa ueritate ad quā nos hortamur: nihilominus
non inutile uobis futurū credidimus, si subinde eandē uobis rem inculcaremus, & calca-
ria adderemus currentibus. Hoc enim certò scio quod breui sim moriturus: unde prius
memoraculū aliquod piū apud uos deponere uolui, per quod æternū apud uos pro-
dessem uiuerem̄. Nam uolentibus subinde uobis epistolas nostras nostri imò doctri-
næ nostræ meminisse licebit etiam post obitū, cum post fata loquentē audire non detur
amplius. Hæc de sensu apostoli, iam plurima hic occurruunt monenda. Primū quod salu-
bris est cōmonitio, tametsi in pietatis summa & doctrina Christiana nihil aut parū no-
bis deesse videatur. Deinde quod mira proprietate & similitudine appositissima Petrus
humanū corpus scenā siue tabernaculū uocauit. Ducta enim est metaphora à tentorijs,
quæ quod homini oberranti & nullas sedes fixas habenti sunt, id corpus homini. Extat
quædam apud D. Paulum ad. Heb. 11. & 1. Cor. 11. quæ hunc locum nonnihil explicant.
Porrò apud Ioan. in 2. exponitur copiosius quod hoc loco Petrus paucis annotat. Dicit
enim ad Petru dñs, Amen amen dico tibi cū essem iunior cingebas te & ambulabas quò
uolebas, cum aut senueris extendes manus tuas & aliis te cinget & ducer quò non uis.
Postremo uidemus quo loco quóue gradu literæ sanctorū dei hominum sint habendæ.
Apostolos & apostolicos uiros dederat nobis deus doctorū loco. Ceterū cum homines
essent & proinde mortales qui saltem uno alicui sœculo prodesse poterāt docēdo, uisum
est uiris optimis & nostri studiofissimis totum doctrinæ suæ genus summarie immorta-
libus credere literis, atq; ita se totos transmittere ad posteros. Quapropter ingenue fate- De ueneratio-
mur ueras apostolorū, prophetarum & omniū sanctorū ueterum olim in fide mortuo- ne & reliquijs
rum reliquias & monimenta literas esse ab ipsis scriptas, non corpora sepulta. Habent sa sanctorum.
nè corpora suam quoq; spem, sed nos in sanctis dei non carnem, non sanguinem, non
ossa, non statu ram & habitum corporis miramur, sed animum diuinum, purum, synce-
rum, integrum. At libri testimonia & indices adeoq; & specula quædam formæq; ani-
mi expressissimæ sunt. Veræ itaq; sanctorum reliquiæ nobis uenerandæ ipsi sanctorum
libri sunt, in quibus animum & spiritum illum suum plane nobis delinearūt, & ceu re-
stamento delegarunt. Proinde præposteri sunt qui craneum decaluated exosculantur,
at ipsum capit is sensum non magni pendūt. Qui uero diuorum intercessionem ex hoc
loco approbare uoluerunt, inscritiam suam prodiderūt. Non enim dixit Petrus, Efficiam
ut post obitum meum me inuocetis: sed, In hoc scribo (ait) ut etiam me mortuo habe-
atis quod doctrinæ olim à me traditæ admoneat.

Non enim arte compositas fabulas secuti, notam uobis fecimus do-
mini nostri Iesu Christi uirtutem & aduentum, sed qui oculis nostris
aspeximus illius maiestatem. Acceperat enim à deo patre honorem &

gloriam, uoce ad illum delata huiusmodi, **Hic est filius meus dilectus,**
in quo mihi complacitū est. Et hanc uocem audiuimus ē cōelo delatam,
cum essemus unā cum illo in monte sancto.

Authoritas fī dei Christianae, Redit ut fidelibus approbet eam religionem in qua tum agebant certam, ueram & ab solutam esse, nimirum ut illos permoueret, in hac perstarent huic p̄ immorerentur. Id porrò exquisitis agit verbis & argumentis. Principio in genere dicit, Cæterum nos qui orbi nunciauimus Christi Iesu uirtutem & aduentum, non fabulas quasdam sequuti sumus, sed illud quod oculis nostris uidimus annunciauimus. Deinde speciatim exponit quid uiderint. Atqui in illis verbis hæc potissimum consideranda sunt nobis, Quod totum Christi negotium in aduentum & uirtutem partitus est. Aduentus habet præstituta illa à prophetis tempora & aduentum illum in carnem & mundum. Virtus uero comprehendit diuinam Christi uitam, miracula, doctrinam, quod ipse fidelium uita, salus, hostia, iustitia & redemptio est. Hoc itaq; dicit, Quæcunq; de Christo diximus, quomodo is in mundum uenerit, quanta cum uirtute salutis hoc negotium peregerit, non ex fabellarum protulimus arcanis, sed ex confessâ ueritatis cōsensu. Opponit enim testimonio ut sic dicam oculato, arte compositas fabulas. Quales erant olim philosophorum argutæ magis quam salubres disputationes, & poëtarum figura quædam, à uero quidem desumpta, sed propter uanitatem hominum mendacij inuoluta. Nihil igitur fallaciæ, nihil artis, nihil persuasionis, nihil conspirationis aut doli mali quisquam in doctrina nostra latitare credat. Quæ enim docemus rustica prorsus simplicitate absq; uerborum fucis phaleris & inuolucris, absq; sophismatis & humanis argutijs auditori proponimus. Visa enim narramus & cōperta. Iam quis nescit certiora esse quæ cernuntur quam quæ audiuntur? Horatius certe fatetur,

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Et Ioannes apostolus non absimili fiducia orditur epistolam suam, Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, &c. Per Majestatē uero intellexit Petrus gloriam illam filij dei quam uiderunt in monte. Nunc enim ex omnibus Christi cum dictis tum factis id solū producit quod in monte sancto dominus corā discipulis transformatus legitur apud Matthæum in 17. & Lucam in 9. cap, nimirum quod in ea historia semel omnia Christi mysteria sint comprehensa. Ea nos paucis hoc loco perstringimus. Iesus ergo ostensurus discipulis suis quod à deo patre missus sit in orbem redemptor & doctor, cui consentiant lex & prophetæ, & in cuius manu sit uita & immortalitas, selectis ex omni turba tribus, Petro, Ioanne & Iacobo, ut absolutior esset testimoniū numerus, subducit illos in montem uehementer excelsum, ipsa loci celitudine declarans se nihil humile sed arduum & coeleste quippiam traditurū. Nam in montis cacumine protritus coram illis transfiguratus est, id est, eadem corporis manente substantia aliam induit formā & illustriorem quidem illam. Refulsa enim facies eius in morem solis, & uestimenta eius albicarunt in morem niuis & lucis. Sic enim gustum ipsis exhibebat aliquem diuinitatis, immò immortalitatis & gloriae futuræ. Simul autem comparuere Moses atq; Helias & ipfi gloriosi. Hi colloquebantur cum ipso. Dicebant autē excessum eius quem completerus erat Hierosolymis. Quæcunq; enim Christus passus est, quæcunq; egit, non secus egit nec aliter passus est quam prophetæ & ipsa lex prædixerant. In Christo ergo consentiunt lex & prophetæ. Christo testimoniū ferunt lex & prophetæ quod ipse sit uita credētum. Discipuli ubi tanta uiderent ipsis præsentibus agi, propemodum exanimati sunt, adeoq; ipse Petrus spectaculi maiestate totus sibi ipsi raptus cupit eius loci sempiternus fieri inhabitator, oblitus omnium eorum quæ aliquando uiderat in terris, in quibus somnia & umbras uerius quam res ipsas miramur atq; cōplectimur. Magna quidem hæc sunt, sed maiora sequuntur. Protinus ergo lucida nubes, quæ nullib; non in sacris creatori suo officium præstat suum, obumbrat ipsis, Christum tamen in primis,

Expositus locus
Matth. 17.

primis, cui pater cœlestis maximum sane confert testimonium illico. Nam uox ē nube il la lucida, nimirum à magnifica gloria, id est à magnifico deo, qui ob maiestatem inedi ci bilem ipsa dicitur gloria, audita est quæ dicebat: Hic est filius meus dilectus in quo plac tus sum, ipsum audite. Hoc uero quid aliud est quam approbatio quod Christus domi nus uerus sit Messias, naturalis filius dei, adeoç & patri æ qualis & dilectus, in quo sibi complacuit uniuersam inhabitare plenitudinem, & per eum sibi reconciliare quæ in cœ lo, & quæ in terra: & quod hunc nobis dederit in doctorem, lucem & exemplum uitæ, in quo habeamus omnia? Abeant ergo posthac ad Cynosarges quicūq; alios nobis do ctores præcipiūt audiendos, quicunq; alios intercessores, aliaue ad salutem media ostendunt. Vnus Christus proponitur nobis docttor & redemptor, in hoc uno & solo omnia habet fidelis anima. Vnum & solum celebrauere omnium sanctorum prophetarum, apo stolorum & apostolicorū uirorum uoces, uota & scripta, quæ & summa cum animi læti tia & promptitudine propter Christum suscipimus, exoscularum & ueneramur: cætera uero quæ ihs non consentiūt, ut inutilia & impia execramur. Satis nobis est Christus sum mi dei unicus filius. Sed ad Petrum redimus, qui miro cōfilio ex omnibus Christi dictis & factis hoc longe sanctissimum & saluberrimum delegit, in quo patris cœlestis de filio & doctrina eius & apostolorum habemus testimonium, ut posthac, nisi uolentes & ma litiose de ueritate religionis Christianæ dubitemus, quā hic audimus atq; uidemus tot tantisç approbatam esse testionijs. Perstemus ergo ô fratres in recepta ueritate. Doctrina enim nostra ueritatis doctrina est cœlitus delapsa, quæ uincet in æternum.

Et habemus firmiorem sermonem propheticum cui dum attenditis ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis, donec dies illucescat & lucifer exoriatur in cordibus uestris.

Satis erat credentibus testimonium patris, sed nondum omnes credebāt euangelicæ *Evangeliū in historiæ & prædicationi apostolicæ, ergo propter istos, Quod si (inquit) cuiquam infir prophetis fun miora uideantur quæ diximus, proferemus prophetarum testimonia, quibus isti for tassis plus credent.* Quod autem nos de fide *Christianæ docemus, idem ante nos docuerunt prophetæ.* Cuius quidem rei argumenta quædam ostēdimus in cap. 1. Firmiorem ergo dixit propter infirmiores in fide, nō quod firmiora testimonio patris crederet prophetarum testimonia, cum non ignoraret etiam prophetarum testimonia patris esse in stinctum. Erant autem ex Iudaismo conuersi multi uehementer intenti prophetarum te stimonijs, quemadmodum & de Berthoensibus tradidit Lucas, quorum studiū hic ap probat Petrus, dicens, *Cui dum attenditis recte facitis.* Est enim scripture sacra ueluti lucerna quædam, ut ait David in Psal. 118. *Quemadmodum enim lucerna in obscurum locum posita oberrantibus niā aperit emergendi è tenebris; ita scripture sancto propo sito & mente fideli lecta educit ex erroribus in apertum ueritatis campū.* Qui uero mente obscura & curiosa ad sacra accedunt, plus dispendij q̄ compendiij sibi comparant. Pro inde Petrus significanter addit, *Donec dies illucescat & lucifer exoriatur in cordibus ue stris.* Habet autem allegoriam locutio. Diem præcedit lucifer dici nucius, at ipsa dies per incrementa quædam succedit illucescitq;. Iam hisce additur quod tropum explicet, Exo riatur in cordibus uestris. Ecce, In cordibus ait, non in cœli regia, exoriatur. Itaq; de augmēto fidei & cognitionis Christi loquutus est, quam per luciferi stellæ ac diei amoenas metaphoras significauit. In hunc ergo finem legendi sunt prophetarū libri, ut in Christum tandem credamus, ut ipsa lux euangelica ipseç lucifer Iesus Christus oboriatur in mentibas nostris.

Si illud prius noueritis, quod omnis prophetica scripture non sit pri uatae interpretationis. Non enim uolūtate hominis allata est olim prophetia, sed à spiritu sancto impulsū loquuti sunt sancti dei homines.

Quod semel cœperat clarius & copiosius hisce exponit, nempe in quem finē aut quo modo canonica scripture sit legenda, imò exponenda. Illud (inquit) Lectori prophetæ *scripture.*

rum in primis erit obseruandum, quod scriptura prophetica ἡ θεοῦ ἀπόστολος γένεται, id est propriæ interpretationis non sit. Hoc est quod illa non sit exponenda secundū cuiusq; arbitrium sic ut cuiq; fuerit uisum, sed quemadmodū ipse spiritus flagitat, qui prophetas inspiravit. Sequitur enim causa. Non enim uoluntate hominis allata est propheta, id est, prophetæ qui uaticinia prodiderunt, non ē suo sensu animiq; arbitrio ea prodiderunt, sed à spiritu sancto impulsi loquuti sunt dei homines. Idecirco uaticinia eorum iuxta spiritus quoq; instinctum, aut ipsa scriptura per se, obscuriora uidelicet per clariora, sunt exponēda. Insignis est hic locus quo docemur illud in primis, Quod tametibi homines fuerint prophetæ, uaticinia tamen eorum non sint humana, sed sancti spiritus inspiratio. Deinde quod et demum scripturæ expositio approbanda sit, quæ ex scripturis petita nihil dissidet ab ingenio diuini spiritus. De qua re disseruit & apostolus Paulus in 1. ad Corin. cap. 2. Aberrat ergo qui humano iudicio estimant sensum scripturæ. Cū enim de sensu alicuius loci contrauertitur, expositio uera uel circūstantijs, uel per contextum, uel per clariorē, uel per contrariū locum erit ostendenda. Nō enim ualet hic locus ab authoritate, ut dicamus Thomas, Hugo, Lyranus, uel Gregorius eum locū ita exposuere, sed excutiendæ rationes cur sic exposuerint, & an expositio consentiat cum ingenio spiritus diuini, & quam sit fidei & charitatis regulę conformis, sed de his aliās plura.

Hactenus uero de eo quod deus nobis in Christo omnia dedit, quæ ad uitam & piatem pertinent, quodcū fides sive religio Christiana, certa, uera & absoluta sit, approbata cœlestis patris et prophetarum testimonijs. Quę omnia si qui intelligunt rectius ultrò in recepta ueritate persant, cum uideant nihil posse uel excogitari, uel dici melius. Omnia enim extra Christum & canonicam scripturam tenebræ sunt.

C A P. II.

Fuerunt autem & pseudoprophetæ in populo, quemadmodum & inter uos erunt falsi doctores, qui clam inducēt sectas pernicioſas, etiam dominum qui illos mercatus est abnegantes, accersentes sibiipsis celestem interitū, & plericū sequētur illorū exitia: per quos uia ueritatis blasphemabitur, & ex auaritia facilijs sermōibus de uobis negotiabūtur.

De falsis docto-
ribus.

Aliam inducit rationem, per quam constantiā illis in fide cōmendet. Ducta est à contrario. Est enim sensus, Quod autem tam anxi uos moneo deum in Christo nobis dedisse omnia: quod toties inculco perstandum esse in ueritate recepta, hinc est, quod certo noui uenturos pseudoprophetas, qui sint cōmentaturi noua quædā adeoq; & aliena & contraria traditis addituri. Hos autē caueri uelim. Cæterū nemo sibi cauebit, nisi prius persuasum habuerit omnia semel in sacris esse tradita quæ ueræ pieratis sunt. Hi enim uident nihil superesse quod istis relinquatur, quasi de novo adjicēdum decernendūq;. Sic uideamus Paulum in 2. ad Timo. 4. cap. ardentissimis uerbis obtestari discipulum, imō quemlibet episcopum, ut in tradita disciplina, incorrupta mente & constanter pergati & causam tandem subdere. Nam erit tempus cum sanam doctrinam nō sustinebunt, &c. Iam ne uanam crederent esse Petri de uenturis pseudoprophetis diuinationem, addit quod fidem faciat: Fuerunt autem iam olim & pseudoprophetæ in populo. Ab Antea-

etis enim trahitur argumentum: ut sit sensus. Nunquam defuere uel sanctissimo dei populo pseudoprophetæ. Semper enim infelix hoc loliū nimis q; feliciter excrevit in agro dominico, proinde ne nunc quidē cessabunt in ecclesia Christi falsi doctores. Falsos autē doctores uocauit uel eos qui cōtemptis sacris literis figmenta prædicant humana, uel sacras scripturas ad animi sui affectū libidinēq; detorquēt. Sed ipse Petrus illos suis pingit coloribus. Certa enim attributa illis tribuit, certasq; notas & tanq; stigmata quædam ostendit, ut per hæc nemo non, nisi qui omnino nolit, sibi ab istis cauere possit. Ipso enim digito indicat quos uelit. Non secus ac si quis ita moneat. Si quis obuiā prodeat qui barba sit hispida & subrufa, facie torua, oculis micantibus, ueste stricta & uiridi, caligis induitus scissis & uarij coloris, tectus insuper pileo purpureo, hic ater est, hunc tu cauere mente. Ita enim Petrus, Venient, ait, falsi doctores, qui clam inducent sectas pernicioſas, qui dominum negabunt, uiam quoq; ueritatis blasphemabunt, & ex auaritia de fidelibus

bus sermonibus fictitijs negotiabuntur. Descriptionem ergo & ueluti hypotyposim quandam pseudoprophetarum subiicit Petrus. Nos signatim perstringemus singula. Primum attributum est, διτίνες προσάρτηται πρόσεται παρωλεῖαι, id est qui subintroducent hæreses pernicioſas. Est autem in singulis uerbiſ, ut solet in omnibus uaticinijs, mira emphasis. Non autem inducent hæreses, sed subintroducent: id quod Erasmus propriissime uertit, clam inducent. Non ergo palam negabunt scripturam sacram, non omnino negabunt deum, sed ista confitentes, aliquid de suo assuent, atq; hoc ipsum titulo pietatis ac ueritatis contegent, & imprudentibus ut uerum proponent. Hæreses autem dixit sectas, id est institutum quod uocum humanū & à canonicis scripturis separatum ac alienum, in primis tamen quod pernicioſum est, id est quod perdit, dum à Christo & uero abducit, aut dei Christi & ueritatis gloriam transfert. Sic enim Paulus ad Romam. 16. Obsecro, ait, fratres ut cōſideretis eos qui diſſidia & offendicula CONTRA DOCTRINAM quā uos DIDICISTIS gignunt, & declinetis ab illis. Petrus ergo, Illi, inquit, nolent uideri hostes ueritatis, sed acerrimi propugnatores, cum sint fidelium pestes. Nam clanculo & aliud interim agentes inducent dogmata & instituta quædam aliena & separata à ueritate canonica, ergo & pernicioſa. Id quod factum uidimus & in priore illo & nostro ſeculo. Venit enim Valentinus & simulabat ſe dei ueritatis & Christi gloriā quærere, interim uero ueris falſa & noxia dogmata aduersus incarnationē Christi miſcuit, & ecclesiæ corpus conſcidit, rapiens multos in iſtud blasphemum uitæ & doctrinæ ſue institutum. Successit Arrius presbyter quondam Alexandrinus & de religione Christia na sanctissime diſputans, subtexuit illud nefandum de inæqualitate patris & filij dogma, & torum penē Orientem in suas attraxit partes. In hoc numero recendens uideatur & Pelagius Britto noxius hæreticus, qui de operibus iustitiae quām officioſiſſime & admodum plauſibiliter diſſerens, tandem in animis auditorum ſui fidutiam gratiæq; contemptum peſtiferum ſanè aculeum reliquit. Et nostro tempore inter euangelicæ prædicationis hostes, profectores Legum humanarum, neminem non audias ingeminatēm, Quis negaret scripturas? Quis non crederet eſſe deum? Iam dudum audiuiimus de Christo & redemptione eius. Semper illius nobis euangelium eſt prædicatum. Sed si interim quis facta & dicta uitæq; instituta, opinioneſ, dogmata, ritus, ceremonias, regulas, decreta, idq; genus alia norit expendat & ad scriptam dei regulam examiner distictius, Deus bone quāta rerum diſsimilitudo. Omnia enim iſtorum iuxta euangelion instituta ſunt, & à communi ueritatis uia abducunt, & nouum quodpiam uitæ genus præſcribunt, inſtituunt & defendunt. Nam ut ē multis uel unam illam Hydram monaſticam protraham, An non iſta clam in eccleſiam Christi irrepit? An nō aduersum traditionem canoniam priuatum genus uiuendi, & uerè pernicioſa ſecta eſſe ccepit? Non ergo eſt ut multis inquiramus quibus de loquutus ſit Petrus, cum iſpa res & uetus nostri ſæculi ſubinde iſta exponant clarissime. Secundum attributum ferē pertinet ad expositionem priuam. In eo enim dixerat, quod ſectas introducturi eſſent pernicioſas. In hoc ostendit quo potiſſi redēptionis. nūm nomine ſint pernicioſæ. Hoc potiſſimum quod iſtis dominum abnegant. Græca penē euidentiora ſunt, οὐδὲ γοργὸν τὸν θεόν προσέχουσι, id eſt, Et qui ſe merca- tūs eſt dominū negantes. Significat autem iſtos non omnino negaturos eſſe Christum, ſed ea potiſſimum parte qua ſalutaris eſt. Valentinus enim non omnino negauit Christum, ſed ea parte qua hostia ſalutaris eſt pro peccatis mundi, Incarnationem enim negauit. Arrius uero diuinitatem Christi poſuit in dubium, ſecundum quam dominus noster panis eſt uitæ. Iam & Pelagius ea duntaxat parte Christum qua nos liberauit, negauit. Si enim ex operibus eſt iustitia, Christus fruſtra mortuus eſt. Et monachica pontificiaq; religio tantum non adorat nomen Christi, ſed ſi ritus decreta & cōmenta illorum expendas, dices nil unquam uirtuti passionis dominice magis ſuiffe aduersum. Si enim unica hostia peccata noſtra expiauit Christus, ſi ſemel oblatus, amplius non offertur: ſi hoc illi credunt, quid Christum offerunt quotidie? Si ſolus ille mediator, ſatisfactio, ſalus, intercessor & uita eſt, quid iſti tot fingunt intercessores ſatisfactionis & iustitiae modos? Sed hoc illud iſpum eſt quod Petrus dixit, Negabunt Christū, ſed ea maxime parte

qua redemit. Et redemptionis gloriā alijs tribuisse, & non uni Christo, est negasse Christum. Pudet me hoc loco recensere condonationum modos, Bullarū sive Diplomatū artes, & alias huius generis impostrices blasphemias. Petrus certum & celerem istis impostoribus minatur exitium, dicens, Accersentes sibi ipsi celerem interitum. Quæ sententia allusionem habet ad superiorem. Superius enim dixit, Subintroducent sectas pernicioſas: hic addit, Sed his sibi ipsi celerem accersent perniciem. Arrius enim cacado expiravit. Misere & insperato interiere & alia hæreticorum monstra. Haud diu præfuit Machometus. Paucissimos annos imperitat in hunc usq; diem Pontifices Romani. Verum ego hanc Petri sententiā malim de vindicta domini exponere, quam illi in suum sibi caput consciēt doctrinā & uita impia. De pena seductorū ipse Petrus paulo post pluribus ager. His addit, Et pleriq; sequentur illorum exitia. Testantur enim historiæ quā multos semper habuerint uasanię suę sectatores hæretici Valentinus, Martion, Arrius, Donatus, Pelagius. Testatur & nostra tempora quo habeat cultores Machomet & Papa. Caussam indicauit apud Ioannem Christus, dicens, Si de mundo fuissetis, mundus quod suum est diligenter, sed ego selegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Porro illud in primis obseruandum est quod istorum religionem non uocauit fidem uel uitæ institutum, sed exitium. Nam istorum dogmatis hæfisse aliud non est quā se in interitum demersisse. Solus enim Christus est uia, ueritas & uita. Nemo autē miretur hodie si uideat maxima quæc regna & magnam hominum partem repugnare euāngelio. Id enim futurum prædixerunt prophetæ. Tertium attributum est quod uiam ueritatis blasphemabunt. Porro non est nisi unica ueritatis uia, illa nimurum quam nobis in scriptis canoniciis per Christum ad celos ostendit cœlestis pater, simplex quidem illa expōta & in arctum compressa. Hanc illi incessunt conuicti, dicentes: Non omnia quæ ad salutem consequendā necessaria sunt, expressa esse canoniciis literis. Apostolos enim nec omnia scisse nec omnia omnibus tradidisse. Scripturas sanctas esse obscuras, & aliquibus in caassis steriles satis, & proinde constitutiones quasdam esse necessarias, eas quas ipsi considerint, unde id protinus accusant hæreticos quod ipsis repugnarit, tametsi ē sacris petitiū sit literis. Istud uero est uiam ueritatis blasphemare. Quartum attributū ira sibi peculiare tenent Pontificij, ut nullos hic patientur corriuales. Ex auaritia, ait, factijs siue conficijs uerbis de uobis negotiabuntur. Id est, Neglecta ueritatis doctrina figura quædam ex auaritia comminiscetur, & hæc docentes nihil aliud spectabunt quā ut ex uobis sibi quā plurimum auferant lucri. Quis uero negare ausit Romanis Chananais, hoc est mercatoribus haec tenus omnia religionis fuisse uenalia? Religio sane illis nil aliud quā quæstus haberi coepit. Non satis putabant esse si uiuos indulgentijs, uotis, Missis, donis, peregrinationibus, cultu diuorum, confessionibus, & id genus alijs nūgis deprædarentur, nisi & à mortuis tributum exigerent. Sed nemo uerbis queat assequi quanta impudentia isti sacra & prophana, auaritia sua inexplibili corruerint. Et cum tales sint hunc Petri locum de nobis exponunt, qui tamen sola canonica scriptura contenti, nullas insuper sectas subintroduximus, & mysteriū incarnationis ita ueneramus & colimus solum, ut cætera præ hoc omnia contemnamus, unde & paucos habemus nostræ doctrinæ sectatores synceros. Viam ueritatis nullus nostrum blasphemat, humana duntaxat figmenta execramur. Quin & uictū & amictum habētes ijs contenti sumus. Pauperibus docemus offerendum esse si quis deo gratum munus offerre uelit. Nec ullas profitemur deglubendi artes, neq; ulla didicimus uerba fictitia, quibus simpliciori bus pecuniam extorqueamus. In nostrum ergo caput congerunt impudentes cuius ipsi se se reos esse negare non possunt.

quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio illorum non dormitat. Nam si deus angelis qui peccauerant non pepercit, sed catenis noctis in tartarum præcipitatos tradidit seruandos in iudicium. Et priſco mundo non pepercit, sed octauum iustitiae præconem Noë seruauit, diluvio in mundum impiorum inducto.

Iam

Lata est uia
que dicit ad in-
teritum.
Ioan. 15.

Veritatē bla-
phemant.

Auaritia,

Philip. 34

Iam differit de iudicio & iusta poena pseudoprophetarū, qui felici rerum successu elati *Male perdetur* sanctos persequuntur & opprimunt, putantes in gloria & uoluptatibus ueram consiste falso doctores. re beatitudinem, neq; unquam futurum ut de ipsis commerita supplitia sumat deus. Sed Petrus, Nemo, ait, credat istos perpetuo uituros impunes. Nemo seducatur à falsa ipsorum felicitate, quod hic ditescunt & suauiter uiuunt. Haud diu fruentur hac usura falsæ felicitatis. Hæc si legerent & crederent multi non audiremus quotidie tot blasphemias uoces; Nisi religio istorum esset uera, haud illis tot obtingerent bona. Obtingunt sane illis bona temporaria multa, sed saginantur his ad mactationem & interitum. Certò enim iudicabit ipsos deus. Id ne cui esset dubium exempla siue argumenta quædam subiicit ex sacris, quibus astruat falsos istos doctores diuino iudicio esse puniendos. Iudicium uero usurpamus ad morem Hebraicum pro poena et iusto supplicio. Primum argumentum ab exemplo sumptum per collationem à maiori ad minus est aptatum. Si angelis non pepercit, ne pseudoprophetis quidem parcer. Defectua enim ac truncata loquutio sic erit adiecto membro sarcienda. Hic uero amplificat horrendum supplicium quod deus de angelis sumpsit, ut & pseudoprophetis incutiat terrorē. Atq; hic locus est propter quem nonnulli forsan de hac dubitarunt epistola, quod nullibi in sacris reperiatur expressum quod hic citatur de angelis. Cæterum uidentur ipsa ex quarto capite Iob esse transcripta, ubi ad hunc modum legimus, Nunquid homo dei comparatione iustificabitur aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundatum consumunt uelut à tinea? Plura nos de iudicio dei quod sibi reseruauit curiosius disputare nolumus, eo contenti quod disertis uerbis scriptura Dæmones refert in tartarum precipitos æternum expectare iudicium quo unà cum omnibus seductoris & seductis æternum doleant & excrucientur. Secundum argumentum à primo nihil differt. Sumptum est ex Genesi septimo cap. habet autem hunc sensum, Si ueteri illi sæculo non pepercit quod seductum esset & seductores haberet plurimos, certe nec impijs istis doctoribus, & seductis per ipsis parcer. Iam & prius sæculum satis mature *Noe preco iumentuerat* per Noë iustitiae diuinæ præconem, & nunc satis tempestive monet per apostolos & apostolicos tiros, qui si contemnantur, supplicium certò sumetur de contemptoribus. Olim Noë octauus est seruatus (quam loquitionem probe reddidit Germanus interpres selbachtet.) Sic sanctorum numerus tametsi semper sit exiguis futurus, seruabitur à scabie hæreticorum & supplicio quod de seductoribus & seductis sumet deus.

Et ciuitates Sodomorum & Gomorrhæ in cinerem redactas subuersione condemnauit, eosq; fecit exemplum ihs qui impie forent acturi: & iustum Loth oppressum ab impudica conuersatione abominandorum hominum liberauit. Is enim oculis & auribus iustus, cum habaret inter illos quotidie animam iustum iniquis illorum factis excrucibat. Nouit dominus pios è tentatione eripere, iniustos autem in diem iudicij puniendos seruare.

Et hoc argumentum à superioribus nihil discrepat. Eodem enim refertur & eodem Liberantur à modo aptatur quo & superiora, nisi quod in hoc quædam sunt apertiora. Principio e- *domino pij,* nim excidium Sodomæ publicum uocat exemplū, et Sodomitas in exemplum omnium impiorum esse subuersos, nimis quod et ipsis non sit parsurus deus iustus si in impieitate perrexerint. Deinde copiosius & planius hic loquitur de liberatione piorum. Quæ enim superius in exemplo Noë cooperat inabsolutiora & tertiiora fuerunt. Hic uero multis agit, quomodo Loth à nepharijs oppressus, indies coactus sit uidere q; nollet. Quo ex loco illud quoq; liquido colligere licet, istud quidem typo esse gestū. Nam hodie multi quoq; uiri boni in ecclesia audire & uidere coguntur ab impostoribus ac seductoribus quod doleat. Sed liberauit uirum bonum dominus, poterit ergo uel hodie pios omnes

liberare. Erasmus monuit hunc locum paulò esse obscuriorem. Eum de uerbo ad uerbum ita transtulit, Aspectu enim & auditu iustus inhabitas inter illos, quotidie animam iustum iniquis operibus excruciat sive explorabat. Significat autem Petrus illum cum oculos haberet sanctos & aures sanctas abhorrentes ab omni turpitudine grauiter dis- cruciatum fuisse, quod iuvens inter illos cogeretur quotidie uidere & audire que nollet. Idem in Paraphraſi. Ex his satis declaratum est, ait, nunquam committere deum ut cui- quam sua innocētia fit fruſtra, aut ut cuiquam sua impietas fit impunita, etiamſi ad tem- pus leniter fert aliquos, ut aliquando refiſcant, etiamſi patitur ſuos ad tempus aliquan- do tentari, tamen cum tempus adeſt nouit pios eripere. Iam enim ſequitur generalis ſen- tentia ſive Gnoſe quæpiam, Nouit dominus pios ē tentatione eripere, iniuſtos autem in diem iudicij puniendos ſeruare. Atqui miram emphaſim habet uerbum Nouit. Cum enim ſapiens iustus & bonus fit deus, nouit quid, quando & quomodo quidlibet fit fa- ciendum. Ne ergo putemus quod iuſtorū fit obliuſit ſi uideamus regnare impios. No- uit dominus iustus quid cuiq; debeat, quantum cuiq; confeſſum, quo uſcę quicq; pro- gredi peruenirecę debeat. Quocirca cum ad terminos uentum fuerit præſcriptos & illo- rum libidini & intolerandæ ſuperbiæ, ambitioni, avaritiæ & crudelitati imponetur mo- dus, & afferentur in libertatem filiorum dei omnes pī, quin & rerum uertentur uices. Nam impīj æternis ſupplicijs excruciatunt, pī uero æternis uoluptatibus ad ſatieta- tem fruentur. Hæc expendite diligentius ô fratres, qui nobiſcum gemitis & corruptum adeoq; deploratum illud ſæculum noſtrum lugetis. Videntur ſanè appetiſſe dies Noë & Loth, de quibus etiam in Euangeliō dominus. Cauemus ergo ne mundanis deluſi illecebris inuoluamur ſimil cum deluſoribus & hypocritis, ſed uigilemus potius solidi- fide, ut poſſimus ſtare ante dominum,

maxime uero illos qui carnem ſequentes in concupiſcentia pollutio- nis ambulant, ac dominationem contemnunt, audaceſ, præfracti, qui gloria præcellentis non uerentur conuiijs incessere: cum ipſi angeli, qui ſunt robore & uirtute maiores non ferunt aduersus ſeſe apud do- minum maledicuum iudicium.

Stupra nefan-
da.

Redit nunc ad descriptionem pseudoprophetarum. Deflebit autem oratione in cri- minationem. Miro enim feruore perſequitur illos. Hic duo illis impingit, immuditiam ſive ſcortationem & contemptum ſancti magistratus. Cæterum orationem pulchre ſibi neſtit. Dixerat de Sodomitarū libidinosa & nefaria conuertatione, quam tandem igne & ſulphure exciderit dominus: commodum ergo nunc ingerit, Puniet itaq; & illos po- tissimum qui nihil quam carnis uoluptates ſequentes, in concupiſcentia pollutionis am- bulant, hoc eſt, Qui ſeſe fecdiſ libidinibus oblectant, imò totos ſeſe hoc ceno imme- gunt & conſpurcant. Atq; hic niſi castis parcerem auribus annotarem quid nobis uota pepererint monaſtica, & fictus ille ſacerdotū cœlibatus. Verum ipſa res clamitar, ipſaç̄ teſtantur ſæcula noſtra, quod ab apostolicis iſtis, ſi dijs placet, uiris, totum illud fit, quod Petrus prædixerat futurum. Nam ab iſtis ſacrosanctum damnatur matrimonium, ſcor- ratio uero & omnis generis libido & immunditia defenditur. Eos enim diſis excruicat tormentis, qui ne ſcediſ urantur, coniugio ſe dedunt: at iſtos qui quod uouerunt præ- ſtare non poſſunt & impudentius quam canes per omnia libidinis adulterij ſtuprorum & ſcortationis genera grassantur, in delicijs fouent, honoribus augent, & ex ecclesiasti- cis bonis lautifime nutriunt, ut nunc hic ſi uſpiam exclamare liceat, O tempora, ô mo- res. Posterius quod in illis accuſat eſt contemptus magistratus. Iſti, ait, non modo impu- ri ſunt, ſed etiam audaceſ & zvθd̄eḡ præfracti & intractabiles. Nam auſtioritate publi- ca præditos non modo contemnunt, ſed & conuiijs incessunt. Id uitij iam per collatio- nem amplificat, Angeli qui hominibus multo fortiores & maiores ſunt, cum nuncio- rum uice funguntur, coram deo magistrati non impingunt maledicuum iudicium, id eſt crimen audaciſ; at hi tantam ſibi auſtioritatem, imò impudentiā ſumunt ut uel opti- mos

Dominationem
contemnunt.

**mos principes execrentur, excommunicent, dirisq; deuoueant. Sunt qui de malis expo-
nant angelis. Iam uero quid cum optimis principibus egerint Pontifices Romani testan-
tur historiæ: rursus quomodo asseclæ istius sese sanctis principum edictis legibus & or-
dinationi ciuili subduxerint, quomodo blasphemet uel hodie totam magistratus insi-
tutionem, testantur Decretales, Bullæ, & quotidianæ experientiæ. Porro nihil peccant
qui principibus malis peccata, socordiam, uenale iudicium, luxum, negleciūm iustitiae
& contemptum legum opprobtant, hoc enim facilitarunt & prophetæ, fecit hoc ipsum
& Baptista: sed peccant qui uel magistratus functionē ut impiam damnant, id quod Ca-
tabaptistæ uerissimi pseudoprophetæ solent, & qui magistratus legibus æquis non ob-
temperant, ijs sese eximunt, easq; contemnunt, id quod Pontificij omnes penè faciunt.**

At isti ueluti bruta animantia, natura genita in capturam & in perniciem, in his quæ non intelligunt maledicentes in perditione sua peribunt, reportantes mercedem iniustitiae,

Alij referunt ad superiora, ut hæc illa absoluant. Paraphrastes enim, At isti spiritibus, inquit, impijs sceleratores, ceu bruta pecora, nata in hoc ipsum ut capiantur & perdan-
tur, cum non uereantur præfectis suis obtrectare ac maledicere, ignorantes interim illud
ipsum cuius gratia de illis maledicunt, quemadmodum corruptis suis moribus accersunt
fibi perniciem, ita pecudum ritu peribunt, percipientes impiæ uitæ dignam mercedem.
Cæterū uideri poterat noui criminis noua esse accusatio, ut crudelitatem istorum quam Crudelitas,
exercent in pios notarit. Leonibus enim, pantheris & lupis natura ad rapiendum & sa-
uiendum pronis illos comparauit. Nesciunt bruta cur saeuiant in prostratos, iram & ap-
petitum sequuntur magistros. Nesciunt & tyranni nostri cur nos persequantur. Nam
quod doctrinam ueritatis calumniantur & hanc in culpa esse aiunt imprudenter agunt.
Nam illam nunquam intellexerunt. Proinde & sanctos dei ita persequuntur ut non ha-
beant in eos ullam causam. Verum istud quidem non facient impune. Nam ut pecudum
ferarumque ritu saeuierunt, ita more insanientium lupo rum occidentur: & ut iniustitia
studuerunt, ita iniustitiae mercedem, interitum uidelicet æternum, recipient. Ita uidemus
Petrum ubique supplicia intentare prophanis.

pro uoluptate ducentes si in diem delicijs fruantur , labes ac maculæ, qui conuiuantes in erroribus suis, insultant uobis, oculos habentes plenos adulteræ.

Luxum uitæ notat. Iste, inquit, sibi uidentur lumina esse ecclesiæ, sed re uera ~~ad~~ Luxus uitæ.
mūmoi, id est labes & inquinamenta sunt, wist vnd vnf lädt, quorū merito puderet pigeretq; ecclesia. Caussa, Existimant suauem ac magnificam uereçp; beatam esse uitam, si prorsus exuto omni pudore, fœdis uoluptatibus indiges indulgeant. Erroribus autem & impo-
sturis acquirunt ac lucrantur hoc quod tam turpiter absumūt. Petrus ergo, Conuiuan-
tes, ait, in erroribus suis. Nec hoc solum, uerum etiam summe aliâs miseris insultant pe-
tulantius, uelut insanis, qui presentis uitæ commodis non fruantur. Et cum nunquam
non madeant uino & crapula disteti sint, libidine quoq; fœda ardent. Quocirca Petrus
subdit, Oculos habentes plenos adulteræ: id quod multo uiuidius est quam si dixisset,
Libidinosi sunt. Nunc enim comparauit illos adulteræ mulieri procaci & lasciuienti,
proinde lasciuos & prorsus impudentes illos fore significauit. Atq; hisce quidem tam
assabre & tam scite molliculam istam prælatorum nostrorum & procerum ecclesiastico-
rum turbam delineauit, ut non uideatur uaticinium texuisse, sed rem gestam descripsisse.
Isti enim uentrem pro deo colunt, in delicijs agunt, hypocriti & superstitione lucran-
tur quod abliguriant, seductis insultat. Quis enim nescit quod pecunijs per religionem
falsam e nobis emuntis nos indies oppugnant? Quis deniq; nescit quod Romanen-
ses, miseris Germanos ut beluas & stupidi ingenij homines contemnunt? Dum enim
aliquid sperant se accepturos clamant, Alman bon Christian: at ubi peram euacuaris,
grandis fies bestia. Delibidine stupris & adulterijs istorum satius est nihil dicere quam

pias aures offendere. Breuiter caret ferè exemplo quod istis hac in re uidetur esse leuiculum & parui momenti.

& qui à peccando cessare nesciant, inescantes animas instabiles, cor habentes exercitatum rapinis, execrables filij, qui relicta recta uia, aber rauerunt, sequuti uiam Balaam filij Bosor, qui mercedem iniquitatis dí lexit, sed redargutus fuit de sua iniuritate. Animal subiugale mutum, humana uoce loquens prohibuit prophetæ dementiam.

In his primo accusat mentem in istis pœnitere nesciam adeoç & in peccatis indurata. Deinde damnat in illis hoc potissimum, quod non satis habebant quod ipsi essent mali, nisi & alios si qui essent paulò leuiores in consortium luxuriæ pertraxissent. Id ue-
ro flagitij in sacris passim damnatur grauissime: & nostris illis tam est peculiare ut pau-
cos habeant amicos quos non ista ratione sibi astrinxerint. Habet autem dictio Græca
δελεξούτες, inescantes, allusionem ad aucupes qui illecebris quibusdam in rete pellicūt
aues. Sic enim isti conuiujs, munusculis & compotationibus quorundam hominum
fidem sibi astringunt. Hinc auaritiam & rapinam istorum execratur. Non enim simpli-
citer dicit, Auari ac rapaces sunt: sed, Cor habent exercitatum (*durchriben*) rapinis & im-
posturis. Iam & illud accusat quod questus gratia quidvis facturi sint, & pro muneribus
quidlibet dicturi. Id iterum auger adiecio è sacris exemplo Balaam, qui, ut extat Nume-
ri 22. capite, ob lucrum ijs maledicebat quos benedixerat deus. Id cum nostri quoç so-
leant, multo rectius se Balaam Iesi & Simonis magi successores iactarent, quam aposto-
lorum uicarios. Atq; hic iterum miscet criminationi pœnā pro more. Quemadmodum
enim dementiā auari & corrupti prophetæ olim corripuit asina: ita nunc plebei & pror
sus contempti homines successorum Balaam protrahunt imposturam. Merito autem
talis patella tali contegitur operculo. Proinde nemo posthac glorietur in errore. Deus
enim uel de ipsis potest excitare lapidibus qui errorem, impietatem & impudentiam ue-
stram protrahant, conuincant & concilcent. Verbum domini manet in æternum.

Isti sunt fontes aqua carentes, nebulæ quæ à procella ferūtur, quibus
caligo tenebrarum in æternum seruata est.

Vana doctrina. Recte comparantur falsi doctores fontibus carentibus aqua, & nebulis huc atq; illuc
uento impulsis. Nam ad fontes recreantur fitientes. Nebulæ autem fitienti terræ pluuij
spem faciunt. Ita doctores in hoc instituti sunt, ut anxiæ cōscientias uerbo ueritatis con-
solentur, & pluuija doctrinæ salubris irrigent corda mortalium. Verum cum hi docto-
res noui euangelica consolatione neglecta, nouos quosdam confinxerint condonatio-
nis modos, id apud eos inuenient fitientes quod apud fontem aqua carentem inuenias,
lutum & sordes. Dereliquerunt enim Christum fontem aquæ uiuæ & foderunt sibi ci-
sternas quæ aquas non retinent salutares: de quibus multa dominus differuit in Euan-
gelio Ioannis. Spem quidem præbebunt cōdonationis, non secus atq; nubes quæ piam
uentorum procellis iactata solet spem facere futuræ pluuiæ. Sed ut illa ne guttulam qui-
dem distillat, ita hi cum cœlesti uerbo destituti sint, fitientis peccatiç animam uana spe
lactant. Nec interim impune. Nam quemadmodum ueritatis lucem tenebris inuolue-
runt humanis, sic uicissim æterna caligo ipsos aliquando excipiet apud inferos.

Siquidē ubi uehementer fastuosa uanitatis uerba sonuerint, inescant
homines per concupiscentias carnis uoluptatibus, eos qui uere aufuge-
rant, eos qui in errore conuersantur, dum illis libertatem pollicentur
cum ipsis serui sint corruptionis. Siquidē à quo quis superatus est, huic
etiam in seruitutem est addictus.

Hicce uerbis exponit superiorem parabolam, quod impostores isti miseris multa po-
liceantur, nihil aut̄ prætent, imò magnificis pollicitationibus, ceu illecebris quibusdā in
peccata

peccata rapiant. Pollicentur, ait, peccatoribus libertatem, id est peccatorum condonationem, quam interim ipsi non habent, cum fide in Christum careant & serui sint corruptionis. Hic appendit sententiam generalem, A quo quis superatus est, cuiusque arbitrio uiuit, huic iure seruus dicitur. Eam forsan mutauit ex 8. capite Ioannis. Breuiter. Cæci sunt (inquit) cæcis ergo si uiam ostendant utriusque cadūt in foueam. Illud uero grauius est quod pollicitationibus suis non modo uana spe illudūt miseris, sed & maioris mali occasio sunt. Eos enim qui semel aufugerant scelerum turbam, pollicitationibus istis suis reuocant, ut postea confidentius in flagitiorum uia ingrediantur, freti indulgentijs illorum. Evidem nostrū illud sacerulum non nesciuit largitiones, bella, uenale iudicium, usuram, adulteriū, furtum, homicidia, iniuriam, ambitionem, luxum esse peccata mortifera, nec illa posse nisi sancta pœnitentia & sanguine Christi expiariri: in hac si constanter perrexisset aufugerat perditionem, sed uoluptas & concupiscentia carnis remorabatur, huic suppetias ferebant largæ Pontificum indulgentiae, quas cum miseri uiderent tam esse largas in eodem luto & errore confidentius hærebant. Videbant parva pecunia iustos etiam condonationum aceruos posse parari. Mirandum uero qua fronte Romani Pontifices sub nomine apostolorum Petri & Pauli istas indulgentiarum nundinas coepserint instituere, cum diuus Petrus hac epistola nobis tam amice suaserit cauendum esse ab istis impudentibus mercatoribus. Quo simul & fidem suam liberauit. Nam si quis posthac istorum credit confictis uaframentis, persuasus quod Petri autoritate ista faciant, sua culpa sciens & uolens perit.

Nam si postquam refugerunt ab inquinamentis mundi per agnitionem domini & seruatoris Iesu Christi, tamen his rursum inuoluti superantur, facta sunt illis postrema peiora primis. Satius enim fuisset illis non cognouisse uiam iustitiae, quam ubi cognoverunt, conuersti ab eo, quod illis traditum fuit, sancto præcepto. Verum accidit illis id quod uero proverbio dici solet, Canis reuersus ad suum ipsius uomitum, & sus lota, reuersa ad uolutabrum coeni.

Hæc legant qui à ueritate recidunt cognita.

Non negat hisce uerbis pœnitentiam lapsis, quod multis Nouatianica tamen labi infectis uisum fuit, sed principio hisce exponit superiora, ostendens quam grauiter peccent seductores & seducti: deinde graui oratione deterret à consuetudine peccandi, & continuo scelerum studio. Huc enim orationis ductu delapsus est, ut ad studium puritatis adhortetur, occasione accepta ab Ihs qui à seductoribus in peccata pristina reuocati impudenter in Ihs pergunta. Primum argumentum sumpsit ex historia euangelica, Matthæi capite 12. & Lucæ 11. Quibus locis pulcherrima parabola adumbratur quam pericolosum sit post ueritatem agnitam pristinis indies sordibus commaculari, adeoque ad semel abnegatam impietatem redire. Secundum argumentum collationem habet. Præstiterat illis, ait, omnino non nouisse doctrinam euangeli, quam post agnitam ueritatem, quæ docet deum fide delectari & sanctimonia, in impuritate per omnia libidinis & intemperatiæ genera grassari. Tertio loco subiungit duplēsentiam siue parceriam. Vtrique sumpsit ab immüdissimis animantibus cane & sue. Canes resorbent quod euomuerunt, id quod & Solomon citauit Proverbiorum 28. Sues ab amne protinus recurrunt ad cœnum. Ita & illi solent qui post sanctam euangeli doctrinam redeunt ad porcinā uitam. Plura de hoc diuerbio Erasmus Chiliad. 3. cent. 5. adag. 13. Quod si cui uideatur hic locus Petri de peccato in spiritum sanctum esse exponendus, non magnopere reclamarim, quod & argumenti genus hanc expositionem admittat, & certæ uideantur uerbis inesse notæ, quæ istum prope sensum indicent atque euincat. Certe multam inter se affinitatem habent pseudoprophetæ & peccatum in spiritum sanctum. Sed de his iudicent lectores.

Grauius peccat
qui sciētes pec-
cant.

Hasce iam alteras uobis charissimi scribo literas, quibus extimulo CAP. III.
per commonitionem uestram synceram mentem, ut memores sitis uer-

borum quæ prædicta sunt à sanctis prophetis, & mandati nostri qui sumus apostoli domini & seruatoris,

Præstat scripturæ tenuisse.

Iam uero canit receptui, colligens in quem finem hæc de falsis doctoribus scriperit, nimirum in hoc ut commoniti ab illis caueremus. Interim immiscet obiter unde hæc acciperit, quo plus fidei apud nos haberent. Ex prophetis em & uerbis Iesu saluatoris nostri pleracq; decerpta sunt. Nam hi de uenturis pseudoprophetis et temporibus extremis multa uaticinarunt. Petrus itaq; Scio, ait, quām synceri & alieni sitis ab omni doctrina & fide falsa, sed uolo interim ut posthac memores sitis uerborum domini Iesu prophetarum & apostolorum, quibus præmuniti in recepta ueritate possitis perseverare, ne uspiam pseudoprophetarum (quos illi uenturos sed cauendos monuerunt) blandiloqua animi uestrī corrumpantur. Hisce uero sibi commodum ad sequentia transitum struit. Nunc enim de impiis postremi sæculi moribus scribit, ut monuimus in argumento epistolæ. Habet enim hæc cauſa affinitatem cum ea quam de pseudoprophetis tractauit. Cæterum hic non puraui necessarium esse copiosius ex propheticis & euangelistarum literis differere, aut ostendere ex quibus prophetis quibuscue ē locis singula decerpserit Petrus. Nam commentarij nobis plus a quo excrescerēt. Certe Daniel & Zacharias maxime in hoc argumento p̄ cæteris uersati sunt. Nostrum fuerit eorū probe meminisse quæ isti nobis bona fide tradiderunt, & quorum summarium quodpiam in præsentiarum contexuit Petrus.

illud primum scientes, uenturos in extremis diebus illusores, qui iuxta proprias concupiscentias ambulent & dicant, Vbi est pollicitatio aduentus eius? Siquidem ex quo die patres dormierunt omnia sic permanent ut ab initio conditionis erant.

De illusoribus postremi temporis.

Diligenter describit quales impi illi postremi sæculi futuri sint, & qualia eorum con filia, quales sermones. Principio illusores uocat, non tam quod illis uerbum domini merus videatur lusus, q; quod instructi sunt præstigiis & imposturis, quibus fallunt incavatores & non omni parte adhærentes uerbo domini. Hebræi eiusmodi genus hominum θαύματα appellant. Deinde iuxta proprias, ait, concupiscentias ambulant. Id quod ex priori enascitur. Quibus enim uerbum domini & res diuinæ lusus sunt, ijs & uoluptas prout, & libido pro ratione est. Ut enim pro animi sui turpissimi cupiditatibus turpiter uiuunt, gulam sectantur, & genio duntaxat indulgent, ita etiam pro libidine sua docent & dicunt, quod cōgruit prostitutæ uitæ & moribus turpissimis. Iam ergo quid dicturi sint per mimesim indicat, Vbi (inquiunt) est pollicitatio aduentus eius? Nasum uero habet oratio omni parte audax & confidens. Abnegat enim & deum & iustitiam eius, & mortuorum resurrectionem, & diuinum præmium, idq; summo cum contemptu & risu. Qui enim iudicium abnegat, is & mortuorum resurrectionem & diuinum præmium abnegat, adeoq; deum ipsum. Si enim deus est, iustus est. At iniustus esset, si non esset futurum iudicium & præmium tam prius quām impiis pro ratione operum, fidei & perfidiae cuilibet paratum. Additur & aliud per eandem mimesim, quo impie satis impiam prodant mentem. Mortui (inquiunt) sunt patres nostri, nec quisquam interim illorum reuixit aut rediit à mortuis qui nunciaret aliam præter hanc superesse uitam: nec quicquam in orbe à constitutione eius ad hunc usq; diem innouatum est, eadem semper orbis facies, idem semper nascentium & morientium uices, proinde cum hæc ita habeant cur expectarem uel iudicium ullum, uel ullam mortuorū resurrectionem? Agè uiuamus hic dum uiuere conceditur. Istæ quidem Pfafforum minæ sunt & terriculamēta, quibus nos uel decipere, uel tyrannidi suæ nituntur subiugare. Deus non curat nos, nec ullum nobis facessit negotiū, edamus ergo & bibamus, cras enim moriemur. Tales sunt & nostrū quorundā porcorum uerius q; hominum blasphemæ uoces, Quid nobis indies de fide, sanctimonia, iudicio, immortalitate inueteratam occinitis cantilenam? iam olim istorū nos piguit; agè de uoluptatibus, poculis & lepidis puellis differamus. Quid enim auscipi

Ieremij 44.

auspiciati nobis inuexit illa nupera religio? Olim dum scortaremur, potaremus & principum sectaremur stipendia, ad uotum succedebant omnia: at nūc cum isti obstreperi grāculi nobis quædam de spernendo mundo, de amplectenda fide euangelica intonant, ad uersa habemus omnia: præstat igitur nouam istam doctrinam de euangelio contemne-re & pristinum uitæ institutum sectari & lætari. Sed quid ad ista responderet Petrus?

Illud uero uolentes nesciunt, quod coeli iam olim fuerint ac terra ex aqua & per aquam consistentes dei sermone, per quæ is qui tum erat mundus aqua inūdatus perijt. At nunc qui sunt coeli & terra, eiusdem sermone repositi sunt, & seruantur igni, in diem iudicij & perditionis impiorum hominum.

Illi, ait, dicunt se nescire ullam rerum mutationem, res hominum eodem semper loco Semper puniuit eademq; fortuna constitisse, sed illud interim nesciunt, imò nescire uolunt, quod totus deus impios. fatetur orbis, illud nempe quod idem ille deus semel diluvio in orbem missō totum abo leuit: maxime quod tum quoq; impij essent qui iudicium dei contemnerent, & prorsus illud ipsum facerent quod hic de illis oribus audiuimus. Ex eo autem facile licet collige-re quod diuina iustitia non omnibus dormierit semper, sed de omnium sacerdotiorum im-pijs semper sumperit supplicium. Huic iam pulchre necit propositionem instituti sui, deum iudicaturum pios & impios ipsumq; sacerdolum per ignem. Olim aqua immissa ter ram purgauit à sordibus. Coeli haec tenus perseverarunt, sed & ipsi ad extremū diem pur-gabuntur igne, cum per ignē perdentur impij, sicut olim perierunt per aquam. Viden-tur autem hæc sumpta esse ex Iсаіæ cap. 65. Porro quod in priori membro terræ memini-t, quod illa ex aqua & per aquam sermone dei sue uirtute diuina consistat, allusit ad 1. cap. Gene. ubi legimus, quod aquæ terram ex parte nudarint quam prius contexerant, magna simulaquarum ui in sublimi pendente.

Vnum autem hoc ne lateat uos, dilecti, quod unus dies apud domi-num, perinde est ut mille anni, & mille anni ut dies unus. Haud tardat dominus qui promisit, quemadmodū nonnulli tarditatem existimant: uerum patiens est erga nos, dum non uult ullos perdere, sed omnes ad pœnitentiam recipere.

Dicat iam quis, Quando uero ueniet? Diu iam expectata est illa iudicij dies. Hunc De tempore uina & prophetæ priores minati sunt peccatoribus. Responde Petrus, Cum semel constet dicta. diem illum certo uenturum, non refert admodum serius an maturius ueniat. Rectissime enim loquitur Paraphrastes, Nobis pro animo nostro quædā longa uidentur quædam breuia: at De nihil est, neq; breue neq; longum. In suis promissis non sequitur cupidita tem nostram, sed suum æternum & immutabile consilium. Utitur autem sententia Mo-fis quæ extat in Psalmo 89, quæ mire huc quadrat, est autem huiusmodi, Tu domine redigis hominem in puluerem, & contra dicas, Redite in integrum filij hominum. Quia mille anni ante te sunt, sicut dies hesterna quæ præterijt, & excubia nocturnæ. Te illos dissipante somnus fiunt, ac subito sicut scenū mutantur. Scenū mane floret & crescit, uespere incisum arescit. Sic te irato consumimur & in furore tuo deturbamur, &c. Ex quibus uerbis facile colligere licet quod non tam in hoc produxerit istud testimonium Petrus, ut expectationem leniret & tedium moræ discuteret pñs, q; ut præsentissimā im-pijs pœnam impēdere ostenderet. Quod ergo iudicij diem procrastinat dominus, quod pœnam differt diutius, nemo ita interpretetur (inquit Petrus) quasi ipse dominus nun quam sit uel iudicaturus orbem, uel puniturus impios, sed propterea spatium præscribit longius, ut peccatores inuitet ad pœnitentiam. Vnde & Paulus ad Romanos 2. Cur diuitias bonitatis & lenitatis dei contemnis? ignorans quod longanimitas dei te inuitat ad pœnitentiam. Hæc obsecro expendamus diligentius ô fratres, ne uspiam per im-patientiam murmuremus contra dominum aut impingamus. Si tardior uidebitur

uindex nostri dominus, si benignior & lenior erga hostes nostros, meminerimus quod deus non modo deus ultior, sed & deus longanimes sit, qui neminem temere opprimit, sed cuilibet spatiū penitendi concedit. Iam si ille hostis noster peniteat, condonanda illi noxa, ut aliás, & gaudendum nobis propter ouem restitutam. Porro si ille lenitate dei abutitur, certus sis quod diuina vindicta tarditatē supplicij grauitate compēsabit. Certissimum enim illud Germanum prouerbium, *Lang gebeittet ist mit geschenkt.*

*eoīēndōp sono
re et magno cū
impetu.* Veniet autē dies domini sicut fur in nocte, quo cœli procellæ in rem transibunt, elementa uero præ æstu soluentur, terraq; & quæ in ea sunt opera, exurentur.

Tale er illud, Stelle de cœlo carent. Planis iam sed horrendis uerbis describit futuram iudicij diem. Inexpectatus, ait, ade rit dies illa. Dum enim dixerint, Pax & securitas, repentinus illis incumber interitus: nec aliter obrepit illa dies mortalibus, q; fur nocturnus obrepit dormientibus. Id quod & Christus prædictum futurum Matthæi 24. & Paulus 1. ad Thessalon. 5. Iam quæ sequuntur hypotyposis sunt futuræ diei, & declarant nobis hyperbola quadam adeoq; & propopcea quanto terrore consternandi & quam diris supplicijs impij sint astigiendi. Quod si quis simplicissime iuxta literam interpretetur, id quod magis mihi probatur, habet Augustinum uirum in scripturis sacris maximum de hoc loco doctissime disputationem libro de Ciuitate dei 20. cap. 18. Et hactenus quidē probauit deum iudicaturum orbem & puniturum impios, aduersus impiam illorum opinionem.

Cum igitur hæc omnia soluantur, quales oportet esse uos in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & accelerantes ad aduentum diei dei, per quem cœli incensi soluentur, & elementa æstuantia liquescēt. Sed cœlos nouos ac terram nouam iuxta promissum illius expectamus in quibus iustitia inhabitat.

Sanctimonia. Deflexu quodam defertur ad innocentiam, ad quam elegantibus argumentishortatur, ut tandem in optatum seratur possum. Primum desumptū est ex re præsenti & apta tum per collationem. Si, inquit, elementa per ignem expurganda sunt, quæ tamen nihil peccarunt, quantopere nobis annitendum, ut puri uitæq; innocentia præclarri inueniamur in die illo. Atq; hoc quidem ipse beatorum locus flagitat. Noui enim cœli paratur iustis, iustitiae ergo studendum ijs qui noui cœli uelint esse incolæ. De cœlo hoc nouo & terra noua legere est apud Isaiam in 65, & Augustinum libro de Ciuitate 20. cap. 15. Iustitiam per heterosim posuit pro iustis.

Quapropter dilecti hæc expectantes, date operam ut immaculati & incontaminati ab illo reperiāmini in pace, dominiq; nostri patientiam salutem arbitremini, quemadmodum & dilectus frater noster Paulus, iuxta sibi datam sapientiam scripsit uobis etiam in omnibus ferè epistolis loquens de his, inter quæ sunt nonnulla difficultia intellectu, quæ indocti parumq; firmi detorquent, sicut & cæteras scripturas ad suā ipso rum perniciem.

Illatio est ad superiora. Est enim sensus, Cum ergo rem expectetis tantam, præstat ut iudicium hoc tam rigidum semper præ oculis habentes, ita posthac uiuatis, ut ueniens dominus inueniat uos paratos. Quod si tardius uenerit, nihil aliud cogitate, q; quod mortalia commenda Epistole D. Pauli trahtatur propter peccatores quos saluare cupit dominus. Atq; hic Pauli simul epistles commendat fidelibus. Tametsi enim apostolis ex æquo collatus esset spiritus sanctus, non tamen quisquam eorum alterius monimenta contempfit. Daniel ille defideriorum uir quo non fuit sapientior alter, orationes prophetarum, Ieremiæ in primis, legere solebat. Arrogantiae ergo & superbiæ spiritu aguntur, qui optimorum uirorum optimos libros lectione dignantur, nec quicquam approbant nisi quod scripserint ipsi. Colligimus

Colligimus hinc quoq; quod similis & constans adeoçp & una omnibus fuerit apostoli ratio prædicandi euangeli. Interim uero monet ut epistolas Pauli legamus animo fideli ac uigilanti. Esse enim in ihs difficultia quædam, sed ihs qui in fide indocti & in reli- Scripturæ diffi-
gione parum sunt exercitati & firmi. Nam hi non tantum scripta Pauli, sed omnes alias ciles, sed corru-
scripturas detorquent ad suam ipsorum perniciem. Id enim his usuuenit quod araneæ ptis.
dulcem succum floris sugenti. Quia etenim uenenata est omne quod imbibit protinus
uertitur in uenenum noxiū. Sic cum illi mente corrupti sint omne etiam quod legunt
prauis affectibus deprauant. Rectissime ergo monuit Hilarius, sensum scripturis nō esse
inferendum, sed è scripturis petendum.

Vos igitur dilecti, posteaquam præmoniti estis, cauete ne simul cum
alijs nefariorum errore abducti, excidatis à propria stabilitate, sed cre-
scite in gratia & cognitione domini nostri & seruatoris Iesu Christi.
Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis, Amen.

Hac clausula totam concludit epistolam, & in hac mira breuitate omnia penè cōstrin- Conclusio.
git quæcunq; fusius in tota epistola tractauit. Abunde, inquit, præmoniti estis, didicistis
quæ uera sit religio, didicistis quæ falsa, & quod ingenium seductorum & illusorum, re-
stat ergo ut firmiter in coepita ueritate perseueretis, & ab artibus impostorum uobis ca-
ueatis diligētissime, crescatis autem in gratia & cognitione domini Iesu, Cui soli gloria
in æternum, Amen.

Si uero nūc præstiti quod in operis initio pollicitus sum Christiane Lector, gaudeo:
si minus, ueniam mereor, ut qui tibi prodesse uolui. Dandū est etiam breuitati tempore
non nihil, qua oppressus uix relegere nō iam dicam reuidere & expolire licebat quod
iamiam effuderam. Sed quid multis opus? eloquentiæ non studui, simplici quadam ra-
tione tibi sensum Petri aperire uolui. Tuum igitur erit opera nostra bene uti, & quod be-
ne & pie dictū uideris, bene & pie uiuendo exprimere. Beati enim pronūciantur à Chri-
sto domino, qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud.

F I N I S.

GG

IN EPISTOLAM IO-

ANNIS APOSTOLI ET EVANGELI
STAE CANONICAM COMMENTARIOVS.

AD PIVM LECTOREM H. BVLLIN GERI PRAEFATIO.



Vi uere cupis, Lector, uera ac uiua Christi philosophia imbui, huc accede. Siue enim spectes illud Plauti, Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decē: siue hoc Socratis, Pluris est a ritus testis, quā oculati decē: habes hic testē, fidei probatissimā, dilectum Iesu discipulum Ioannem, tonitruī filium, qui in cœna illa mystica pectori Dñico admotus, diuina mysteria exactissime & plenissime hausit. A quo nobis, ita disponente dei bonitate, erudita hæc & sanctissima emanauit epistola, præcipuum Noui testamenti decus: in qua brenitate mirifica & absolutissima, euidentius & perspicacius de pietate Christiana differuit, quam omnes aliás omnium sapientissimorum hominum copiosissimi commentarij. In hanc ego paucula hæc commentatus, uolui eruditiores provocare, ut ipsi proferant meliora: candidatos uero & rudiores iuuare, ut expeditius in sacris agant. Quod si ipse in locis difficilioribus aberro, ueniam precor. Nihil enim temere adsero, sed ita proprie tate uolo, ut iudicium sit apud sedentes. Ideoq; meliora doctus, labens & uolens cedā. Non contemno spiritum sanctum in Apostolo dicentem: Spiritus prophetarum prophetis subiçuntur. Cæterum si sensero præexcercitamenta hæc nostra pijs placere lectoribus, dabo et in Epistolā Pauli ad Hebræos expositionem. Tu interim orabis dominum pro me ac Tigurina nostra ecclesia. Mense Martio Anno 1532.

1. Corin. 4.

ARGUMENTVM EPISTOLÆ.

Status.

Deliberatiū generis est Epistola. Nam hortatur credentes, ut puritate uitæ & charitate fraterna, Christum exprimant. Initio autem totum Christi negotiū paucis proponit. Deinde ne quis ex re demptione Christi peccandi sibi (id quod pleriq; tum quoq; solebant) arriperent licentiam, docet fidem in Christum cōgenitam sibi habere puritatē uitæ: ad cuius amorem & studium uehementissime inflamat. Cæterum erant qui currentes in via domini remorarentur heretici & homines maligni: hos ergo fugiendo suadet, ut Antichristos, & annunciatæ ueritati indiuise herendum. Mox reddit, & iterum ad puritatē uitæ animat. A qua deinde ad charitatem transit, adhortans, ut hac fratibus sincere seruiamus, & re ipsa, non uerbis diligamus. Hic uero interserit quædam de probandis spiritibus: reddit ad charitatem: & fidei uii fideliter excussa, pulchre claudit Epistolam. Fidei enim in superioribus quatuor capitibus, sepe meminerat: unde pro more apostolico, diligentius ea retractanda erat.

Occasio.

Hicce itaq; oppugnauit, & ueluti ex obliquo subruit cum Hebionica & Cerinthiana phalange, pseudochristianos etiam omnes: quorum illi Christum penitus abnegabant, hi uero uerbis, imo loquacitate futili Christum quidem confitebantur, uita autem referebant cacodæmonem. Isti præterea Ioanni ansam scribendi præbuisse uidetur: quanquam pia senis cura & Christianæ plebis amor p̄iissimum Apostoli animum, proculdubio ad scriendum uel maxime impulerunt.

Uſus.

Epistola est nostris temporibus accommodatissima, quippe que homines protulere quorum alij diuinitatem Christi in dubium ponunt, alij uero humanitatem ignorant, & alij rursus sint qui pietatem metiantur uel humanis commentis, uel ceremonijs, uel suauibus & expolitis de Christiana religione uerbis. Isti autem omnes hac epistola discunt, Christum Iesum uerum esse deum & hominem. Discunt Christum Iesum unicum & aeternam esse orbis salutem. Discunt ueram religionem consistere in fide, uitæ puritate & charitate: non in loquacitate, hostijs, aut humanis inueniis.

Argumentum

ARGUMENTVM CAPITIS PRIMI.

Affuerat se certissima adeoq; comperta proferre, nempe euangelium de Iesu Christo, uero deo & homine: in quo discamus uitæ innocentiam, et in quo consequamur peccatorū remissam, si modo peccata cōfiteamur.



Vod erat ab initio,

C A P . I.

Hic est mos Ioannis euāgelistæ, ut ferè absq; omni uerborum ambage sua mox ab ipso auspicetur deo, ut qui sit omnium rerum initium conseruatio & finis. Magnam ista gratiam habent, sed & speciem quandam exordij. Nam ue luti benevolentiam ambiens, dicit se nihil noui allaturum, sed id quod fuerit ab initio: neq; dubiū quicquam, sed negotium longe compertissimum, lātum inquam euangelij nuncium. Idem uero agit in exordio huius epistolæ, quod egit in sui euāgeliū principio. Nam ostendit Christū Iesum uerum esse deum, & totius orbis salutem unicam. Et Chri stum quidem dominum sine nomine insinuat, quod hominibus diuina natura sit inef fabilis nomineq; careat. Periphrasi autem usus mira euidētia dixit δῆμος τὸ χριστός, id quod erat ab initio, hoc est, illud omnium rerum principium & æternum illud bonum dei filium annunciamus uobis. Longo enim interuallo repetendus est sensus, quē obscurum conturbat hyperbaton. Iam quod in Euangelio suo uerbum dixit, idem hoc loco Quod *Iohann. 1.* erat ab initio nominavit. Et uerbi quidem significatio augusta est apud Hebræos. Hi e nim uocant ρῆμα quoduis negotium, rem & caussam quamlibet, & propemodum id quod Germanus infinitam rem expositurus, Das ding appellat. Ita hunc locum signifi cantius fortassis redderet Germanus, Den handel, radt, anschlag vnd das ding das von anfang was. Initium uero sive principium longe alia ratione hic inducitur quām apud Mosen in pri mo. Ibi enim principium ueluti ordinis est, quasi tu dicas, Primo quidem creauit deus cœlum & terram, deinde uero digessit singula. Quem sane sensum uides spectare ad se quentia, sive relationem (ut aiunt) habere non ad superiorem æternitatem sed consequentem creationis ordinem. Id quod & Hebraica innuere uidentur, quibus ρῆμα est principium caput & cuiusvis rei exordium. Cæterum hic uidemus Principium notam esse periphrasticam infiniti & æterni. Neque uero dissimulandum nobis quod scripsit, Erat, & non potius Fuit: quo certe cauere uoluit ne quis putaret filium per incarnationem id esse desississe quod erat priusquā nasceretur ex virgine. Vnde ipse Christus significantissime in Euangelio dixit, Priusquam nasceretur Abraham ἐγώ ἐμι, ego sum. Qui bus sane omnibus allusum uidetur ad nomen dei τε γαγράμ ματωρ κούλ ζνεκφώνητορ ρήμα quod sacratissimum dei nomen illi non ab effectu inditum est ut creator, dominus & omnipotens: sed ab essentia. Est enim deus uita & esse omnium, quia per ipsum uiuimus, *Acto. 17.* mouemur & sumus.

quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contreftauerunt de sermone uitæ.

Hisce iam notatur euangelij ueritas & certitudo. Nam admiranda uerborum uiacturba auditores tenet & urget. Est enim in oratione mirum incrementum. Non satis erat quod dixerat, Audiuius, adiicit, Quod uidimus, nec hoc contentus, subdit, Oculis no stris, imò aliud grauius iungit, Quod perspeximus, his deniq; omnibus superimponit, Et manus nostræ contreftauerūt: quæ loquutio postrema hyperbolēn aliás sapit: quam quam & ad resurrectionis ueritatem poterat referri, quam discipulis comprobauit, redi uiuo corpore ob oculos posito, & Thomæ contreftandum oblato. Porrò nihil aliud *Iohann. 20.* istis omnibus dixit, quām quod in Euangelio istis uerbis expressit, Et conspeximus glo riam eius. Item Petrus, Nō enim arte compositas fabulas sequuti notam uobis fecimus *Ioan. 1.* *2. Pet. 1.* domini nostri Iesu Christi uirtutem & aduérsum, sed qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem. Sed quorū pertinet quod sequitur, De sermone uitæ? Hic demum absoluuit sententia, & si planius paulò post claudatur, hic tamen aperitur quodnam confi lium quæ res & quod negotium fuerit ab initio, quid inquam uiderint & audierint apo stoli, utiq; uerbum uitæ, hoc est Christum & salutem euāgelicam, uerbum & negotium

Ioan. 1.
2. Timoth. 1.

uiuificum. Est enim schema Hebraicū. In hoc enim (inquit in historia) uita erat. Et Paulus, Christus (inquit) mortem quidem aboleuit uitam autem in lucem produxit & immortalitatem per euangelium. Quin audiamus ipsum sese exponentem.

Et uita manifestata est, & uidimus, ideo testamur, & annūciamus uobis uitam æternam quæ erat apud patrem, & manifestata est nobis.

Epanaphora est iuncta ephexegeſi. Redit enim ad sese ut se de sermone uitę dilucidius expediatur. Vita (inquit) manifestata est, hoc est, uerbum caro factum, ipsumq; euangeli mysterium orbi reiectum est. Vidimus, repetit ad maiorem evidentiam. Etiam testamur, καὶ inferentis nota est, Ideo testamur. Sic Ioan. 1. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Nam postremū Et, concludentis est particula, non coniunctio copulativa. Seruit enim duobus medijs unica illatio: ad hūc modum, Deus infinitus est, ab initio id est ab æterno subsistens. Verbum est à principio, ergo uerbum deus. Huic seruit posterius, Et uerbum erat apud deum: quod enim deo unitum (πρὸς τὸν θεόν, πρὸς commissuram significat) cum deo sempiternū sit oportet, adeoq; deus ipse. Sed uerbū est apud deum, ergo uerbum deus. Hoc exemplo uides Et, commode & uereponi pro illationis particula ergo aut simili quapiā. Sed quid oro testaris apostole, qualis est ista tua contestatio? Respondet: Annūciamus uobis uitam æternam, id est, prædicamus uobis Christū Iesum, per quem orbi restituta est uita æterna. Siquidem in Euangelio dixit, Hæc est autem uita æterna ut cognoscant te solum deum uerum & quem misisti Iesum Christum. Hic erat apud patrem: Nam uerbum erat apud deum. Et manifestata est nobis, id est, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. De qua re pluribus differit Paulus in Philip. 2.

Quod uidimus & audiuiimus annūciamus uobis.

Longū hyperbaton.

Hactenus quidem totus sermo suspensus fuit, nūc demum absoluuntur sententia: quasi dicat, Id inquam æternum bonum, quod audiuiimus, uidimus & peruidimus, annūciamus uobis, nempe quod hominē deus induerit, quod nobiscū conuersatus sit, & quod uitam mortuo mundo restituerit. Verum hoc paulò copiosius edifferit sequentibus.

Christianæ religionis ueritas.

Hinc uero liquet quāta sit Christianæ philosophiæ authoritas, quāta maiestas, quanta rerum gestarum ueritas. Nulla est scientia, nulla religio, professio nulla quæ Christianæ & quari possit. Illæ enim rebus nūtūr dubijs, ratiocationibus humanis, uanis stultorum & uanorum huminū testimonijs. Nostra autem undiq; sibi constant, quadrant, & robore quodam diuino compacta sunt, ut nemo nisi stultissimus quisq; dubitarit.

Quo modo uisum uerbum uitae.

Videbatur & hoc obiter monendū ista apostoli uerba, Quod uidimus & audiuiimus de uerbo uitæ, non pugnare cum ipsis locis, Deum nemo uidit unquā. Et cum hoc, Neque uocem eius unquam audistis neq; speciem uidistis. Discipuli enim non uiderunt aliud quām humanitatem assumptam, diuinitatem nō uiderunt. Quia uero deus humānam induerat naturam, hinc dicunt se uitam uidisse, hoc est Christum incarnatum qui iccirco uita fit fidelium quod deus. Est itaq; in uerbis Allœfis, qua consuetus ordo comutatur, propter aliquam affinitatem & uicinitatem. Poterant & per hyperbolēn excusari. Quid quod totus orationis status non tam ad ipsam Christi dei personam, quām Euangeli negotium poterat referri? Ut hic sit sensus: Prædicamus uobis Iesum Christum dei filium uitam & redemptorem mundi, & quæcūq; de eo prædicamus uerissima scimus esse & probatissima.

Redimus iam uisuri quis sit fructus aut quæ sit ratio huius annunciationis, sequitur itaq;.

Vt & uos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Christo.

Hic est fructus huius annunciationis & euāgeliū, quod ij qui suscipiunt testimonium & credunt unum sunt cum patre & filio, id est secundū deo iunguntur & consortes efficiuntur uitæ æternæ. Sed agē introspiciamus singula penitus. Principio quidem quod uidimus (ait) annūciamus uobis, ut & uos societatem habeatis nobiscum. Quibus sane uerbis

Ioan. 10.
Ioan. 5.

uerbis omnem à se purgat dominij & quæstus suspicionem. Quasi dicat: Annunciamus uobis salutaria, non quod dominiū cupiamus, aut opes uestras ambiamus, sed ut uestræ consulatur saluti. Cupio enim uos esse collegas & cohæredes illius æterni boni. Ut primo hoc membro nihil aliud uoluerit Ioannes, quām quod in Cor. Paul. istis uerbis insi-
nuauit, Non quod dominemur uobis nomine fidei, sed socij & adiutores sumus gaudijs uestri. Videtur autem metaphoræ esse desumptæ ab ihs, qui in hæreditate aut functione quā piam alios quoq; admittunt: qua in re tantu abest ut sua querant, ut magis sua alijs com-
municent. Et Græce est κοινωνία, quæ eti uaria significet, hic tamen, cogentibus circūstan-
tijs, aliud nihil est q communio, familiaritas, amicitia et societas. Sequitur, Et societas no-
stra sit cum patre, &c. Nihil egregij dixisset superiori mēbro, si humanam tantum intelle-
xisset societatem, splendidius igitur subdit, Vt inquam societatem habeamus cum ipso
deo. Sic enim & alibi orauit: Non pro eis autem rogo tantum, sed pro omnibus qui cre-
dituri sunt per sermonem eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego
in te, ut & ipsi in nobis unum sint, & ubi ego sum, ibi sint mecum, & uideant gloriam meā,
&c. Itaq; societas hic quoq; pro pace cōcordia consensu amicitia & foedere sumitur, quo
deo unimur non substantia, sed amicitia & participatione. De qua in Corinthijs ita scri-
psit Apostolus, Fidelis deus per quem uocati estis in consortium filij ipsius Iesu Christi
domini nostri. 1 Cor. 12. Ioh. 17.

Et hæc scribimus uobis, ut gaudium uestrum sit plenum.

Veluti clausula est ad superiora, quasi dicat, Nec uero istis omnibus aliud specto q
ut conquiescant conscientiae uestræ. Fide autem paratur animi tranquillitas et gaudium, Ioh. 16.
externis non item. Consulatur Pauli locus ad Hebr. 9.

Et hæc est annūciatio quā audiuimus ex ipso & annūciamus uobis.

Hæc tenus Christi negotium paucis, sed quantu in instituto suo satis, perstrinxit, osten-
dens, pro more apostolico, uitā in Christo esse redditā. Nunc propius ad suū descendit
institutū, ac docet hac Christi uita nō tradi licentiam peccādi, sed magis uitæ puritatem:
Et hæc (inquit) est annūciatio. ἐπανηγέλια, expositio est siue narratio & denunciatio, alij
promissionem exposuere, atqui prior lectio huc magis quadrat. Et hæc (ait) est denun-
ciatio, Das ist der antrag, die erforderung, vnd annützung, quasi dicat, Auditis qualem sese nobis
deus exhibuerit, quomodo in filio restituerit peccato amissam uitā & quod uocarit nos
in consortium dilecti filij sui, nunc ergo quid is à nobis uicissim exigat, percipite, istud ni-
mirum, quod & prædicamus, nempe,

Quod deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ.

Hisce iam tradit doctrinam de puritate uitæ. Deus (inquit) sanctus est & purus, qui
ergo deo cohabitare aut illi foedere adhærere uelit, purificetur opotet. Atqui istud nulla
præstabit carnis impotentia, nulla hominis uirtus: proinde filiū nasci oportuit, qui cor-
ruptum peccatis mundum sanareret, & innocentem uitam orbi cōmendaret. Ideoq; quot
quot istud dei negotium intellexerunt, innocentiae student, quippe qui senserunt deum
esse sanctum & sanctimoniaz amantem. Ita scriptum est, Ambula coram me, & esto inte-
ger. Et alibi, Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Item, Domine quis habitabit in taber-
naculo tuo? Innocens manibus, & mundo corde, &c. Et iterum: Quis poterit habitare Gene. 17.
Leuit. 20. cum igne deuorante? Isai. 23. Ex quibus prophetarū locis hæc Ioannis desumpta uiden-
Psal. 14.
Psal. 23. tur. Porrò deum appellauit lucem certe secundum similitudinem non secundū substan-
tiā, μεταφορικῶς itaq; lux est deus. Luce enim nihil pulchrius, amoenius, purius: ita deo
nihil mundius aut præstantius. Tenebris contra nihil tristius squalidius impurius & fœ-
dius: & peccatis ac erroribus quid oro tetrius aut horribilius? Iam ergo (annotatis istis)
certus & perspicuus erit allegoriae sensus: Allegorica enim sunt sequentia. Et allegoria
est perpetua metaphora.

Si dixerimus quod societatem habemus cum eo, & in tenebris am-
bulamus, mentimur, & ueritatem non facimus.

2. Corinth. 6.

Matth. 7.

Ioan. 3.4

Ioan. 1.

Roma. 5.

2. Cor. 6.

Ioan. 1.

Hæc inquam aduersus istos dicuntur, qui deum se nosce dicunt factis autem negant. Si (inquit) nomen & fœdus Christianū uerbis magnificis ultro citroq; iactauerimus, interim perseuerauerimus in erroribus flagitijs & carnalibus desiderijs, hypocritæ sumus, pessimi homines optimarum rerum simulatores. Quod enim consortium (inquit apostolus Paulus) iustitiae cum iniustitia aut quæ communio lucis & tenebrarum? His consentiunt uerba saluatoris in Euangelio dicentis, Quid autem dicitis Domine domine, & non facitis quæ dico? Veritatem autem facere, est fidelitatem, & id quod audis aut profiteris, re ipsa præstare.

Quod si in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus inter nos mutuam.

Peculiare est Ioanni per antitheses & membra contraria eandem efferre rem, certe ut res alioqui præclaras clarius proponat auditoribus & infigat altius. Sic in Euāgelica historia, Qui credit (inquit) in eum non cōdemnatur: qui uero non credit iam condemnatus est, quia non credit in nomen unigeniti filij dei. In hoc exemplo uides ter eandē rem ingeri, sed subinde clarius & evidentius. Paræ elegantia & evidentia eadem res hic quoq; reperitur. Cæterum ambulamus in luce, qui innocentia studemus, Ioannis 3. Deus est in luce, id est, deus absolute purus est & sanctus. Nostro itaq; modulo ita ambulamus in luce sicut deus est in luce. Ille enim ipsa lux est & puritas. Nos ab ipso illuminamur, & illuminati nihilominus homines & peccatores sumus. Qui ergo non ambulamus secundum carnem, sed secundum spiritum, societatem habemus inter nos mutuam. Procul dubio, ut cum deo sumus fœdere nxi, ita inter nosipos quoque cohæremus uinculo charitatis.

Et sanguis Iesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato.

Digreditur ab instituto suo & differit de peccatorum remissione. Auspicatur autem ab antypophora, ut omnia probe cohærent. Nam cum deus immaculatus sit & lux purissima, nos uero in peccatis geniti nihil nisi malorum lerna sumus, uideri poterat neminem mortalium cum deo tam sancto societate uniri, nec quenquam pure uiuere posse. Ei itaq; obiectioni occurrit Ioannes & dicit, Sanguis filij dei emundat nos ab omni peccato. Ut sit sensus, Si quis nostras spectet uires, alienissimi erimus ab amicitia dei, neque quisquam inuenietur non pollutus: aliud porrò spectâdum, gratia uidelicet diuina, qua salui facti sumus per filium dei, per quem habemus aditum ad deum, per quem & abluti sumus (ut Paulus ait) & sanctificati & iustificati. Iam ut hæc Paulina miram habemus phasim, sic hæc Ioannis admirabiliorem. Sanguis enim Christi passio est hostia & mors Christi. Ea fortassis cōtemni potuisset, nisi addidisset, Filij eius. At morte Christi filij dei nihil uidit orbis uel magnificentius uel admirabilius, deniq; nullum aliud malagma omnibus peccatorum uulneribus medendis præsentius est. Hinc Baptista quoq; Ecce (inquit) agnus dei qui tollit peccatum mundi. Peccatum, inquam, dixit is numero singulare τὸ ἄυτια, non peccata, eoq; plus quiddam expressit quam si dixisset Peccata. Per peccatum enim omne id intellexit quod peccati nomine censeri potest, siue id capitale siue minus. Genus itaq; pro omnibus posuit speciebus synekdocha quadam. Iam si peccata dixisset numero pluratio potuisset cogitari certa siue numerata duntaxat ablativa esse non omnia: ideo peccatum utrobiq; dixit & intellexit omnium peccatorum colluuiem, non unius hominis aut ætatis, sed omnium & hominum & temporum. Cuius equidem rei certissimas notas utrobiq; etiam subdidit, hic, Emundat nos ab omni peccato, in historia uero, Qui tollit peccatum mundi, Sed mundus ad omnes & ad omnium refertur ætates, non ad certum uel hominum uel peccatorū numerum. Plura de his traduntur in Roma. cap. 5. & 1. Pet. 3. Blasphemias enim in sacrosanctum dei filium eiacularunt qui docent Christum uel pro originali peccato tantum, uel pro ueterum delictis tantum, uel pro aliquibus peccatis tantum, & nō etiam pro omnibus omnium temporum peccatis perlitas.

Sidi,

Si dixerimus peccatum non habemus, nos ipsos fallimus & ueritas in nobis non est.

Alia est occupatio, quasi dicat, Neque est ut quisquam hic elabatur & suam iactaret munditiam, aut ita se lustratum existimet ut peccatum non habeat. Nam nemo est mortalium qui mundatione Christi non egeat. Nemo est qui uiuat (inquit scriptura) & non peccet. *Iob 5.* Omnes peccauerunt & destituuntur gloria dei: ergo omnes purificatione opus habemus. *Roma 3.* Hec aduersus Nouatianos & Catabaptistas fortissima & letalia sunt iacula. Quod autem in *s. cap.* dicit, Omnis qui natus est ex deo non peccat, expediemus cum expositione o peruererimus. Nos ipsos fallimus.) Mire elevat uanam istorum spem qui se iustos esse credunt: aut certe per Christum ita mundatos, ut nihil reliqui sit peccati. Et iterum mihi re deprimit istorum cristas cum subdit, Et ueritas in nobis non est.) hoc est, nihil uerae religionis, nihil pietatis in nobis est, oude ueritatis, nihil solidi, nihil sani.

Si confiteamur peccata nostra fidelis & iustus est ut remittat nobis peccata nostra & emundet nos ab omni iniquitate.

Contrario membro (more suo) rem penitus animis fidelium figit, & docet confitentibus conferri peccatorum remissionem: ceterum peccata hic esse agnoscenda siue confitenda. Confitentur autem peccata sua, qui infirmitatem suam agnoscentes totos sese deo subiiciunt, de suis uiribus desperant, & ab unica dei gratia pendent. Hic uero deus fidelis est & iustus, πιστός νοῦς Αἰκατρός, triu[m] vnde ueritatis, qui quae pollicebatur praestet. Pollicitus est autem per cententibus peccatorum remissam *Psalmi 31.* & *Ezech. 18.* *Isaiæ item 1.* Iccirco fide indubitate praestabit. Iustitia itaque hoc loco non accipitur pro ea uirtute qua emun*Instig.* etim & quum discernimus ab iniquo, sed pro constantia & ueritate. Est enim fidei iuncta uelut expositione, uidelicet ne quis per imprudentiam intelligeret fidutiam: sed magis ueritatem, Ita sepe uidemus precari prophetam, In iustitia tua libera me. Item, *Judica me se*cundum iustitiam tuam. Alibi uero, Ne intres in iudicium cum sermo tuo, quia non iustificabit te in conspectu tuo omnis uiuens. Iustitia itaque dei in istis locis ueritas dei est, qua pactis stat, id est quod dicit, facit. Ab omni iniquitate.) Etsi indies peccauerimus, ipse tamen dei filius sempiterna est hostia. Vana itaque & impia est merx Romana, indulgentiae, absolutiones, missæ, confessiones, & si quid aliud est eius generis.

Si dixerimus, non peccauimus, mendacē facimus eum, & sermo eius non est in nobis.

Eandem rem tertio iam infert καὶ αὐτὸς ἡμεῖς. Nam in expiabile scelus est si peccatum tuum dissimiles. Quae enim sanitatis spes apud eum fuerit qui uulnus perito medico retegere nolit? Mendacem itaque facimus deum, non quod aeterna ueritas mentiri possit, sed quod nos ueritati dei non credentes, ipsa re testamur quod deum non credimus uera dixisse. Si enim credimus deum ueracem, qui sit ut peccata nostra non agnoscamus: Is enim dicit, *Omnis homo mendax.* Iam si uerum dixit deus, certe non est iustus, non est intelligentia, non est requirens deum. Sermo itaque eius non est in nobis qui infirmitatem non agnoscamus. Λόγος uerbum uel sermo, ponitur pro religione ueritate dei, *sin forcht,* erkantus vnde krafft. In superiori enim membro dixerat, Et ueritas in nobis non est.

ARGUMENTVM CAPITIS II.

Hortatur nomine fidei ad uitam puritatem, charitatem mutuam, & multam uigilantiam, eo quod Antichristi multi sint, quorum artes cuitare possint si doctrina spiritus sancti induulse hescerint.



Illioli mei haec scribo uobis ne peccetis.

CAP. II.

Initium capituli secundi pertinet ad finem capituli primi. In eo enim dixerat, Si dixerimus non peccauimus, mendacem facimus eum. Nunc igitur diluit quod obiecti potuerat, Si igitur ueritas dei nostro commendatur mendacio atque *Roma 3.*

peccato, peccemus itaq; ut ueritas dei nostris grandescat peccatis. Respondet ergo Ioannes & ait, Ista uero non in hoc scripsi, ut ad peccandum incitarem, sed in hoc potius scripsi, ut à peccando retraherem. Pluribus id negotij exponit Paulus in Roma. cap. 3. & 5. ex eo si copiosiora uelis, pete, Filioli.) Specimen est apostolicæ lenitatis & exordioli formula quædam admodum blanda, quæ paternum spirat amorem, longanimitate & benignitate nobis imitanda.

Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum.

Iam uero cum exigis, apostole, ne peccemus, rem profectio exigis homini impossibilem, utpote qui totus ex peccatis consutus, nihil nisi peccare possit. Si igitur peccauerimus, ànne protinus desperabimus atq; peribimus? Hic Ioannes per occupationem: Et si quis (inquit) peccauerit, aduocatum habemus apud patrem. Neminem (inquit) desparere uolo, Neminem enim reñcit ad se redeuntem diuina bonitas. Neminem à se pellit, modo sancte & solida fide accedat. Id quod aliás multis euangelicis historijs proditum est, in primis historia de Maria Magdalene, de Latrone in extremo supplicio ad gaudia paradisi uocato, de Zachæo Matthæo & Petro. Huc pertinent & illæ euangelicæ sententiæ, Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Qui sani sunt medico opus non habent, sed qui male habēt. Item, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Sed agè excutiamus singula diligentius: Aduocatum (inquit) habemus apud patrem, Græce πρόσωπον ἔχομεν πρός τὸν πατέρα. Πρόσωπον autem authore Budæo, non modo hortor, sed etiā oro significat, item pro alio precursor interuenio, ut aduocatus & patronus. Vnde πρόσωπον dicitus aduocatus & sautor, qui alicuius caussam agit apud iudicem, non uerbis tantum, sed qui seipsum interponit mediatores & obfidiem: apud Germanos, Der vertrößet vnd dem rechten wil gnüg thün. Talem dicit Ioannes esse Christum, nimirum per metaphorā quandam aut ethopœiam aut per prosopopœiam. Est autem ethopœia imitatio morum alienorum. Protopopœia uero personarum fictio. Ioannes itaq; de remissione peccatorum per Christum collata agens fori expressit morem, iudicium patronorū et reorū referens personam: quasi scilicet pater aut ipsum numen iudex fit, Christus uero aduocatus uel patronus, & peccatores siue hominum genus, rei. Attamen ista, re ipsa, aliter se habent, ita tamen prescribuntur, ut allusionibus docti diuina & spiritualia rectius & facilius intelligamus. Nam nullum est in cœlo forum iudiciale, nullæ sunt lites aut accusantium & defendantium altercationes. Quo magis mirandum est, quæ istos agat dementia, qui diuorum intercessionem probaturi, similitudine patronorum, coram iudice aut principe defendantium reos, abutitur. Conducit equidem, non eo inficias, aduocatus, sed nō quilibet. Habemus autem aduocatum certum ac definitum à deo qui intercedat, ipsum inquam dei filium Iesum Christum iustum. Talis enim decebat ut esset nobis pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & sublimior coelis factus, cui non sit quotidie necesse prius pro proprio, deinde pro populi peccatis offerre. Nam id fecit semel, cum seipsum obtulit. Manet autem in æternum & proinde πρόσωπον (hoc est incommutabile & quod successione non transmigret ad alium) habet sacerdotium: eo quod absolutissime seruare possit omnes qui per ipsum accedunt ad deum, semper uiuens, in hoc ut interpellet pro illis. Hæc penè omnia ex Paulo huc transcriptimus. Ex quibus æstimare licet cur tantopere diuorum intercessionem imperamus, certe quod intercessionis beneficium & negotium solius fit Christi iusti & sacerdotis æterni.

Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autē tantum, sed etiam pro totius mundi.

Adiçiuntur hæc à sanctissimo Euangelista paucula quidem sed sacrosancta ad maiorem eidetiam & claritatem, ne quis putaret unum atq; alterum peccatum sublatum, non omnia: & eius rei gratia existimaret Christum non esse semper & propter omnia peccata compellandum. Sanè Christus (inquit) semper nobis adeundus est, quippe quum

fit

Luc. 7.
Luc. 23.
Luc. 19.
Matth. 9.
Matth. 26.
Matth. 9.
Matth. 11.
De paraceto.

πρόσωπον
θως.

Hebre. 7.

fit propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris tantum, sed pro peccatis totius mundi. Verum annotauimus huius generis & alia in cap. 1. Græcanica autem hoc in loco sunt. Christus proprius Augustissima, καὶ ἀντίσ (inquit) ἵλασμός ἐστι πάντες ἄνθρωπος, quæ quidem multo extatio-
actius intelligemus, si nonnulla huc ex 3. ad Romanos capite transcripterimus. Ea sunt,
Omnes peccauerunt & destituuntur illa dei gloria. Iustificantur autem munere fauoris
eius gratuiti, id est beneficio redempcionis, quæ contigit nobis per Iesum Christum, quem
deus (uelut orbi unicum sydus) proposuit ἵλασμόν, Quod interpretarunt propitiatio-
nem. Ut ergo, quod uolumus dicamus, ἵλασμόν deriuatur (ni fallor) ab ἵλασκε, quod
est litare sive placare & deum benignum facere. Hinc uero est ἵλασμός (quo usus est hoc
in loco Ioannes) quod perlitationem significat, sacrificium, satisfactionem, placationem
& conciliationem. Est itaque Græcanicæ uoculae multo maior uis quam Latini exprima-
mus. Præterea apparet Paulum apostolum hac uoce allusisse ad Hebræorum propitiato-
rium, quod illi uocant Κατάρα. Nam Κατάρα est remittere & expiare. Κατάρα autem expiatio,
redemptionis pretium & sanctificatio. Christus ergo is est, in quo patri complacitum est
uniuersam inhabitare plenitudinem, & per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis
per sanguinem crucis eius, per eundem sive quæ in terra sunt sive quæ in celis, Colof. 1.
Recte itaque & Petrus clamauit, Non est in alio quoquam salus: nec aliud est sub celo no- Act. 4.
men datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Haec autem subruite nobis, si
potestis, o nos Pontificij, qui neglecta hac unica & æterna salute, indulgentias, peniten-
tiales satisfactiones & Missas impie imp̄ijsimi uenditis. Nam uel hisce locis cōuicti, bla-
phemia uos liberare non poteritis.

Et per hoc scimus quod cognouimus eum, si iussa illius obseruamus.
Qui dicit noui eum, & præcepta eius nō seruat, mendax est & in eo ue-
ritas non est.

Admodum docte ad se rexit apostolus, & occupatione rhetorica consequentia ne-
fit superioribus. Ab eo enim loco, Et sanguis Iesu Christi filii eius emundat nos ab om-
ni peccato digressus, obiter disseruit de peccatorum remissione, altera euangelij parte.
Nunc uero rexit & de puritate uitæ altera euangelij parte, exhortationē continuat. Oc-
cupatione autem (ut monuimus) orditur. Siquidem audiuimus, Christum Iesum sacri-
ficium esse pro peccatis nostris: nec pro nostris tantum, sed pro peccatis totius mundi.
Vnde iterato impius colligere potuisset, Impune ergo et libere peccabo, quādo iam olim
ea sint abolita peccata quæ ego nūc quidem facio, aut in posterum patraturus sum. Haec
autem est omnium impiorum protrita obiectio, qui protinus atque discunt, unico Chri-
sti sacrificio tolli peccata mundi, suas illas blasphemias eiaculātur. Sed apostolus, Et per
hoc scimus (inquit) quod cognouimus eum, si iussa illius obseruamus. Hoc est, Ea est
Christianī hominis nota certissima, si legi diuinæ noctes atque dies insumpserit, si inno- Psal. 1.
centiae & sanctimoniae studuerit. Locus est à caussis. Est autem Christum cognoscere re
ipsa Christianum esse. Exemplo fiet res dilucidior. Qui dicit (ait Ioannes) noui eum, hoc
est, qui iactat se Christianum esse & se intelligere Christum totius orbis esse salutem,
interim uerbum Christi contemnit, is in tenebris agit: quod si impuram uitam uiuit
profecto hypocrita est, & nulla in eo ueritas est nihil solidi immo nullus in eo deus est.
Quam sententiam Germanus felicius fortassis redderet ad hunc modum, vnd der hat kein
rechte verrichtung mit Gott.

Qui autem seruat sermonē eius, uere in hoc charitas dei perfecta est.

Idem est sensus huius membra qui & prioris. Nemo tamen ταυτολογίαν foedum ora-
tionis uitium committi putauerit. Nam in 1. cap. annotauimus id quod per integrā epi-
stolam & omnia Ioannis scripta unice obseruari uolumus Ioannē creberrime uti adeoque
delectari contrarijs inter se membris componēdis. Id quod hic quoque fecit. Negatiuam
præmisit, sed affirmatiuam hic subiungit. Porro charitas, ἡ ἀγάπη, accipitur à loāne pro
amicitia, religione & coniunctione. Ut sit sensus, Ceterum qui sermonem eius ser-
uat & innocentiae studet, hic uere pius est, hic uere deo foedere & amicitia iunctus est,

Der ist mit Gott recht vereint. Sic audiemus in quarto charitatem dei sumi pro uera religione. Sequitur.

Per hoc scimus quod in ipso sumus.

Dubia est sententia. Nam referri potest non tam ad consequentia quam præcedētia. Quod si referas ad præcedētia, iam ueluti epiphonema & clausula quædam rhetorica erit: ac si tu dicas, Ex istis uero liquet quod qui Christiani sunt, pie quoq; uiuūt. Atq; ita poterat & epanalepsis uideri ad illud inquam respiciens quod præcesserat. Et per hoc scimus quod cognouimus eum. Idem enim nunc repetit post probationem & dicit, Per hoc scimus quod in ipso sumus. Et quod paulo ante dixit, Quod cognouimus eum, id hoc loco clarius effert, Quod in ipso sumus, id est, quod ipsi uere adhæremus, quod illi societate & amicitia iuncti sumus. Quod si referas ad consequentia, iam hic erit sensus, Si uitam nostram ad Christi exemplum cōposuerimus, per hoc inquam sciemus quod in ipso sumus. Sed quod interim referemus quod protinus sequitur, Qui dicit se in eo manere? Magis itaq; mihi probatur prior sensus qui hæc necit superioribus. Iam enim sequitur separatum argumentum.

Qui dicit se in eo manere debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

Aut à connexis aut ab exemplo dicit argumentum. Cuius hic est sensus, Quicunque Christiano se nomine uenditat, is & à Christi exemplo pendere debet. Qui enim Platonici dicuntur aut Cynici magistrorum dogmata & exempla impense sectantur. Si igitur Christiani sumus, age Christum quoq; magistrum uita & moribus imitemur. Est enim hic nobis à deo datus sapientia, uita magister, & uiuum pietatis exemplum, ut eius conversatione instituti, sancta agamus uitam. Hinc in Euangelio dicit Christus, Exemplum dedi uobis, ut quemadmodū ego feci, sic uos faciat. Hinc etiam ueteres dicebant, Omen Christi actionem nostram esse institutionem. Non quod aquam protinus uertas in uinum, aut quadraginta dierum curriculū ieunio & inedia superes. Nam ea quibus diuinitatem demonstrare uoluit, sub hanc regulam non cadunt, sed ea quibus fidem nobis commendauit charitatem & innocentiam. Itaq; pari etiam tropo expeditus quod alij hic intricatissime inuoluunt, fieri non posse ut quisquam mortalium ita ambuleret, sicut Christus ambulauit. Nam pro nostro modulo & iuxta uim gratiæ nobis à deo data, ita ambulamus, non utiq; filio dei æquales, sed quantū à deo nobis conceditur. Neq; uero & de hac re hic disputatur, sed docetur uita integritas, quandoquidem Christus, qui Christianorum fit archetypus, integratatem sua nobis uita commendarit: unde iam consequatur, indecorum esse si quis ex illius familia nomine quidem Christiano decoretur interim Christo uita & moribus nō respondeat. Obseruabis hic quoq; Ambulandi uerbum ad morem Hebraicum, pro conuersandi modo esse usurpatum. Item apostolum hisce uerbis, Qui dicit se in eo manere, alluississe ad ista saluatoris uerba, Qui diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus & mansionem apud eum faciemus.

Charissimi, non præceptū nouum scribo uobis, sed præceptū uetus qd habuistis ab initio. Præceptū uetus est sermo quē audistis ab initio.

Hoc autem de puritate & integritate uita præceptum, ipsa ueruitate, arguento plausibili, & à pronūciatis petito, commendat. Deniq; purgat se generali illa suspicione qua nonnulli apostolos reddebat inuisos, quasi euangelica prædicatione rebus nouis studerent. Ideoq; dicit, Cum ad innocentiam uita hortor, & sanctum filij dei exemplū propono, nihil noui propono, sed id prorsus quod habuistis ab ipso statim religiōis initio. Nempe, Præceptum uetus est sermo quem audistis ab initio. Sic enim ipse sese exponit. Sed uerborum hic est ordo & sensus, Sermo ille, id est, illa prædicatio, quam audistis ab initio per legem & prophetas hoc ipsum præceptū est quod iam nūc proferimus. Tota enim scriptura sacra fidem tradit innocentiam & charitatem. Et Christus in Euangelio, Dilige (inquit) dominum deum tuum ex totis uiribus tuis, & proximū sicut te ipsum. In his autem duobus mandatis pendent lex & prophetæ. Quod si (inquis) idem est præceptum

Christus exemplum.

Ioan. 13.

*Ioan. 24.
Matth. 4.*

Ioan. 14.

Matth. 22.

præceptum eadem doctrina priusquam nascetur Christus, & posteaquam natus est,
eadem. Quid ergo nascendo nobis contulit?

Rursum, præceptum nouum scribo uobis, quod uerum est in ipso,
idem uerum est & in uobis; quia tenebræ præterierunt & uerum lumen
iam lucet.

Ἐπιτρόφωσις est, quam Latini dixerunt correctionem: cuius sensus est. Est equidem Chri-
stiana prædicatio noua prædicatio. Sed qua parte aut quomodo dicetur noua? Quod ue-
rum est in ipso (inquit) idem uerum est & in nobis: quæ sententia in Græca ueritate pau-
lo dilucidior (*ὅτι εἰς τὸν αὐτὸν θεόν γοὺς ἡ ὑμῶν*) & tamen propter breuitatem satis obscura
est. Copiosius ergo ad hunc modum reddenda, Denique nouum præceptum scribo uo-
bis, nouum inquit ea parte, qua omnia in filio uera sunt, & per hunc etiam in nobis ue-
riora certiora & perfectiora quam hactenus. Hoc enim profuit Christus quod ipse om-
nibus satisfecit, umbras & typos antiquauit, corpus (ut scriptura ait) & ueritas fit re- *Colloſſ. 2.*
rum omniū. Lex (inquit Ioannes) per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Chri- *Ioan. 14.*
stum exorta est. Veritatem autem & nos facimus qui spiritu Christi imbuti præcepta dei *Ioān. 1.*
diligimus. Huc pertinet sequens *ἀπίλογα*, Quia tenebræ prætereunt, & uerum lu-
men iam lucet. Lumen istud Christus est, spiritus & fides in cordibus fidelium. Christus autem umbras legis discussit. Fides item tenebras carnis & errorum propellit. Hæc
autem orbi contulit Christus. Proinde præceptum hoc est mandatum & prædicatio Chri-
sti noua dicitur.

Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usq; ad-
huc. Qui diligit fratrem suum in lumine manet, & offendiculum in eo
non est. Qui autem odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris am-
bulat, & nescit quò eat, quia tenebræ occæcauerunt oculos eius.

Rara eruditione & supra modum admirabili ratione totam inter se connectit oratio-
nen qui hactenus harenam fine calce nonnullis recensuisse videbatur. Nunc enim occa-
sione sumpta à lumine iterum à connexis dicit argumentum & charitatem, potissimum
Christianorum notam, & alterum huius epistolæ statum, ingerit, quem tamen in cap. 3. *Charitat.*
& 4. latius persequitur: hic enim obiter eam perstringit, docens Christianā religionem,
ut puritate uitæ ita & mutuo amore cōstare. Vtitur autem suo iterum idiotismo, qui pe-
culiaris est autoris cuiusvis dicendi genius: nam pro ardore suo nimio eandem rem di-
uerſis & geminatis membris effert. Qui (inquit) dicit se in luce esse. Hoc est qui lucem e-
uangelicam & Christum sibi illuxisse satetur. Nam allusit ad illud Ioan. 8. Ego sum lux
mundi, qui sequitur me nō ambulat in tenebris. In tenebris est usq; adhuc.) id est, etiam
dum, etiam si grandia iactitet. Schema est Germanico respondens, Es ist nicht, und ob du noch
einst so vil klappertest. Et offendiculum in eo non est.) Quemadmodū is non impingit qui
in luce ambulat. Sic is non impingit qui ad lucem Christi uiuit. Aut certe, Vita sua nemí
ni est offendiculo. Et in tenebris ambulat.) Incrementū est & similitudo. Et tenebræ ob-
cæcarunt oculos eius.) A corpore ad animū, per metaphorā, deflexit significationem.
Per tenebras enim intellexit carnis caliginem inuidiā iram & odium. Hæc occæcant ho-
mines, ut quod rectū est non uideant. Simili allegoria usus est etiam Christus Matth. 6.

Scribo uobis filioli, q̄ remittūtur uobis peccata propter nomen eius.

Epanaphora est, quia enim dixerat se non studere rebus nouis, siccirco eōredit & bre-
ui quadam periocha colligit potissima euangelicæ doctrinæ capita omnibus cum homi-
nibus tum ætatis congrua, quasi dicat, Quod olim docui, idē nunc repeto ut inquam
uideatis me uobis antiqua sancta præcipua & diuina, non humana aut nupera aut noua
tradere. Initio, quod peccata nobis remittuntur, non propter iustitiam nostram, sed pro-
pter nomen gratiam bonitatem misericordiam & uirtutem Iesu Christi. Plura huius ge-
neris legas in Ephes. 2. cap.

Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab initio est,

Secundum & quod re uera primum est & maximum, Non prædicamus deum ignotum, sed eum qui est ab initio, deum inquam uerum uiuum & æternum. Denuo enim alius ad essentiam dei, de qua annotauimus in cap.»

Vetus religio. Idem respondendum est nostri sæculi hominibus, qui & ipsi clamitant nos noua & inaudita quædam producere dogmata, cum tamen nostra illa sint uetustissima, & iam olim prophetarum & apostolorum testimonij mundo prædicata, & per nos ab humis sordibus & mendacijs (quæ asperferant Pontificij) duntaxat repurgata & in lucem proleta denuo.

Scribo uobis adolescentes, quoniam uicistis illum malum.

Ioan. 16. Proximum est in functione euangelica ut carnis labefactentur cupiditates, & ut satanas suo expellatur regno. Dixit enim Christus, Spiritus sanctus arguet mundum de iudicio, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Nulli uero hominum ætati satanas æque infidiat, atq; iuuenili, quod ea ætas ihs abundet quibus uitia aluntur. Hinclubricam dixere uetusti. Armando ergo erat aduersus satanæ astus armatura dei. De qua paulò post plura & copiosissima apud Paulū in Ephes.». Dæmonem autem uocat Ioannes Σπυριδόνης, illum malū, emphasi quadam: quemadmodū & deum appellamus Θεόν, ipsum bonum, certe summum & æternum.

Scribo uobis filiolī, quoniam cognouisti patrem.

Deus non modo fortis est iustus omnipotens terribilis magnus dominus iudex & æternus, sed etiā æquus suavis benignus familiaris bonus misericors & pater, qui mundo per omnia id præstat quod solent parentes adamatis præstare liberis. Producit enim fœuer nutrit conseruat protegit condonat regit & sanat. Atq; hæc omnia solus & semper facit deus, qui eius rei gratia apud Mosen & per Isaïe scripta subinde se ingerit parentis nomine. In Psalmis legimus, Sicut miseretur pater filiorum ita misertus est dominus timentibus se.

Scripsi uobis patres, quoniam cognouisti eum qui ab initio est.

Non caret mysterio quod hanc sententiam secundo iam ingerit. Forsan propter dominum diuinæ cognitionis qua, citra controuersiam, nihil est in orbe nobilius. Rem ergo repetit inæstimabilem, quod maiestatem ac bonitatem dei uerbis quantumuis augustis nemo satis exequi possit. Repetit & propter præcedens membrum quo deum appellavit patrem. Iam uero ne humili hac appellatione uileceret deus in humanis mentibus, antithesi occurrit ac dicit, hunc patrem non terrenū esse patrem sed cœlestem, æternam omnium rerum subsistentiam uitam & conseruationem. Ita cum dixisset in euangelio, In mundo erat, mox subdit, Et mundus per eum factus est. Rursus, Et habitauit in nobis. Sed ne quis offenderetur humanitatis imbecillitate, subiungit, Et uidimus gloriam eius. Hoc modo & hac ratione putamus etiam hoc loco eandē rem & idem membrum repetitum esse. Quo & illud pertinere uidetur quod dixit, Scripsi, & non scribo.

Scripsi uobis adolescentes, quoniam fortes estis, & uerbum dei manet in uobis, & uicistis illum malum.

Sermonem iterum conuertit ad adolescentes & proinde dicit, Scripsi & non scribo. Id enim quod prius dixerat paulò breuius & obscurius nunc clarius & copiosius repetit. Repetit inquam ut cōmodius ea subnechteret, quæ de fugiendis concupiscentijs mundani dicenda erant. Et superius quidem dixerat adolescentes uicisse illum malum, hic autem uictoriae neruum & uim addit fortitudinem. Fortitudo autem hæc non est temeraria mortaliū audacia, sed animi robur uirtus & gratia dei, quæ per nos operatur, imò temperantia est & constantia Christiana, qualis fuit in adolescenti Joseph. Porro hæc enascitur ex uerbo dei eodem firmatur ac conseruatur. At uerbum dei non illud est externum, ut uocant, uerbum, sed uirtus spiritus operatio diuina institutio fides timor dei & religio eius. Istis enim armis superantur cacodæmonis artes. Hinc & ipse Ioannes subdit, Et uicistis illum malum. Quasi dicat, Sic inquam intelligatis uolo quod superius dixeram, Scribo uobis adolescentes quoniam uicistis illum malum. Non enim uestris ui-

ribus

Fortitudo.

Gene. 39.

ribus sed diuino robore uicistis. Vicitis autem dixit, pro uincetis. Quia enallage pulchre usus est Lucullus imperator qui pugnatus contra Mithridatis & Tygrani copias, priusquam pugnare coepisset clamauit, Vici milites. Nondum enim uicerat qui nondum pugnare cooperat; uidebatur autem uicisse qui uincendi occasionem natus erat. Ita & adolescentes uicisse dicuntur qui rationem uincendi habent. Et poeta, Dimidium facti (inquit) qui coepit habet.

Ne diligatis mundum, neque ea quae sunt in mundo.

Hactenus ostendit se nullis studere rebus nouis, & doctrinam euangelicam de fide in innocentia & charitate praeципientem doctrinam esse uetus & sacrosanctam. Nuncredit ad id unde erat digressus & innocentiam ac puritatem uitæ commendat fidelibus, occasione nihilominus sumpta ab adolescentem pugna & uictoria. Retegit autem hoc tandem loco illud malum quo innocentia & puritas uitæ proditur & labefactatur. Poterant ea uideri à causis uel cuæsibus esse petita. Initio autem in genere præcipit, Ne diligatis mundum. Nam in eorum uertimur naturam quorū familiaritatem nobis conciliauit arctior coniunctio & amicitia. Porro mundus aliquando homines significat mūdanos uel peccatores, aliquando impios, aliquando uero totam uniuersi machinam: hinc Ioannes subiungit, Neque ea quæ in mundo sunt, ut intelligeremus apostolum loquutum esse de concupiscentiis mundanis. De quibus paulò post.

Si quis diligit mundum non est charitas patris in eo.

Charitas patris uera est religio & fides uera qua discimus bonitatem & charitatem dei erga nos. Dicit ergo, Si quis sectatur mundū & impura sese oblectat uita, is sanè pius nō est neque unquam amicum illud dei negotium sanè intellexit, quod euangelica prædicatio ne ad nos defertur. Et mundus & charitas patris ueluti repugnantia inter se sunt.

Quoniam omne quod est in mundo, ueluti concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus uitæ, non est ex patre, sed ex mūdo.

Ait οὐδεὶς siue probatio est eius quod dixerat, In eo non esse ullam patris charitatem qui mundum sectaretur. Nam nulla (inquit) est conuentio lucis & tenebrarum. Deus 2. Corinth. 6. enim purus est sanctus mundus & integer. Et religio eius pura est. Mundus uero corruptus est pollutus & omnigenis flagitijs dissolutissimus. Sed & studium mundi cum secundum est tum abominandum. Et hic sese aperit dilucidissime apostolus quid in superioribus intellexerit per mundum, & ea quæ sunt in mundo, concupiscentiam uidelicet carnis, qua comprehendit omnia cordis impura & carnalia desideria. Sicut per cōcupiscitiam oculorum omnia flagitia quæ externis sensibus uisu, auditu, tactu, gustu & olfactu concipiuntur & fiunt, intellexit. Atqui ἡ & λαξούεσσα τῷ βίῳ, quod Latinus interpres uertit fastum uitæ, poterat etiam ad opum siue facultatum referri fastum & pompam. Id uero hoc in loco in primis admirandum est quod intra arctissimam hanc sectionem omnia penè scelera colligere licet. Omne enim peccatum uel sub concupiscentiâ carnis, uel sub concupiscentiam oculorum, uel sub fastum uitæ & facultatum refertur.

Et mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem dei, manet in æternum.

Ab utili & inutili suadet puritatem uitæ, dehortatur à carnalibus & mundanis desiderijs. Mundus (inquit) transit & concupiscentia eius. Nam Solomon mirifice hoc argumentum tractat in Ecclesiaste docens, nihil uspiam in orbe esse uel firmū uel satis tutum. Idem docet & Moses Psalmo 89. Et quis est qui nesciat toties iam maxima esse mutata, immo & funditus delera felicissimarum Gentium augustissima regna; summos viros fastigio deiectos? & opulentissimos ad extremam redactos esse pauperiem? Rectissime igitur & uerissime dixit Iacobus apostolus: Quæ est autem uita uestra? Vapor utiq; qui ad exi- Iacobi 4. guum tempus apparet & mox evanescit. Rectissime quoq; & uerissime dixerunt uetus, qui hominem bullam esse perhibuerunt. De qua re eruditissime scripsit Erasmus in suis illis Chiliadibus, Ioannes uero istis mox subiicit membrū contrarium, Qui autem facit uo

Iunctatem dei manet in æternū. Faciunt autem uoluntatē dei, qui filio eius credunt. **Ioan.**
5. Et qui puram uitam uiuūt. Nam hæc est uoluntas dei (inquit Apostolus) sanctificatio
uestra. **1. Thes. 4.** Qui ergo fecerit uoluntatem dei, hic uiuet in æternum.

Filioli nouissimum tempus est.

Ad mundum pertinent errores et hæreses quæ non raro solent simpliciores iusta ex
cutere uia ut cōtentioñibus impliciti, quæ eundū sit, prorsus ignorent. Digreditur itaq;
hinc Apostolus & deterret à doctrina falsa, cohortans ad multā uigilantiam & ad con-
stantem in doctrina spiritus perseverantiam. Cæterum id negoti⁹ auspicatur à tempore.
Veluti cum Apostolus dicit, Nunc tempestuum est ut à somno expurgiscamur. Ita hic
quocq; Ioannes, fideles excitans, Filioli (inquit) nouissimum tempus est. Id est periculosa
sunt tempora, utpote quæ turbas seditiones ac uberrimam pseudoprophetarum tristem
fanè frugem minitantur, unde nobis diligenter uigilandū est. Verum ipse sese expo-
nit, & ait,

Et sicut audistis quod antichristus uenturus sit, etiam nunc antichri-
sti multi cœperunt esse: hinc uero scimus nouissimum tempus esse.

Ioannes aperte distinguit inter antichristum & antichristos. Antichristus enim est
insignis ille hostis Christi, illud ipsum abominandum regnum quo uirtus gloria & ma-
iestas Christi supra modum blasphematur contemnitur & propemodum aboleretur. Si-
cuti fieri uidemus in regno Turcico & Pontificio. De quo & Daniel propheta & Apo-
stolus Paulus. Sed antichristi sunt omnes illi qui impia doctrina simplici plebeculæ im-
ponunt. Cuiusmodi est hæreticorum turba, in qua primas tenent Valentinus, Martion,
Hebion, Cerinthus, Arrius, Pelagius, qui & ipsi non exigua portio sunt præcipui illius
antichristici regni, magni uidelicet antichristi præambulones. Atq; inde pulchre colligit
Ioannes, Hinc uero scimus nouissimum tempus esse.

E nobis profecti sunt, sed non erant ex nobis.

Christiani olim fuerant quos hic uocauit antichristos. Quod si tu Chronica & pri-
scæ ecclesiæ historias, Tertullianum q̄loq; Irenæum & Eusebium consulas, inuenies Si-
monem Magum, Menandrum, Saturninum, Basiliidē, Carpocratem, Cerinthum & He-
bionem, Ioannis floruisse temporibus. Et primos quidem duos à sectatoribus suis de lo-
co adoratos, posteriores autem Christi uel diuinam uel humanam negasse naturam. Ce-
terum cum Christianorum nomine se uenditarint hæretici obijcere quis potuisset, Cur
igitur uocas antichristos? cur ab illorum doctrina nos absterres, qui Christiana religio-
ne imbuti & que atq; tu sacro sunt fonte lauatis? Respondeat Ioannes, Infidiles nō eo, Chri-
stiani fuerūt, sed ē nobis exierunt, id est, à fide & uera religione descivuerūt. In caussa fuit,
quia nunquam fuerunt ex nobis, hoc est, Recensiti quidem sunt Christianorū numero
nomine & titulo, sed reuera nunquam crediderunt. Nam cum à pastoris uoce nunc ab-
horreant certe quales aliquando fuerint produnt. Verissime ergo dixit apostolus, Non
omnes qui sunt ex Israel sunt Israel, neq; ij filii dei sunt qui secundum carnem recensem-
tur, sed qui secundum promissionem.

Nam si fuissent ex nobis permansissent utiq; nobiscum.

Genio & natura uerae religionis probat quod hæretici nunquam fuerint in albo po-
puli dei et uerorum Christianorum numero. Quia si fuissent (inquit) de numero eorum
qui uere credunt, proculdubio nō potuissent agnitam abiurasse ueritatē. Nam ad quem
(inquit Petrus) ibimus domine? Verba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognoui-
mus quod tu es Christus filius dei uiui. Et Paulus in Hebreis, Fieri (inquit) nō potest ut
qui fuerint illuminati, gustauerintq; donum coeleste, &c.

Sed ut manifesti fierent, quod non sint omnes ex nobis.

Caussa est cur isti exciderint, oportuit enim triticū cribrari & uentilari paleam. Nam
& Paulus, Oportet (inquit) hæreses esse in uobis, quo qui probati sunt manifesti fiant
inter uos. Idem argumenti exquisitissime & copiosissime tractauit Paulus in 2. ad Timo-
th. cap.

Rom. 13.

Dan. 11.
2. Thes. 2.

Matth. 24.

Ioan. 10.
Rom. 9.

Ioan. 6.
Hebr. 6.

2. Cor. 11.

secundo capite, & post eum Tertullianus in insigni illo suo De præscriptionibus hæretorum opusculo.

Sed uos unctionem habetis à sancto illo & nostis omnia.

Ostenso periculo iungit consolationem, Maximum nobis ab hæreticis imminet malum, sed tuti agemus, si doctrinæ spiritus sancti indiuulse hæserimus. Nam quæcunque ad salutem sunt necessaria per istum nobis sunt prodita. Ad quem modum posteaquam apostolus Paulus satis graphice pinxit periculosa extremi sæculi tempora, ijsdem proportionis subiecit. At tu persistito in iis quæ didicisti & quæ tibi concedita sunt: & quæ se-^{2. Timoth. 2.} quuntur. Locus aliás est longe elegatissimus & huic nostro instituto conuenientissimus. Uunctionis autem uocabulo allusit Ioannes ad χριστα ueterum, typum sancti spiritus, quem hoc loco uocat τὸν καὶ γενόμενον, præposito articulo specificatio, designans non quemvis spiritum aut unctionem quamlibet sed illius promissi sancti & dei spiritus. Quod negotium mirum est quām docte absoluerit Dydimus in libris suis De spiritu sancto aeditis. Omnia nostis.) Synekdocha est. Nam omnia norunt fideles quæ nosse oportebat. Sunt enim & alia quæ ignorasse profuerit. Dicit enim propheta, Altiora te ne quæsieris, Eccl. 3. & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus illa cogita semper, & in multis operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessariū ea quæ abscondita sunt uidere oculis tuis. Vide 1. Corinth. 2. cap. & Roma. 11.

Non scripsi uobis quasi ignorantibus ueritatem, sed tanquam scientibus eam.

Quod si omnia tradidit spiritus, si omnia (ais) didicimus, quid opus erat tua institutio ne? Respondet Ioannes, Non scripsi in doctis & istarum rerum imperitis, sed sanè institutos uolui hac mea institutione excitare & currenti (quod dici soler) equo calcar addere.

Et quoniam omne mendacium ex ueritate non est. Quis est mendax nisi qui negat Iesum esse Christum?

Πλέοντες est & ἐπένδυσθε, id est præteritio & regressio. Nam & si dixisset istos omnia uidere, redit tamen & ueluti non uidentibus clarus ob oculos statuit antichristos, istos inquā (ut ut magna iactent) nullatenus esse de cœtu credentium, Idcū probat hoc syllogismo, Qui mendax est is ex ueritate non est. Ductum à repugnantibus. Sed qui negat Iesum esse Christum, is est mendax. Proinde qui negat Iesum esse Christum, is ex ueritate non est. Hanc uero ratiocinationem dilucidissimam quidem illam obscurant tropi & schemata. Nam mendacium per enallagen ponitur pro mendace, res pro persona. Quanquam & uehemēter flagitosos soleamus ipsum uocare flagitium, κατ' ἀληθούς. Veritas autem sumitur pro uero integro & solido, immo pro ipso uero dei populo, pro ueris dei filiis qui per ueritatem sunt filii. Ut nunc Ex ueritate nō esse, dixerit pro eo quod est, non esse de consortio uere fidelium. Porro h̄ negant Iesum esse Christum qui aut diuinitatem aut humanitatem in Christo negant aut qui non omnem in eo querunt plenitudinem uitam & salutem. Sed de hac re copiosius disputabitur in cap. 5.

Hic est antichristus, qui negat patrem & filium. Quisquis negat filium is ne patrem quidem habet.

Palam nunc edicit quid superioribus de antichristis differēs intellexerit. Est itaq; exegesis. Quasi dicat, Ex ipsis uero liquet istos esse antichristos dei hostes (nam antichristus cōponitur ab εὐτί aduersativa particula, & χριστός) qui filium aut contemnunt aut prophanant. Deum enim non hominem prophantan & aspernantur. Nam sicut pater suscitat mortuos & uiuificant, ita etiam filius quos uult uiuificant. Et quemadmodum pater Pater non iudi præter filium nihil agit, ita ne citra filium quidem iudicat (quo administrandi & regni cat quenquam. functionem uniuersam intelligimus) quenquam, quod & ipsum posuit pro quicquam. Est itaq; omnis administratio filii, qui est expressa imago substantię paternę, qui omnia Hebre. 1. moderatur uerbo potentię suę, in hoc ut omnes honorent filium sicut honorant patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem qui misit illum. Hæc trāscriptissimus

ex 5. Ioannis capite. Ea autem mirum in modum istorum detegunt impietatem qui uafro dogmate Christi diuinitatem negantes clamitant se isto modo diuinæ maiestati & gloriæ consulere ut inquam solus & unus adoretur deus. Sed ipsa ueritas aliud statuit, Este sanè unum & solum deum uerum adorandum, sed unum esse cum patre filium, ut qui nunc filiū adorat patrem non inhonestarit. Qui enim non habet filium (inquit apostolus) is ne patrem quidem habet. Per filium enim agnoscitur pater.

Vos igitur quod audistis ab initio, in uobis permaneat. Si in uobis permanserit quod audistis ab initio, & uos in filio & patre manebitis. Et haec est repromissio quam ipse pollicitus est uobis, uitam æternam.

Iam infert finalem conclusionem & id quod pñs persuasum cupit, ut inquam negligatis istorum nouis dogmatis ueritati spiritus indiuulse hæreant. Audierant autem ab initio sanctam apostolorum prædicationem, qua pure & simpliciter pñs prædicarant ex scripturis Christum, fidem, uitæ puritatem, & charitatem. In his igitur uult permanere & exerceri credentes. Hic uero admiscet honesto utile. Si (inquit) in uobis permanserit apostolica quæ & prophetica est doctrina, et uos in patre et filio permanebitis. Sed quid est in patre & filio permanere? Vitæ ætræ consortem esse. Nam sequitur, Et uita æterna est illa promissio quam promisit ihs qui persistenter in traditione ueritatis.

Hæc scripsi uobis de his qui seducunt uos.

Subinde planius aperit institutum ac consiliū suum, nempe, quod ista in hunc finem scriperit, ut imprudentiores à nouis abstraheret hæreticorum inuentis, uitam autem amarent ac tenerent religionem, utpote ueram & firmam. Sequitur enim,

Et unctio quam uos accepistis ab eo manet in uobis. Hinc non necesse habetis ut quisquam doceat uos, sed sicut ipsa unctio docet uos de omnibus, ita uerax est & nullum mendacium.

Sunt qui hunc locum sic exponant. Scio quidem nunc in uobis ut ueris dei filijs unitiōne manere; reliquum igitur est, detis operam ut semper maneat. Cæterum accomodatior forsan instituto apostoli fuerit hic sensus. Non est quod timeatis aut putetis spiritum sanctum alia nunc docere, alia uero olim docuisse. Nec est quod vereamini spiritum aliquādo cessaturum. Nam sicut unicus & æternus est ueritatis doctor, sic eius doctrina perpetuo sibi constat. Si autem hic est apostoli sensus, iam primo eos confutauit qui doctrinam suam, etiam à traditione apostolica esset alienissima, nihilominus spiritus sancti asserebant esse impulsum. Deinde uero allusio ad uerba saluatoris in Euāglio dicentis, Et ego rogabo patrem & alium patronum dabit uobis ut maneat uobiscum in æternum, spiritum inquam ueritatis. Huc faciunt & sequentia, quibus superior hæc sententia dilucidius exponitur. Hinc non necesse habetis ut quisquam uos doceat.) καὶ οὐ χρεῖαπέχεται &c. καὶ iterum est inferentis nota. Quasi dicat, Cum ergo spiritū perpetuum habeatis præceptorem, non est quod alienos uobis asciscatis doctores. Sed spiritui obedientes, istud pro certo uobis persuasum habetote, quod uera & infallibilia sunt quæcumque ille tradiderit. Porrò Catabaptistæ abutūtur hoc loco duplice nomine. Primo, quod per spiritum non intelligunt spiritum sanctum, sed melancholiā suam nescio quam, phanaticum scilicet spiritum, mentem aitonitā, & corruptissimi animi corruptissimas imò perplexissimas strophas. Secundo, quod spiritum sanctum separant à scriptura sancta. Quasi uero ueritas dei à deo separari possit. Aut quisquam sit qui nesciat ipsam etiam scripturam sanctam creberrime spiritum cognominari. Et quid obsecro est scriptura aliud quām instinctus spiritus sancti. Proinde noluit Ioannes istis uerbis tollere prædicationem aut prophetiam, sed à sufficientia quadam hæreticorum confutare dogmata. Non secus ac si tu dicas, Quæcumq; ad salutem sunt necessaria ea scripturis sunt prodita. Id si uerum est, ut sanè ueritate comprobari potest, iam nihil opus est alienis uel doctrinis uel doctoribus. Nam si dogmata uestra scripturis repugnant, falsissima sunt. Quis uero audiat mendaces? Si uero ea scripturis consentiunt, qui sit ut scripturis non omnem tribuat.

Ioan. 24.

2. Timoth. 2.

Heretici.

tributatis gloriam? Quid quasi de nouis rebus gloriamini? Et Tertullianus author est hæreticos ea retulisse ad spiritum, successiones & apostolorū traditiones, quæ scripturis firmare non potuissent. Verum configant (inquit) tale aliquid hæretici. Quid enim illis *Hæretici.* post blasphemiam illicitum est? Sed & si confinxerint nihil promouebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum apostolica comparata, ex diueritate & contrarietate sua pronunciat nec apostoli alicuius authoris esse nec apostolici. Quia sicut apostoli non diuersa inter se docuissent, ita & apostolici non contraria apostolis ædidiſſent: nisi illi qui ab apostolis descierunt & aliter prædicauerunt. Hæc ex opusculo De præscriptionibus hæretorum. Cuius equidem libelli lectionem tam familiarem omnibus Christianis cuperem quam est usitatum & crebrum hæretici nomen.

Et sicut docuit uos, manete in ea.

Illatio est & rerum disputatarum conclusio, miro ardore per repetitionem illata. Hæc enim per digressiunculam differuit aduersus nouatores & hæreticos de perpetua ueritatis doctrina.

Et nūc filiolī manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non pudefiamus ab eo in aduentu eius.

Qui capita Apostolicarum epistolarum distinxit nullam rationem contextus habuit, hinc factum ut coniuncta saepius discerpserit, disiuncta uero commiserit. Huius rei argumentum uidisti in initio huius secundi capituli: eiusdem generis est etiam finis. Cohæret enim cum materia capituli tertij. Nam redit apostolus & horrore iudicij, tēu à metu & pēnis hortatur ad puritatē uitæ. Quid enim aliud est manere in Christo quam ita ambulare sicut ipse ambulauit innocentissime? Et Christus ipse iudicij mentione hortatur ad constantiam, cum diceret, *Quemcūq; puduerit mei ac meorum sermonum in generatione hac adultera, pudebit illius & filium hominis cum uenerit iudicare.* Et per fiduciā (quæ est παραστάσια) non quamvis intellexit spem sed liberā confidentiā. Nam pudori opponitur, quo sit, ut attoniti ne loqui quidem aut possimus aut sciamus.

Si scitis quod iustus est, scitote quod om̄is qui facit iustitiam ex ipso natus est.

A Coniugatis & Natura rei duxit argumentum. Nam iustus & iustitia coniugata sunt. Et ita rerum natura comparatum est, ut genuini filii parentum referant naturam. Iam uero si sumus ex deo per fidē renati, & deus iustus est, certe fideles quoq; iustitiæ student & iusti sunt. Verba autem Scitis & Scitote miram habent cum gratiam tum uehemtiam. Videtur enim Apostolus eos perstrinxisse qui de iustitia dei multa & magna commentabantur imò garriebant, sed impie interim uiuebant. Germanus diceret, *Die ist eins, so wüßt' auch das ander.*

ARGUMENTVM CAPITIS III.

In eodē adhuc uersatur argumento, adhortās ad morū uitæ; innocētiā, maxime uero ad charitatē fraternā.



Iudete qualē charitatē dedit nobis pater ut filij dei nominemur.

CAP. III.

Amplificatione mira effert id quod iam dixerat nos esse natos ex deo, & commendat fidelibus beneficium & admirabilem charitatem dei. Sed charitatem dare dixit Ioannes pro eo quod est beneficiū exhibere & dilectionem aliquo præclaro facinore commendare. Beneficio autem dei proposito non minus trahit ad innocentiam quam iustitia dei superius commemorata. Sic enim natura comparatum est ut eos uicissim diligamus qui nobis benefecerūt. Et nominari filium dei est iuxta proprietatem sermonis Hebraici esse filium dei.

Propter hoc mundus non nouit uos, quia non nouit eum.

Hic locus planior fieri si adhibeas quartū caput prioris epistolæ Petri, quò postquam Christiani exo

ad innocentiam cohortatus esset, mox subiungit, Atq; id absurdum illis uidetur quod non accuratis una cum ipsis in eandem luxus refusionem, qui de uobis male loquuntur. Sed reddituri sunt ratione ei qui paratus est iudicare uiuos & mortuos. Eadem absurditatem remouet etiam hoc loco Ioannes, Nam hic est uerborū sensus. Scio equidem quanto contemptu eleuatorus sit mundus si uos perrexeritis uitam filijs dei dignam uiuere. Sed nolim quenquam eo ostendi contemptu. Nam qui ex deo est, is ex mundo non est. Sed mundus sua tantum nouit, ergo deum & diuina non nouit, & proinde mundus filios dei non potest non odire. Huc iam pertinet uerba Christi Iohann. 15. & 16. Illud quoque Pauli, Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo perseguitionem patiatur oportet. Iterum illud, Si hominibus placarem Christi seruus non essem. Illud quoq; D. Iacobi, Amicitia mundi inimicitia est cū deo. Quicunq; ergo uoluerit esse amicus mundi, inimicus dei constituitur.

2. Timoth. 3.
Galat. 1.
Iaco. 4.

Charissimi, nunc filij dei sumus & nondum apparuit quod futuri sumus.

Iterum extollit amplificatione per comparationem Christianorum dignitatem, quo minus mouetur si contemnatur a mundo. Comparatio autem in hoc consistit quod nunc quidem filij dei dicimus: uerum id quidem paruum esse, quantumuis per se magnum sit, si ih̄s conferas quae post hanc uitam parauit deus diligentibus se. Huc fortassis quadrabit illud Apostoli, Siquidē sumus filij dei certe cum eo etiam patimur, ut & cum eo glorificemur. Atqui afflictiones praesentis temporis impares sunt ad futuram gloriam collatae, quae reuelabitur erga credentes. Sed quae obsecro est ista gloria: quid orō futuri sumus? Respondet nunc & ait:

Scimus autem quoniam si apparuerit similes illi erimus, quoniam ui debimus eum sicuti est.

2. Timoth. 2.
Roma. 8.

Apparet autem nobis Christus cum hinc per mortem nos ad coelestia traducit gaudia, cumq; orbem iudicaturus uniuersum, omnem resuscitat carnem, ut totus & integer homo, aeternum cum deo uiuat. Tunc similes ei erimus liberati adfectibus morbis uarijs corruptionibus absoluti autem erimus & perennes. Tunc uidebimus eum sicuti est, id est ad satietatem eo fruemur. Plura de hac re lege in: Pauli ad Corinth. 15. cap. & in epistola ad Philip. 3. & Coloss. 3. cap.

Iohann. 5.

Et omnis qui habet haec spem in eo purificat se, sicut & ille purus est.

Supra cap. 1.

Ex praestructis colligit nunc omnes fideles puritatem colere uitæ. Nam qui nouit & credit uitam sempiternam eamq; hac uita praestantiore esse, is se purificat, hoc est abstinet a concupiscētis carnis. Propterea quod deus purus est & nemo illi nisi purus cohabitare potest. Sed & indignum est, ut is qui ad tantum destinatus est regnum quiq; tantarum opum haeres adoptatus est se omni polluat impuritate.

Peccatum &
iniquitas.

Omnis qui committit peccatum, idem & iniquitatem committit, & peccatum est iniquitas.

Sic scripsit Ioannes, Πάτερ των ἀμετίας, καὶ τὴν ἀνομίαν πέπει. Et omnis difficultas in ipsis duabus consistit uocibus, αμετία & ανομία. Et prius quidem solet nonnunquam usurpari pro uitio & infirmitate, hic porrò grauius quidpiam sonat, nempe scelus & flagitium, cum uidelicet pecco non nescius quam fecdam rem patrem. Posterior non multum abest a priori, Nam νόμος lex est, ανομία autem transgressio & legis praeuaricatio, summa uidelicet iniquitas, cum sciens & uolens pereo. Iam igitur haec erit apostoli sententia, Qui autem Christiana religione imbutus aeternam uitam credit & nihilominus perstat in immunditia, is sane infirmus dici non potest, sed contemptor uerius est legum pietatis & innocentiae proditor. Ut sit confutatio istorum qui sceleribus suis blandientes & se se sanctimoniae titulo uenditantes, publica crimina solent infirmitates errores & uitia quædam nominare. Nam protinus subiecta sententia impuros istos afflissime urget, Et peccatum est iniquitas. Hoc est, Et quod in impuritate perstat, nemo illi

illi pro errore imputare potest, sed summa est iniquitas. Germanice, Vnd diß sin laſterhaft läben iſt ein fräuel vnd mǖt will.

Et scitis quod ille apparuit ut peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet non peccat: omnis qui peccat non uidit eum nec cognovit eum.

A causa incarnationis dicit argumentum, ut ad innocentiam trahat. Potissima (inquit) incarnationis causa fuit ut peccata nostra tolleret filius dei. Tolleret inquam, id est hostia corporis sui expiat: deinde ut pura doctrina & sancto uitæ exemplo scelera aboleret, non equidem ut non agerent in hominum mentibus, sed ut sanctificati & fideles expurgarent se indies ab ipsis, neq; permitterent imperium. Huc iam quadrant^{15.} cap. Ioannis, & 2. Pauli ad Titum. Porro ex genio credentium & exemplo Christi denuo colligit eos qui uere pñ sunt non peccare, id est, non perfidare in immunditia. Nam prius audiimus peccatum hoc loco non usurpari pro errore humano, sed pro iniquitate quæ est ex perfidia. Proinde sensus est, Omnis qui fide adhæret deo, is non perseverat in impuritate: ergo quicunq; perseverat deo non adhæret, immo nunquam illum uel uidit uel cognovit. Metacopeikos pro eo quod est, dei negotium nunquam intellexit.

Filioli mei nemo uos seducat.

Referuntur hæc non tam ad præcedentia quæ consequentia. Est enim exclamatio quædam, ueluti & illa, Qui aures habet ad audiendum audiat. Igitur uero excitantur auditorum animi, ut ea quæ dicuntur diligentius perpendant. Et μηδεὶς infinite significatio nis est, non tam ad personam quæ res quasuis respectans. Cauete ne ulla res uos seducat. Nam plurima sunt quæ innocentiae studentem remorantur. Hinc Apostolus post istam Epicureorum sententiam, Edamus & bibamus cras enim morimur, mox subiungit, Ne decipiāmini. Corrumptūt mores bonos colloquia praua. Matth. 13.
1. Corinth. 15.
Ibidem.

Qui exercet iustitiam iustus est, sicut & ille iustus est.

Iterum à coniugatis dicit argumentum, ad hunc sensum, Qui operatur iustitiam is certe iustus est, non is qui multa garrit de iustitia. Hoc enim est quod monui, ne quis sibi ipse imponat, uel ab alijs falsa specie seducatur. Fucum atq; hypocrisim odit deus, ueritatem exigit ac iustitiam, diuinam quidem illam, hoc est, diuinitus profectam & ad illius exemplar formatam, non ab homine uel per hominem inuentam. Ideoq; additur hoc loco, Sicut & ille iustus est. Et in Evangelio: Nisi iustitia uestra plus abundarit quæ scribarum & pharisæorum, &c. Matth. 5.

Qui committit peccatum ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat.

Antithefis est, ab authore & factorum similitudine sumpta. Quemadmodum ille iustitiā facit qui ex iusto deo natus est: ita qui peccat, ex diabolo natus est. Nam sicut deus sanctus est & iustus, & sanctimoniae & iustitiae fons: ita diabolus omnis iniquitatis author, Ioannis s.

Ad hoc apparuit filius dei ut dissoluat opera diaboli.

Magno & graui pondere repetitur causa incarnationis dominicæ. Et quod superius dixerat, Apparuit ut peccata nostra tolleret, id nunc paulò planius dicit, ut dissoluat & aboleat opera diaboli. Huius autem opera mors peccatum & impietas, in mundum subintroit. Sed per Christum ea iterum elata sunt. Roma 5.

Omnis qui natus est ex deo peccatum non committit, quoniam semen ipsius in eo manet & non potest peccare, quod ex deo natus est.

Ex genio & natura rei argumentatur. Clarius item exponit quod iam iam duobus dixerat uerbis, Qui in eo manet non peccat. Nam hic subdit causam, Quoniam semen ipsius (inquit) in eo manet, ut non possit peccare, cum ex deo natus sit. Alludit enim ad seminis naturam quæ ea referunt quæ ex eo nascuntur. Proinde cū deus sit purus, conse

1.Pet.1.

quens est ut & filii dei sint puri. Semen autem est uerbum dei uirtus & ueritas. Nam Petrus, Diligite (inquit) uos inuicem impense & ex puro corde: renati non ex semine mortali, sed ex immortali, per sermonem uiuentis dei & manentis in æternum.

In hoc manifesti sunt filii dei & filii diaboli. Omnis qui non facit iustitiam non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum.

Veluti epilogi superiora colligit & transitu quodā, mira arte, ad charitatis negotium transfit. Hactenus enim de iustitia & puritate uitæ differuit. Horum summa est. Quemadmodum filii diaboli impuritate iniustitia & omni iniquitate patrem referunt: ita filii dei puritate iustitia & omnigena sanctimonia referunt deum patrem. Proinde qui filii dei, id est ueri Christiani sunt, pie quoq; uiuunt & semper innocentiae student. Hic autem alterum huius epistolæ statum charitatem uidelicet annexit, ut unica sententia utraq; complectatur capita. Fratres uero uocauit ex more Hebraico quos nos uocamus proximos socios contribules ciues Christianos. Nam Christiani initio & discipuli & fratres appellabantur. Antiochiae cœpere dici Christiani.

Quoniam hæc est annunciatio quam audistis ab initio, ut diligatis uos inuicem.

A capite doctrinæ & religionis Christianæ dicit argumentum, ut ad charitatem incendat. Simul & superiorum caussam reddit. Quemadmodum uero unica & præcipua Christianorum nota est puritas uitæ, ita & charitas. Nam ita dixit saluator in Euāgeliō, Præceptū nouū do uobis, ut diligatis inuicem: Sicut dilexi uos ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoscunt omnes quod discipuli mei sitis si charitatē habueritis inter uos mutuam. Quibus uerbis utrobiq; eodem filio ductis discimus Ioannem unice studuisse ut q; propriissime imitaretur characterem & docendi modum Iesu Christi. Nam sicut ille in Euāngelio dixerat, In hoc cognoscet, &c. Ita Ioannes hoc loco dixit, In hoc sunt manifesti filii dei. Et sicut ille testabatur, se nouum præceptum, id est, præcipuum & præclarum in quo omnia essent comprehensa præcepta, orbi traditurum. Ita Ioannes, Hæc est annunciatio (inquit) quam audistis ab initio, &c.

Non sicut Cain qui ex illo malo erat, & occidit fratrem suum.

Proponit exemplū iusti & iniusti, filii dei & filii diaboli ex Gene. cap. 4. Exemplis autem nihil est in docendo nobilias, nihil apertius & quod magis moueat. De qua re post Fabium elegantissima scripsit Erasmus in 2. Copiæ.

Et propter quid occidit eum? quia opera eius mala erāt, fratris autem eius iusta.

Caussam cædis obiter aperit & cædem ipsam amplificat. Opera autem posuit pro omnibus affectibus & studijs. Evidenter mala mens malus animus. Et sancti dei nulla alia caussa cæsi sunt semper quam iustitiae gratia, 1. Pet. 4.

Ne miremini fratres si odit uos mundus.

Ideoq; cum ab ipso mox (inquit) mundi initio pium occiderit impius, minus mirandum est si uel nostris temporibus pietas atq; pñ pariter exibentur ab impijs omnibus. Nihil noui aut inusitatius usu uenit fidelibus qui multis exemplis præmuniti, didicerunt quod per multas afflictiones pateat uia in regnum dei. Est autem species quædam occupationis & epanaphoræ. Nam huius rei meminit & per initia cap. 3.

Nos scimus quod translati sumus de morte ad uitam, quia diligimus fratres.

Consolationis loco subiiciuntur hoc sensu, Iam et si contemnat adeò & occidat mundus, tamen nos de æterna salute certi sumus. Maximam enim & indubitatam certitudinem expressit uerbo præteriti temporis. Etenim non dixit, Transferemur, sed Translati sumus. Sicut & Ioannis 5. Amen amen (inquit Christus) dico uobis qui sermonem meum audit & credit ei (sic enim exponit quid per audiendi uerbum intellexerit) qui misit me,

Ioan.6.
Acto.13.

Ioan.13.

Exempla.

Hebre.11.

Acto.14.

me, habet uitam æternam; & in iudicium (hoc est pœnam) non ueniet, sed transiuit de morte ad uitam. Addit conditionem apostolus, Quia diligimus fratres, ɔ̄ti autem uarie usurpatur in scripturis quemadmodum & Hebræorum 7. Nam in hisce uerbis Christi, Et dedit ei potestatem iudicandi quoq; quia filius hominis est, Quia, usurpatur pro Etsi, licet sit filius hominis, homo uerus, attamen diuinam quoq; usurpabit functionem ut appareat quod & deus uerus sit. Vel quia ille filius hominis est quo de dixit Daniel in cap. 7. In præsentiarum ponitur pro dummodo: ut sit sensus, Translati sumus de morte ad uitam, modo diligamus fratres, id est, si modo uere credamus. Nam signum uerae fideli est charitas ex puro corde & conscientia bona & fide non simulata. Neq; uero temere uisus est ista metalepsis, partim ut notaret se loqui de fide quæ per charitatē est efficax, partim ut continuaret disputationem de charitate. Nunc enim sequitur.

Sic inquā æterna erit, ut in iudicium non ueniat.
Ioan. 5.

1. Timoth. 1.

Galat. 5.

Qui non diligit fratrem manet in morte.

A pœna & mulcta deterret ab odio & hortatur ad charitatē. Est enim ueluti antithesis ei opposita sententia, Nos translati sumus de morte ad uitam. Et Christus Ioan. s. Nisi (inquit) credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis uestris.

Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quod omnis homicida non habet uitam æternam in se manentem.

Probat eum manere in morte qui odit proximum, probat autem syllogismo ex contrarijs ducto ad hunc modum, Omnis homicida nō habet uitam æternam in se manentem. Omnis qui fratrem odit homicida est. Proinde omnis qui fratrem odit, non habet uitam æternam in se manentem. Per odium uero intellexit omnia quæ odium post se trahit, & quæ Ouidius inuidiam describens probe annumeravit libro Metamorph. 2. Huc refer omnia quæ aduersus cædes prodiciones inuidiam & lites in scripturis dicuntur. Quod si miraris qua ratione homicidam uocarat apostolus eum qui odit fratrem, consule uerba Christi apud Matthæum in 5. Audistis quod dictum fit ueteribus, Non occides, &c. Eodē loco dixit Christus, Quicunq; uiderit uxorem proximi, & concupuerit eam, iam moechatus est cum ea in corde suo. Item de Abraham uolente filium mactare, nec tam men mactante scribitur, Quia fecisti hanc rem & non pepercisti filio tuo. Ex quibus omnibus colligimus & destinatam uoluntatem reputari à deo pro ipso opere. In qua sententia fuerunt & illi apud gentes qui dixerunt, In magnis & uoluissit sat est. Poterat & ɔ̄ūs̄r̄s̄ uideri, Nam hoc tropo dicimus occisum qui sit cæsus, exanimatum qui sit dolore affctus, & reuixisse qui spem repererit. Porro in morte manet qui agit uitā flagitijs undiq; scatentem, ex quibus existit mors. Proinde uitam æternam in se manentem non habet qui sceleribus palam declarat q̄ nihil fidei (quæ uita est fidelium) gerat in pectore. Qui enim fratrem odit & cædit, is animū qualis sit prodit, prophanus scilicet & impius. Sic inquam constat homicidam non habere uitam æternam in se manentem. Ideo uero hinc non sequitur, ergo omnes homicidæ damnabuntur. Nam Dauid & latro euangelicus 2. Reg. 12. homicidæ fuerunt. Ettum quidem non habuerunt uitam in se manentem cum opera patarent mortis. Vita enim hominis fides est, cædes ex perfidia est. Cæterum fideli pœnitentia & innocentia reparari potest.

Per hoc cognouimus charitatem quoniam ille animā suam pro nobis posuit, unde etiam nos debemus pro fratribus animas ponere.

Occupatio est. Nam hæc est apostoli mens. Mirabitur forsitan aliquis quomodo fratres sint diligendi, quis inquam sit modus & quæ sit ratio charitatis Christianæ. Is ergo sciat Christum Iesum huius negotij esse absolutissimum exemplar. Hic uero pro nobis mortuus est, unde consequens est Christianorum charitatem debere esse summam, ut pote quæ & uitam debeat fratribus, qua tamen nihil in orbe habemus nobilius aut charius. Quidem (inquit Christus) dabit homo cuius permutatione redimat animā suam? Matth. 10. Allusit autem apostolus ad ista saluatoris uerba in Euangilio, dicentis, Hoc est præceptum meum, ut diligatis uos in uicem, sicut dilexi uos. Maiores hac dilectionem nemo habet, ut quis animam suam ponat pro amicis suis. Animam uero usurpauit pro uita. Deinde

animaduertendum & illud quod Per hoc, dixit pro eo quod est In hoc, & hac ueluti certissima nota didicimus quæ sit charitatis ratio quod ille suam nobis impedit uitam. Germanus ita redderet, Darby habend wir erlernet der liebe art.

Qui uero habuerit substātiā mundi, & uiderit fratrem suum egenem, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo?

Contrario exemplo sese clarius exponit, & à comparatis arguit. Si (inquit) terrenas opes fratri non impartiris, quæ interīm instabiles temere & disperduntur & congregantur, quomodo uitam tuam tui nobilissimā portionem, quæ semel amissa recuperari non potest, egenti impendas? Nulla itaq; in te charitas dei, dei inquam, quæ diuinitus inspirata uel ad exemplum Christi filij dei formata sit. Verba autem apostoli planè sunt pathetica & quæ ad misericordiam pium solicitare possint animum. Paria, & si non adeò elegantia & euidentia legere est Iacobi 2. Sed longe comptiora apud Lucam in 16. ubi hæc

Viscera. res diuitis & Lazari tragœdia ceu hypotyposi quadam oculis lectorum subiicitur. Viscera autem dicūtur omnia interiora hominis ut sunt præcordia cor pulmo iecur. Quia uero in præcordijs, ut Platonici quoq; volunt, affectuum sedes est, hinc usurpantur viscera pro rebus ipsis quas continent concupiscētia ira dolore gaudio, hoc sane loco pro misericordia. Est enim metonymia.

Filioli mei ne diligamus uerbo, neq; lingua, sed opere & ueritate.

Sententia est elegans qua totum proponitur charitatis negotium. Et uerbo quidem mira gratia opposuit opus, linguae ueritatem. Sic enim omnem excludit hypocrisin, & id asseuerare uult quod Iacobus apostolus istis uoluit uerbis, Quod si frater aut soror nudifuerint & egentes quotidiano uiatu, dicat autem aliquis uestrum illis, Abite cum pace, calescite & saturamini, non tamen dederitis illis quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? Iacobi 2. Ad ornatum & gratiam dictio nis pertinet & illud quod sententia hæc Ioannis & epiphonematis speciem habet & apostrophes figuram.

Per hoc cognoscimus quod ex ueritate sumus.

Ex ueritate sunt qui uere sunt filii dei. Nunc enim per enumerationem quandā expōnit commoda Christianæ charitatis, id est, quid utilitatis ī percipiāt qui uere diligūt. Locus est ab honesto & utili. Si (ait) uerē & ipso opere præstiterimus charitatis officia, hoc ipso, ceu infallibili indicio comprobabimus quod uerē credimus. Vide Matth. 25.

Et in conspectu eius suadebimus cordibus nostris.

Pertinet & illud ad præsens charitatis commodū, quod cum ad tribunal iudicis eundum fuerit nobis nihil timendum sit, eo quod conscientiae nostræ sint pacatae, utpote de nulla sibi hypocrisi conscientia. Et lectio Græcanica longe planior est, καὶ οὐ προσθετὸν τὰς κακάς ἡμῶν, Εμπροσθετούero Coram significat, ueluti si quis ad cōspectum statuatur iudicis. πείθω plura significat pareo, morem gero, suadeo & persuadeo, item placō, ut Matthæi 28. Ibi enim dicunt principes Iudeorum, Dicite quod discipuli eius nō te uenerint & sustulerint eum, uobis dormientibus. Quod si hæc res apud præsidem in accusationem uenerit, οὐδὲ πείσομεν πειθόν, nos placabimus eum, οὐδὲ νοῦσον τηρούμεν, & uos omni culpa & periculo liberabimus. Ita hoc loco quadrantius fuerit, Placati erimus in cordibus nostris. Cor autē affectuum sedes pro ipsis ponitur affectuum motibus. Id quod in scripturis frequentissimum est. Fructus itaq; ueræ charitatis & religionis est tranquilla mens, pacata & sibi bene conscientia conscientia. Quia nihil est in uita iucundius. Quod multis aliās sententijs inculcauit & Hebræorum sapiens Solomon.

Quoniam si condemnnet nos cor nostrum, maior est deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non condemnnet nos fidutiam habemus erga deum.

Hic locus admodum obscurus est, sed luce clarior fiet, si ὅτι τέλη uertamus Quod si. Nec ignoro ὅτι utrumq; significare & Quoniam & Quod. Cæterum filum orationis ostendis

Ostendit utrum ex ipsis diligendum sit. Evidem particula Quoniam siue Quia, caussa lis est: sed nulla caussalis huc quadrabit. Quod, frequentius ordinat membra, proinde cum duo hic iungantur membra, Si condemnet, & Si non condemnet, quadratus erit. Quod. Deinde uerisimile est orationi subesse apiopefin, siue ut planius & magis propri loquar eclipsin, hoc est defectum, qui sic possit sarciri. Dixi de tranquilla mente & conscientia pacata. Quod si quis ista (ut sit occupationis species) ceu exigua & nullius momenti res contemnat creditur conscientiae motus supprimi atque dissimulari posse, is sciat deum (id enim est deum corde nostro maiorem esse) affectuum quoque deum esse, hoc est, talem qui abdita etiam cordis rimetur adeoque norit omnia, ut huc nihil secretorum lateat. Huic loco duo alii ancillantur. Prior est apud Ioannem in 10. Et pater qui dedit mihi oves, maior omnibus est: id est uere maximus summus & super omnes est. Posterior apud prophetam est in Psalmo 93. Qui plantauit aurem non audiet: & qui fixit oculum non considerat: Alii hunc locum sic exponunt, Quod si animus noster nos accuseret ac damnet, fortior deus qui liberet & saluos faciat. Sed quorsum referemus, Et nouit omnia: Nunc enim non dicam quod hoc sensu utramque membra coinciderent. Atqui priori sententiae multo concinnius addes nunc membrum posterius, Charissimi, si cor nostrum, &c. Cuius sensus erit. Ceterum si posito fuso & sublata hypocrisi in uera charitate ambulauerimus ut conscientia nostra nos non possit simulationis & mendacij conuincere iam libere cum deo agemus. Id enim opponit ihs qui quoniam hypocritae sunt, cum deo (qui omnia nouit) libere agere non possunt.

Et quicquid petierimus accipimus ab eo.

Est & hic peculiaris uerae charitatis fructus, quod quaecumque petierimus accipiemus ab eo. Allusit autem ad uerba Christi Matth. 5.7. & Ioan. 15. & 16. At ne quis offendatur adhibeat & hanc Iacobis sententiam, Petitis & non accipitis, eo quod male petatis ut in uoluptatibus uestris insumatis. *Iaco. 4.*

Quoniam præcepta eius custodimus & ea quæ sunt placita coram eo facimus.

Causa est sed magis repetitum propositum, sicut & illud, Hic erat in principio apud *Ioan. 10.* deum. Nam *ouer* exponentis est & repetentis probationem ueluti conclusionis causam. Veluti si dicā, Omnis uirtus est beata, Veritas est uirtus, ergo ueritas est beata, quia uirtus. Sic in Euangelio, Deus est ab initio, & uerbum est ab initio, ergo uerbum deus, quia hoc erat ab initio. Ad hunc modum hic quoque colligit, Qui uere diligunt omnia quæ a deo petunt accipiunt. Nos diligimus, ergo omnia accipimus, quia diligimus. Nam idem est præcepta seruare & diligere, *Roma. 13.* Sequitur.

Et hoc est præceptum eius, ut credamus nomini filii eius Iesu Christi, & diligamus nos mutuo, sicut dedit præceptum.

Quia meminerat præceptorum, ideo nunc omnem mandatorum summam in duo colligit capita, in fidem scilicet & charitatem. Fide agimus cum deo, sed charitate cum proximo. Porro charitatis neruus uis & anima, fides est. De nomine uero, quod pro maiestate, gloria & uirtute dei accipitur, alii saepe monuerunt.

Et qui seruat præcepta eius, in illo manet, & ipse in eo. Et per hoc scimus quod manet in nobis, è spiritu quem nobis dedit.

Duplici nota & gemina sententia docet nos esse Christianos qui charitati studemus & innocentiae, qui huius epistolæ capulus est. Prior sententia est, Qui deo fidit & proximos diligit uere cum deo consentit ueruscum est Christianus. Sicut pluribus audisti in superioribus. Posterior uero sententia existit ex priore, Nemo autem de consensu & amicitia dei nobiscum inita dubitare potest nisi qui nescit spiritum sanctum in corda nostra missum qui testetur nos esse filios dei. Ita nunc nemo proprijs uiribus seruat mandata. *Roma. 8.* Deinde qui Christi sunt spiritum Christi habent, qui autem carent in non sunt eius. *2. Corinth. 10.*

ARGUMENTVM CAPITIS IIII.

Interferit quedam de probatione spirituum, deinde uero redit ad charitatem, ad quam hortatur multis quidem argumentis.

C A P. IIII.



Harissimi ne cuius spiritui credatis, sed probate spiritus an ex deo sint, quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum.

Digreditur apostolus. Nam suspenso charitatis negotio disserit de probatione spirituum occasione sumpta ex fine cap. . Erant enim tum quoque plurimi, qui suam mendacia spiritus titulo uenium exponebant. Aduersus istorum imposturam præmunit fideles, & monet ne cuius credant spiritui. Spiritus autem significat reuelationem siue dogma (metonomycē) non ipsum tantum dei spiritum. Est enim & spiritus malus ac mendax. Et Paulus, Spiritus (inquit) prophetarum prophetis subiectūtur. Posuit enim spiritum pro doctrina sensu & mente enarratoris. Ea mens & is sensus prophetis subiectūtur, ut si cui uel melius uel appositiū sit reuelatum ille protinus mentem in melius mutet. Et in 1. ad Thessal. epist. cap. . Idem, Spiritum (inquit) ne extinguatis. Deinde se se exponit & subdit, Prophetias ne aspernemini. Quasi dixerit, Per spiritum intellexi prophetias hoc est dona spiritus maxime uero scripturarum expositiones. Ergo censes Paulē, omnia citra delectum à fidelibus esse suscipienda dogmata? Respondet, Omnia probate, & quod bonum fuerit tenete. Ita Ioannes quoque, Charissimi (ait) ne cuius spiritui credatis, sed probate spiritus an ex deo sint. Caussa, Quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum. De quibus audisti in 2. & nonnulla audies paulò post. Recte porrò monent grammatici τέλος οἱ λαττιπάτη who cum alijs nominibus proprijs maxime, compositum similitudinem ferē significare, ut φίλιπποι who qui similitudinem quandam gerebat regis Philippi. Vocavit igitur pseudoprophetas apostolus qui cum re uera non sint prophetæ, aliquam tamen propheticam præse ferant speciem. Vide Ierem. in 23.

Per hoc cognoscite spiritum dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo est. Et omnis spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo non est.

Confiteri.

Θυτηφορά est. Nam tacite occurrit quæstioni & simpliciorem omni cura liberat, ne is per ignorantiam & imprudentiam ab argutulis istis seduceretur. Quod si (ait) necis quæ sit spirituum discretio, aut quæ nam dogmata uera sint quæ falsa, hanc tibi sumito regulam, Omnis spiritus qui confitetur Iesum, &c. Ista autem uerba apostoli plus habet in recessu quam fronte promittat, ideoque diligentius excutiens singula. Princípio confitentur qui uere & ex animo credunt. Confiteri enim aliás laudare significat, & gratias agere, ut in Psalmis, & fateri, ut Iaco. Confitemini alterutrum peccata, & orate pro uobis inuicem. Nam hæc sententia refertur ad superiora: quasi dicat, Quod si mutuæ inter uos fuerint similitates age quicunque suam culpam ingenue fateatur, & cōdonet alteri offensam, & orate pro uobis inuicem ut salui sitis. Nam & inuidia mens & similitate exulcerata non conducit ad sanitatem corporum. In præsentiarum Confiteri est ex certa animi persuasione immo ex perspectissima quadam πλεοφορίᾳ rei certissimæ & indubitate fidei, huic inniti, eamque ut certissimam & uerissimam palam & intrepide profiteri. Sic enim tradidit ista & ante nos diuus apostolus Paulus in Hebræis cap. . & in Roma. cap. . de nique ipse Christus Matthæi . Deinde In carnem uenire suo more & schemate dixit pro eo quod est hominem induere & in humanis agere. Nam idem in historia dixit, In sua uenit, & sui eum non receperunt. Id est, Semen Abrahæ induit & inter fratres suos conuersatus est, uerum illi negabant illum esse istud semen promissum. Porro Arrius & Hébion (inquires) aliaque hæreticorum monstra, confessi sunt Christum in carnem uenisse, ergo ex deo nati sunt. Respondeo. Etsi humanam in Christo naturam non negarint, tamen non crediderunt neque docuerūt Christum in carnem uenisse. Nam duo sunt quæ hic significantur, alterum quod fuerit ante carnem, & alterum ipsa caro. Aliud enim est ad quod uenitur, & aliud quod uenit. Itaque necessum est id fuisse aliquid priusquam uenit

nerit quod in carnē uenit, Christus itaq; Iesu id est persona in diuinis filiū, uenit in carnem, id est, hominem induit, & uenit in carne, id est, tanquam homo conuersatus est. Id quod hæretici non confitentur. Ex quibus liquidoliquet Ioannem cum aduētus in carnem meminit non loquutū esse de humana tantum natura, ut uideri poterat, sed de toto Christo uero deo & homine, sicut est una persona in duabus manens diuersis substantijs. Nam notus est orthodoxorum consensus iuxta quē ita confitemur, Vnus est Christus non conuerſione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in deum. Vnus inquam non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Ita nunc commodissime intelligemus per carnem totum illud negotium quod deus egit in assumpta carne. Tum sanè hic erit apostoli sensus. Omnis doctrina quę huc unice spectat, ut doceat Iesum Christum dei filium hominis factum esse filium & in humana natura nobiscum fuisse conuersatū, mortuū, resuscitatū, et ccelos assumpatum, illū in quam ipsum illū esse sacerdotem & sacrificium mundi unicū: hoc est, redēptionem, salutem, & ueritatem æternam, ea doctrina proculdubio ex deo est. Quę autē contrariū agit, ea prorsus ex deo non est. Et hac ratione neq; Arriū neq; Macedonij neq; Photini neq; Pelagiū neq; Pontificiorum doctrina omnis ex deo erit. Nam si nostris uiribus & inuentis paratur salus, iam Christus frustra passus est. Galat. 2. En habes regulam quo probes omnia omnium dogmata.

Et hic est ille spiritus antichristi, de quo audistis quod uenturus sit, & nunc iam in mundo est.

Alludit ad ea quę audiuimus in cap. 2. eaq; dilucidius exponit. Vnde nos discimus antichristi spiritum et uim cœpisse apostolorum temporibus, sed nostris omnino abſolutam esse. Nos enim uidimus Turcicā fidem ex Arriū et Nestorij hærefibus collectam, extremis blasphemis Christum proscidisse. Vidimus & hisce auribus audiuimus pontificia religione, hoc est indulgentijs, satisfactionibus, missis, diuorum cultu, monasticis uotis, alijsq; id genus humanis inuentis Christū adeo obsoleuisse ut uix centesima humani cordis portio ei fuerit dicata amplius. Quid ergo restat aliud quām ut immani truculenta & sœuissima antichristi (quæ certo imminet ac irruit) persequitione superata, expectemus iustissimum uenturum iudicem?

Vos ex deo estis filioli, & uicistis eos.

Mitigatio est, species quædam correctionis, qua consolatur in discriminē constitutos. Similis ei quam habuimus in cap. 2. Sed uos unctionē habetis, &c. Nam hic est uerborum sensus, Monitione hac forsitan nō erat opus apud uos, qui ex deo nati estis & spiritum dei arrabonem habetis, qui cum sit spiritus ueritatis & constantiæ non permettit ut uos quoquis uento doctrinarum circumagamini. Porro de enallage quę subest uerbo Vicistis annotauimus in cap. 2. Eos refertur ad antichristos.

Quoniam maior est qui in uobis est, quām qui in mundo.

Causa est. Nō uincetis uestris uiribus neq; uestro robore uicistis si quid uicistis, sed dei auxilio, qui spiritu suo animat & confortat ecclesiam suam. Dicit enim Christus in euangelio, Spiritus ueritatis ducet uos in omnem ueritatem. Non enim relinquam uos Ioan. 14. orphanos sed alium cōsolatorem dabo uobis, illum ueritatis spiritum. Item, Non est ut Luce. 21. anxie de defensione fitis solliciti: nam ipse dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere neq; resistere omnes qui aduersabuntur uobis. Et apud Ioannem, In mundo afflictionem habetis, sed bono animo fitis ego uici mundum. Recte igitur & proprijs fine dixit apostolus, Non est quod astus & uires istorum timeatis. Deus enim uobiscum est qui solus fortis & omnipotens est. Vide Isaiam in 51. & Paulum in Rom. cap. 8. item Sapientiæ 7.

Ipsi ē mundo sunt, ideo ē mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus. Qui nouit deum audit nos. Qui nō est ex deo, non audit nos.

Iam uero ne quis offenderetur multitudine & prosperitate errantium pulchram subiicit antithesim, qua & caussas utriusq; religionis & doctrinę ostendit. Christiana ex deo est, sectatores eius coelestes hinc in orbe paucissimos habet ueros cultores. Nam mūdus est terrenus, terrena ergo diligit. Sed hominum inuenta & hæreticorum dogmata sunt terrena, impio stulto & cæco homine orta: quo fit ut impius stultus & cæcus mūdus amplexetur imò impensius sectetur mūdana siue humana quām coelestia. Allusit autem ad uerba Christi quæ extant in euangelio Ioan. cap. s. & 15.

Per hoc cognoscimus sp̄iritum ueritatis & spiritum erroris.

Clausula est. Veluti diceret, Et haec tenus quidem de probatione spirituū disseruimus.

Charissimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex deo est.

Absoluto negotio de probādis spiritibus redit ad institutum atq; ad charitatem hor-tatur, inde enim digressus erat in fine cap. 3. Nunc uero ducit argumentum à caussis. Diligamus (inquit) nos inuicem, quia charitas ex deo est, res sancta & diuina est, illaçp ipsa charitas illud præcipuum dei mandatum est.

Et omnis qui diligit ex deo natus est & cognoscit deum. Qui nō diligit non nouit deum. Quoniam deus charitas est.

Pertinent hæc ad superiorem argumentationem. Idem enim clarus reddit antithesi posita ob oculos. Et filij genium referunt parentum, Id quod supra ostendimus. Deus autem charitas est, κατ' αὐτούς. Nam hominē prostitutæ impudentiæ appellamus impudentiam, hominem impense clementem clementiā. Eodem modo & ratione eadem dixit Ioannes deum esse charitatē, qui & aliás exemplar est charitatis, iam enim sequitur.

In hoc apparuit charitas dei, quod filium suum unigenitū misit deus in mundum, ut uiuamus per eum.

Dixerat deum esse charitatē, id uero nunc probat ex actis, ut nihilominus exemplum sit quo credentes ad charitatem (ut postea audiemus) trahuntur. Porro singula uerba pondere quodam & matura quadam grauitate mirifice urget Lectores, mirifice item & supra quām dici possit proprie incomparabilem dei erga nos charitatem describit. Verum hoc (ait) arguento probauit nobis deus charitatem suam qua deperit in huma-num genus quod filiū suum misit. Nam ipse dominus Iesus in Euangelio dicit, Sic deus dilexit mundum, ut daret filium suum pro mundo. En tibi, filium suum dedit nobis.

Ioan. 3. Magnus æstimatur & merito Abraham qui filium suum deo dederit. Hic autem nihil offert creatura creatori, sed ipse creator deus summus uerus & æternus filium suum, suum inquam, nobis impendit, & unigenitum quidem illum. En amplificationis incrementum. Impendit autem impio mundo. Sed quis est qui pro amicis moriatur? aut filium suum hosti impendat? Deus autem pro hostibus summum decus cœli suasç illas gratissimas delicias, dilectissimum filium in mortem dedit. Quæ ergo posthac alia inuenietur charitas ardenter?

In hoc est charitas, non q; nos dilexerimus deum, sed q; ipse dilexit nos & misit filium suum propitiacionem pro peccatis nostris.

Etiam istis amplificat charitatem dei, ut hoc uehementius evidentissimis istis inferat, Si sic deus dilexit nos, &c. Amplificare autem solent rhetores correctione quadā, ut Cicerio in Verrem, Non enim furem, sed raptorem: non sacrilegum, sed hostem sacrorum: non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumq; in iudicium uestrum adduximus. Simili correctione subdidit & Ioannes, Nec est ut quisquam suis id tribuat uiribus quod filium suum misit deus. Non enim nos dileximus deum, sed ipse nos dilexit deus. Non ipse nobis salutem nostris parauimus meritis, quæ re uera nulla sunt, sed ille elegit nos ex gratia. Nam elegit nos in ipso (ut Paulinis utar uerbis) antequam iace-rentur fundamēta mundi, ut adoptaret in filios per Iesum Christum, &c. Ephes. 1. Hinc uero discimus quanto contemptu & blasphemia diuinæ gratiæ iacentur quorundā de meritis & libero arbitrio placita. Nam si salus est ex gratia iam non est ex operibus, &c.

Roma-

Romanorum n. Quod autem superius extulerat, Misit filium ut per eum uiuamus, id nunc sic effert, Misit filium propitiationem pro peccatis nostris. Vide quæ annotauimus in cap. 2.

Charissimi, si sic deus dilexit nos, & nos debemus nos mutuo diligere.

Adaptat nunc exemplum ad suum institutum. Si (inquit) deus tanto nos amore complexus est ut ne filio quidem p̄dilecto nostri causa pepercerit, certe iustissimum & æquissimum est ut etiam nos mutuo diligamus, nec uulgariter quidem sed impense imò flagrantissime.

Deum nemo uidit unquam. Si diligamus nos inuicem deus in nobis manet & charitas eius est perfecta in nobis.

Tacita obiectionis tacita responsio est, Quasi dicat, Iste uero omnibus nolim quisquam intelligat deum esse uisibilem, quasi scilicet is qui nobis in charitate imitatus præponitur aut nobiscum consentire & fœdere nocti traditur uisibilis fit & corporeus. Stat enim scripturæ sententia, Deum nemo uidebit & uiuet. Aliud autem uolo, eo uidelicet Exod. 33. penetrare, ut intelligatis deum nobis charitate unitum esse, hoc est, eos cum deo esse nexos fœdere qui fratres diligent. Qui enim diligit ex spiritu dei diligit. Proinde spiritus ille charitatis utrumque coniuxit, homini deum, & deo hominem. Charitas itaque Christiana certissimum signum est gratiæ diuinæ amicitiæ & coniunctionis. Nam charitas eius ponitur pro ipso deo diligente, sicut Herculis robur & Cæsaris maiestas pro ipso Hercule & Cæsare usurpamus. Et Germanis uisitissimum est über lieb, Fürstliche gnad. Annostandum & illud. Deo & hoc in loco & in historia euangelica legi citra articulum præpositum, fortassis eius rei gratia, ut diuinitatem magis intelligeremus quam deum. Nam uera est propositio, Diuinitas à nemine est uisa. Quanquam & illa non sit falsa, Deum nemo uidit unquam. Inuenias tamen qui non perinde capiant si absolute dicas, Deum nemo uidit unquam. Apostoli enim uiderunt Christum, qui (ut Paulus ait) deus est su per omnia benedictus. Quanquam Christi caro tantum uisa sit, ut ostendimus capite. Quæ omnia nō in hoc monemus, ut deum & diuinitatem separemus, sed ut doceamus quanto studio quantu[m] diligentia debeat tractari sacra. Quod si tu deum alibi legas à prophetis uisum, id certe de assumpta intelliges forma uel specie, qua sepe uoluit mortali oculis ingerere. Huius generis plurima legas apud Tertullianum in opere illo incomparabili aduersus Præxean pro sacro sancta trinitate edito. Item apud Ambrofium in lib. de Incarnatione dom. Sacra.

Ex hoc cognoscimus quod in eo manemus & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.

Clarius edisserit quod iam iam de amicitia dei dixit. Spiritualiter (inquit) unum sumus cum deo. Spiritu cohæremus. Poterant autem hæc omnia uideri ab utilitate esse deducta hoc sensu, Quod si fratres dilexerimus unum cum deo futuri sumus. Et in Euangelio paria tribuit fidei. Dicit enim, Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem Ioan. 6. in me manet & ego in illo. Iam ut fidelis non cupit ipsam Christi naturalem, hoc est humanam carnem edere: sed spiritu contentus, fide in Christum Iesum mortuum & resuscitatum saturatur. Ita omnes per spiritu deum uidere, spiritu deo cohærere, & quoad in terris agunt charitate uniti gaudent.

Et nos uidimus & testamur quod pater misit filium seruatorē mundi. Quisquis confessus fuerit quod Iesus est filius dei, deus in eo manet & ipse in deo.

Epanaphora redit ad id quod dixerat, Et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Id uero poterat alicui uideri infirmatum per subiectam sententiam, Deum nemo uidit unquam, quasi Christus non sit deus. Mature itaque redit ac dicit, Et nos uidi mus & testamur, Quæ apostolica est attestatio, rhetorica asseueratione & uehementior

& certior. Plura huius generis annotauimus in cap. 1. Addit, Ad religionem itaq; pertinere ut confiteamur, id est credamus Iesum esse dei filium. Nisi enim sic credas & fatearis profectio neq; tu in deo eris neq; deus in te manebit, hoc est neq; propitium numen neq; cum nomine scodus & communionem habebis. Quod si hanc sententiam Apostoli ei iunxeris, quam in initio 4. cap. de adsumpta carne tractauimus, videbis Christum duabus (ut monuimus) constare naturis. Secundum naturam diuinam salus est & uita, secundum humanam gratiae pignus & redemptionis pretium. Plura require ex tertio & sexto cap. Ioannis, item ex Paulo ad Rom. 3. & ad Hebr. 1. ac 2. cap.

Et cognouimus & credimus charitatē quā habet deus in nobis. Deus charitas est & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo.

Fidei certissimo negotio charitatis coniungit (ut in cœpta perget uia) & que certum negotium, eadem utens assueratione. Hoc enim dicit, Sicut uisa & comperta docuimus de fide in dominū Iesum, ita certa quoq; tradimus de charitate. Quod scilicet deus charitas sit (en ut nunc colligat) & qui in charitate manet in deo etiam maneat & deus in eo. Nam cum deus uideri ab hominibus non possit nisi per spiritum & benefacta sua, recte ex actis uocauit deum charitatem, Ein fröhlich lieblich güt. De quo nonnihil attigimus inter initia huius capit. 1.

In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quod sicut ille est & nos sumus in mundo hoc.

Abrupta hortatione docere instituit ut tamen non currat (quod dici solet) extra oleas. Nam notis quibusdam certis ueram & absolutam charitatem designat. Vbi ego per charitatem non tantū dilectionem sed etiā totam religionem intelligo quę fide & charitate absoluitur. Igitur duabus notis certo deprehendemus an uera religione uere simus imbuti. Prima. Si conscientiam habuerimus in die iudicij inconcussam. Secunda. Si in hoc mundo instituerimus uitam nostram ad exemplum Christi, ut & nos in innocētia uitę & summa uiuamus charitate, sicut et ipse uixit. Et de hac re satis disputatū est in cap. 2. De fiducia uero in die iudicij habenda, & de impauida conscientia de qua s̄aepe coepit dicere Apostolus, nec unquam absoluere poterat, audiamus quæ sequuntur.

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras ej̄cit timore, quia timor cruciatū habet. Qui autē timet nō est perfectus in charitate.

Non est quod multis agamus de timore seruili & filiali, neq; de timore dei qui est religio eius cura & studium mandatorū & reverētia eius. De quo propheta dixit, Initium sapientiæ est timor domini. Nihil enim horum hic agitur. Sed timor sumitur pro desperatione & conscientia cōsternata, quę angitur curis indefessis. Nam ipse Ioannes statim subiecit, Timor cruciatū habet. Vult ergo dicere apostolus, Qui uere p̄i sunt uere cōgnouerunt illud amabile, quod deus mundo per filium exhibuit, negotium imò beneficium desperare non possunt. Nam religio quæ absoluta est timore expellit: hoc est, conscientiam pacificat. Nam ex fide existit pax. Vnde in Euangeliō legimus, Qui bibit ex aqua hac fitiet iterum, qui autem ex ea biberit quam ego dabo non fitiet in æternū. Item, Ego sum panis uitæ: qui uenit ad me non esuriet, & qui credit in me non fitiet unquam. Quod si quis timet, id est, si adhuc acerba ringitur conscientia is in charitate non est perfectus, id est nondum uere & absolute, ut debebat, credidit, nondum sese totum dedidit amico dei negotio. Nam qui fieri posset ut eius pungeretur conscientia qui credidit deū nihil posse negare fidelibus, quippe qui nec filio pepercit, sed pro nobis omnibus trādiderit illum? Hinc uero coniūcere licet pontificiam religionem omnium esse ut peruerfissimam ita stultissimam quoq; utpote quæ rebus nitatur ē quibus nullam expectes ani mi tranquillitatem, quæ item doceat nescire hominem odio an amore dignus sit.

Nos diligimus eum, quoniam ipse prior dilexit nos.

Videtur nunc epilogum contexere eorum quibus haec tenus inflammat ad charitem. Charitas oritur non ex homine, sed ex deo, quem ideo diligimus, quod ipse et amo rem

Prov. 20.

Rom. 5.
Ioan. 4.

Ioan. 6.

Ezdiæ 57.
Rom. 8.

rem sui prior inspirauerit, & beneficijs suis ad amandum se illexerit.

Si quis dixerit diligere deum & fratrem suum oderit mendax est.

Colligit magnificis uestibus non delectari deum, sed splendido charitatis opere. Qui enim fausta precatur fratri egenti, interim inopiam eius cum possit non iuuat, nihil praestitit. Proximus enim (ut in 2. cap. audiuiimus) opere, non sermone diligendus est. Et dilectio dei & proximi ita cognata sunt ut altera sine altera non subsistat. Hinc sequitur.

Qui enim non diligit fratrem suum quem uidit, deum quem non uidit quomodo potest diligere?

A comparatis colligit. Nam ea quae coram contuemur plus mouent quam ea quorum mentionem tantum audimus. Si ergo habeas substantiam huius mundi, videas autem fratrem tuum egere, & non communicaueris ei facultates tuas, iam nulla est in te dei charitas. Ille enim ut inuisibilis est, ita non potest nisi per spiritum suum habitare in pectoribus nostris. Sed spiritus dei comis est benignus & misericors. Tu uero difficilis es immensus & immisericors, haec itaque facta palam testantur quod ut spiritum dei non habes, ita neque ipsum deum diligas neque proximum.

Et hoc habemus praeceptum ab eo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum.

Summario legis concludit hoc negotium. Est autem haec summa legis & prophetarum. Dilige dominum tuum ex toto corde, & proximum tuum sicut te ipsum. Dicit ergo Ioannes, Quid uero multis opus! Ipsi dei precepta omnia in hoc sunt tota ut diligamus deum & proximum. Proinde qui uere deo inservire uelint, qui re non ipso tantum nomine Christiani esse malint, fratres diligant.

ARGUMENTVM CAPITIS V.

Differit de uirtute fidei, fidei inquam quae est in Christum Iesum, qui sit uerus dei filius et eterna credentium salus adeo ut extra eum non sit illa salus.



Mnis qui credit Iesum esse Christum ex deo natus est.

CAP. V.

Apostolicæ functionis erat non modo opera iustitiae inculcare sed & uim ipsamque honorum operum innocentiae uidelicet & charitatis anima, quae fides est accurate curare eamque potissimum exornare prouincia. Apostolus itaque cum fidei, redemptionis & sanguinis Christi in innocentiae & charitatis negotio saepius minisset, nihil tamen solide & ex professo de ipsis scripsisset, nunc accingitur ut solide & quantu satis esse possit de fide in dominum Iesum scribat. Et initio quidem caput fidei proponit. Deinde uero ostendit quod haec fides non sit otiosa quædam (ut aiunt) qualitas in animis hominum sed uirtus & potentia dei, è qua illa duo maxima, de quibus haec tenus egit, innocentia & charitas nascantur. Et haec duo in presentiarum tractabimus. Caput itaque fidei hoc est, ut credamus Iesum esse Christum, id est Iesum esse Messiam. Nam esse Christum Christus est est esse Messiam. In idem recedit vox utraq, sed altera est altera notior. Nam καισαρις Christus οντος Μεσσιας. quæ Græcanica est, unctu significat. Idem significat & Χριστος Messias quæ Hebraica est. Est autem Messiam siue Christum esse regem & pontificem esse maximum, liberatorem, hostiam, redemptionem & salutem. Reges enim & pontifices inungebantur. Regum autem erat liberare & seruare. Pontificum hostijs atque donis iratum numen placare. Christus ergo Iesus ueri Israëlitici populi rex & sacerdos uerus uenit in orbem, & ea modo præsttit quæ boni & iusti principes suo populo solent & debent. Sanctas tulit leges, impias & tyranicas soluit. Oppressam libertatem & ab impijs dirutam restituit. Ementes & uendentes e templo (ueluti sacer templi dei uerus rex) exturbauit. Pharisaicam & humanam doctrinam impiam iuxta ac inutilem labefactauit. Dei gloriam asseruit. Sed & ipsum sese deo patri obtulit, certe ut à dæmonis tyrannide & eterna morte suos liberaret. Idem à mortuis surrexit & tanquam æterni regni rex & sacerdos æternus celos ascendit ut ibi pro suis intercedat & in orbe regnet, uerus deus in sæcula sæculorum. Haec uero omnia confitemur cum confitemur Iesum esse Christum. Haec item omnia tradebat in synagogis Iudeorū apostolo Acto, 17.

Matth. 16.

Ioan. 6.

Ius Paulus cum ostenderet Iesum esse Christum. Hæc confitebatur & apostolus Petrus cum omnium apostolorū nomine interroganti Christo quem se esse dicerent respondebat. Tu es Christus filius dei uui. Quemadmodū uero Petrus post eam confessionē audiebat. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est; ita hoc in loco audimus. Omnis qui credit Iesum esse Christū ex deo natus est. Est em̄ ex deo natū esse à deo doctū esse adeoç & ccelitus esse renatū. De qua nativitate pluribus egit Christus apud Ioan. in 3, ubi Nicodemum instituit & ait, Nisi quis renatus fuerit ē supernis, non poterit, &c. Et hæc in transcurso de capite fidei disseruimus. Videamus nunc quomodo ostendat hanc fidem esse uiuam & honorum operum feracem. Seqūitur.

Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eū qui natus est ex eo.

Ex deo nascuntur credentes, sicut modo audiuius. Proinde credentes sunt filii dei. Nam ergo docet similitudine humana quod fides non possit non progignere à se charitatem. Nam ita comparatū est in rebus humanis ut qui patrem diligat filium quoq; patris nomine diligat. Quid quod unicum habent omnes credentes patrem? Vnde consequens est omnes credentes esse fratres uno patre genitos. At immane fuerit flagitium si fratrem quis uterum oderit aut cæciderit.

In hoc cognoscimus quod diligamus filios dei, cum deum diligimus & præcepta eius seruamus.

Nota est unde possit cognosci quod uere diligamus. Si (inquit) ipsum diligamus deū necessario diligimus etiam fratres. Deinde si rationem habuerimus mandatorum eius, iam necessario diligimus. Dilectionē enim præcepit deus. A pronunciatis igitur denuo probauit quod fides non sit sine charitate. Subiicit evidentem caussam & assertionem.

Hæc est enim charitas dei ut præcepta eius seruemus.

Hoc est, Ea est em̄ natura eorū qui diligunt deū ut præcepta eius seruent. Sed summa præceptorū est charitas, ergo genio & instinctu qdā naturæ, quę ex renascētia est diligūt.

Et præcepta eius grauia non sunt, quoniā omne quod natum est ex deo uincit mundū: & hæc est uictoria quæ uicit mundum, fides uestra.

Philip. 4.

Matth. 16.

Interserit hoc ne quis obiiciat præceptorū dei difficultatem. Nam per contrariā sententiam dicit, Et præcepta eius grauia non sunt. Huius rei caussam statim addidit, Quoniam omne quod natū est ex deo (nascitur aut ex deo qui credūt) uincit mundū. At in 2, audiuius mundū aliud nihil esse q malarū rerum concupiscentiā & studiū. Fides igitur ea est uictoria (vide ut ipsum sese exponat) quæ uicit mundum. Hinc sit ut præcepta eius non sint grauia. Quia ipsa fides quæ renascimur facile potest omnia. Omnia enim possum in eo (inquit Apostolus) qui me confortat. Atq; hoc modo pulchre coniunxit charitati puritatē uitæ, ut quæ hac tenus per integrā epistolam coniuncta tractauit eadem ne hic quidem, ubi de fidei ui agitur, separeret. Nam ex fide enascitur non modo charitas fraterna, sed & sancta innocentia tēperantia & puritas. Ita simul & hoc probauit. Quod uera fides non sit otiosa, neq; ueri fideles sint impuritati dediti. Nam sanctam esse fidem & sanctimoniaz genitricem. Huc refer integrū cap. II. ad Heb. de uirtute fidei scriptū & uidebis quomodo fide uicerint mundum omnes à condito mundo serui dei. Huc pertinet & illud Christi uerbum, Et portæ infernales non præualebunt aduersus eam ecclesiā, quę per fidem Christo Iesu innititur. Illud quoq; Omnia possibilia sunt credenti.

Quis est qui uincit mundum nisi qui credit q; Iesus est filius dei?

Pulchre connectit omnia. Nam cōmode nunc transit ad id quod instituerat probare Iesum esse dei filium uerum Messiam. Pertinent enim hæc ad expositionem superioris sententiaz. Omnis qui credit Iesum esse Christum ex deo natus est. Nam enim absoluta fidei ui & ostendo quod fides non sit uana quedam opinio sed efficax uirtus, accingitur ut caput fidei, quod in initio summarie tantum proposuerat, firmis nunc fulciat argumentis. Hisce nimirum quæ iam sequuntur.

Hic est qui uenit per aquam & sanguinem Iesus Christus.

Alij

Alij hunc locum uarie exposuerunt. Ego si quid mihi post alios coniçere licet ista diligentius penitanda prijs propono lectoribus. Duobus potissimum argumētis probare uult quod Iesus fit filius dei uerus saluator mundi. Iccirco enim ad finem adiecit, Iesus Christus. Et Græca quidem ueritas sic habet, δυτός ζηρὸς ἐλθὼν σὺν ὑδατοῖς, ἡρῷος χρισός, hoc est, Hic est ille ueniens, aut qui uenturus erat per aquam & sanguinem Iesus Christus. Quasi senserit diuinū spiritum per scripturas prænūciasse aliquando uenturum esse saluatorem, qui se orbi probaturus fit per aquam & sanguinem quod fit saluator. Per aquam uero intelligimus cœlestem doctrinam & sapientiam, idq; ob puritatem & quod reficiat ac fluat. Nam p̄uē fluo est, unde & p̄uō fluxus oratio & uerbum. Ex aqua ferē omnia nascuntur, aqua omnia conseruantur & uegetantur. Ita nunc meta phorice doctrinam Christi uocavit aquā. Sed & sanguinis nomine allusit ad ueterum sacrificia. Et sine sanguinis effusione (ait Apostolus) non fit remissio. Ponit ergo sanguinem pro hostia remissione & redemptione. Venit igitur Iesus doctor & lux mundi, Hostia & redemptor æternus. Nam docuit cœlestem sapientiā, & morte sua uiuificauit nos, & sanguine suo lauit. Quibus ceu infallibilibus argumentis mōdo declarauit quod ipse fit Christus, hoc est quod Iesus uerus fit Messias uerus dei filius. Hebre. 9.

Non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem.

Correctione rem amplificat. Nam Iesus Christus nō modo uenit per aquā, id est doctor aut legislator, ueluti Moses aliquis, sed per aquam & sanguinem, id est, redēptor & conciliatio mundi, cui aquā, id est euangelicā iunxit prædicationem. Ita uides aquam, id est doctrinam non esse solam, sed sanguini iunctam. Hinc in Euangeliō dixit Ioannes, Ioan. 1. gem per Mosen esse latam, sed gratiam & ueritatem per Iesum Christum esse exortam.

Et sp̄ritus est qui testificatur.

Est & sp̄ritus peculiare argumentū quod Iesus fit Christus uerus dei filius. Per sp̄ritum autem intellexit uel illud sp̄ritis sancti testimoniū de quo legimus Ioan. 1. Vidi sp̄ritum descendētem de cœlo specie columbae, &c. Vel illud quod & Paulus allegat in Ro manis, Qui declaratus fuit filius dei cum potētia per sp̄ritū sanctificationis, &c. De quo qui copiosissima uelit legat Isaiah in 11. cap. & 61. Additur robur & aggrauatio.

Quoniam sp̄ritus est ueritas.

Spiritus testimonium uerum certum & diuinum est testimonium, ut si solum restaret satis roboris cauſa haberet.

Quoniam treis sunt qui testimonium dant, sp̄ritus & aqua & sanguis, & hi treis unum sunt.

Veluti in foro res agatur producit testes. Dixerat omnino uerum esse quod Iesus fit Christus. Id porrò negabatur à multis. At Moses uoluit ut res dubiæ discerneretur duo rum aut trium contestatione. Nam in ore (inquit) duorū aut trium stabit omne uerbū. Probaturus ergo rem dubiā Ioannes & in certū ordinem cōpositurus testimonia aquæ, sanguinis & sp̄ritis, tres producit testes, aquam inquā, sanguinem & sp̄ritū. De ijs loquens tanquā personæ sint quæ re uera personæ non erant. Subest itaq; aerbis prosopo pœcia. Iam uero si testes non consentiant uanū est testimonium. Proinde nō temere subiunxit. Et hi treis unum sunt, id est, omnium suffragia siue testimonia consentiunt & in idem recidūt. Germani exactius id schematis ita reddimus, *Die zügen sind eins*. Quidā multis hic agunt de unitate trinitatis, sed non in loco suo. Nihil enim hic agit de unitate trinitatis, quæ alibi cōmodius & firmius inducitur & cōprobatur. Nam illud membrum, quod quædā insertum habent exemplaria (quoniam tres sunt qui testimoniuī dant, in cœlo pater, sermo & sp̄ritis sanctus, & hi treis unum sunt) ē margine uidetur irreppisse. Annotauit id forsitan sciolus aliquis, qui non uidit aqua significari cœlestem doctrinam, sanguine redēptionem, & sp̄ritu uirtutem & administrationē diuinam. Fecit itaq; ex aqua patrem, eo quod ex aqua omnia generari dicātur: ex sanguine filium, eo quod sanguinem fuderis: sed ex sp̄ritu personā sp̄ritis sancti. Verum plura huius generis anno tata sunt & ab Erasmo in eruditissimis illis suis in nouum testamentū Annotationibus.

Si testimonium hominum accipimus, testimoniuū dei maius est, quoniam hoc est testimonium dei quo testificatus est de filio suo.

Confirmat sua fortius argumēto ducto à comparatis à minore ad maius. Ut Si quis cui honorem putat deferendū, cur non magis consulit? Ita hoc loco, Si (ait) humano credimus testimonio, cur diuino non crederemus? At diuinum testimoniuū hoc palam assuerat quod diximus de filio, nēpe quod Christus fit doctor cœlestis uita orbis & redemptio, proinde certum est quod Iesus fit Christus. Similia lege in historia loan. 5.

Qui credit in filium dei habet testimonium in seipso. Qui non credit deo mendacem fecit eum, quia non credit in testimonium quod testificatus est deus de filio suo.

Prius est ut Christū quis & qualis sit cognoscamus, posterius uero ut cognito eo modo adhæreamus quo eum cognouimus. Iam uero cognouimus eum ut filium dei & unicū & æternū saluatorem totius mundi, proinde æquum est ut Iesu Christo toto corde fidamus & nitamur ut saluti. Et hic est finis prædicatæ religionis Christianæ. Hinc & Ioannes idem pulchre ingerit, posteaq; quis esset docuisset. Iam itaq; Qui (inquit) testimonio dei credit quo testatus est Iesum esse uitā & salutem is testimoniuū habet in seipso, id est, ipsam uitam & redēptionem habet in seipso, uereq; assecutus est. Nam usurpauit testimoniuū pro ipsa re testata pro ipso Christo aut salute. Et per antithesim pro suo more adiicit, Qui autem hoc diuinum testimoniuū non suscipit, is deum mendaci coaguit. Caussa, quia non credit in testimonium, &c.

Et hoc est testimonium quod uitam æternā dedit nobis deus, & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium habet uitam, qui nō habet filium dei uitam non habet.

Ne quid obscuritatis inesset rei nobilissimæ & summæ hanc subiungit exegesim ut omnia ipso sole clariora fierēt utq; nullo alio indigeremus interprete. Et quid oro potuit clarius dici q; quod dictum est? Et hoc est testimonium quod uitam æternam dedit nobis deus. Rursus ne quis nesciret quomodo oblatam assequeretur aut suscipiat uitam addidit. Et hæc uita est in filio dei, Ut qui nunc filiū dei per fidem possideat is certo uitā æternam habeat, qui uero huic non fidat is uitam prorsus non habeat. En tibi breuia absolta & clara habes. Quid uero dicent ad hæc sacrosancta & luce clariora uerba Pontificij: Qui credit in filium (ait apostolus) habet uitam, adeò omnis in filio habitat plenitudo. Qui non credit in filium uitam non habet, adeò extra hunc nō est ulla alia salus. Ideoq; qua fronte quāue impudentia audetis uos uitam uestris tribuere inuentis, qui auditis in unico Iesu Christo & in nulla alia re esse salutem? An non intelligitis? In nullo alio est salus. Nullum aliud est medium. Nemo uenit ad deum nisi per Christum. Vestris sanè nænijs populum deo per Christum non adducitis, sed à deo q; longissime abducitis, ut inquam eam gloriam creaturis deferant quæ re uera creatoris & mediatoris Christi erat. An ne pudebit uos aliquando uestræ impietatis? Quod si Christo (ut uideri uultis) uere creditis, uni omnem date gloriā, & cum Apostolo ex animo clamate, Absit ut glorier nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo, Galat. 6. Vide igitur ôingratissimum sacerdolum an hæresim doceamus qui aduersus impianichristi regnum unici Christi unicam gloriam tam anxie adserimus.

Hæc scripsi uobis qui creditis in nomen filij dei, ut sciatis q; uitam habetis æternam, & ut credatis in nomen filij dei.

Pertinent etiam ista ad exegesim superiorem. Nam hæc (inquit) scripsi uobis de æterna salute, non quod putem uos esse incredulos: sed credentes confirmare uolui ut hoc certiores fitis de uera salute (obserua emphafim) neq; quicquā dubitaretis de uita. Et ut credatis id est credere pergatis. Nam iam nūc audiuius eos credidisse & proinde hæc de perseverantia sunt interpretanda. Credimus autem in nomen filij dei, id est propter ea

pterea credimus in Christum quod sit filius dei. Nam nulla creatura potest esse fidei objectum. Ergo nos credimus in nomen filij dei, id est innitimus diuinæ eius virtuti.

Et hæc est fidutia quā habemus apud eum, quod si quid petierimus secundū uoluntatem eius audit nos. Et si scimus q̄ audit nos quicquid petierimus, scimus q̄ habemus petitiones quas postulauimus ab eo.

Faciunt ista ad robur fidei. Nam ei liberius & confidētius fidimus qui & uelit & possit præstare quod cupias. Talem dicit hoc loco Ioannes esse deum, certe ut huic per Christum citius & tutius adhæreret mundus. Fidutiam autem dixit nobilem aliquem thesaurum qui nobis depositus sit apud deum. Nam thesauris solemus fidere plurimū. Et quid oro augustius dici potest quām quod omnipotens ille deus audit nos, id est sese nobis & promptum & benignum impendit, & prorsus talem qualem se nobis scedere astrinxit? Nam cum certum sit quod audiat nos, est etiam hoc certum, quod quæcūq; petierimus ab eo dabit nobis. Est em̄ deus omnipotens & Schadai. Si modo petierimus secundum uoluntatem eius, id est, si sancte sancta postulauerimus. Nam uoluntas dei sancta est & bona. Cadūt hic impura & inutilia omnia quæ non largitur potentibus diuina bonitas.

Si quis uiderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, p̄petet & dabit ei uitam peccantibus non ad mortem.

Quia cœperat de oratione differere hinc eandem rem clariss exequitur, ut doceat nos solida fide etiam alijs prodeſſe posse: non equidem quod alter pro altero credere possit, sed quod multum ualeat (ut Iacobus dicit) deprecatio iusti efficax. Istis uero omnibus ^{Iacob. 5.} ueluti ſeturis commoditatibus & concomitantib; extollit apostolus fidei præconium. Si (inquit) uideas fratrem tuum peccare peccatum non ad mortem, hoc est si uideris fratrem tuum agere uitam non uſq; adeo puram, sed laſciuam & impudentem, ita tamen ut interim ueritatem euangelicam non contemnat aut ueritati doctus & correptus reclamat, iam ora pro homine, & impetrabis ei uitam, nec huic uni tantum (uide augmentum) sed & omnibus mortiferum peccatum non peccantibus impetrabis uitam: ut scili' cet n̄ diuina bonitate conuerſi uitam pristinam mutent in melius. Verum quomodo (dicas) uitā dabit homo, qui uitā non habet? Respondeo. Schema est nobis quoq; uifatissimū. Nam dare usurpamus pro impetrare, idq; quod impetravimus dedisse uidemur. Dicis. Quid ergo censes pro incredulis non esse orandum? Istud porrò non agit hoc loco Ioannes, sed istud potius uult ostendere quod ea quæ à deo in fide petimus, accipiamus. Poterat autem aliquis pro impio aliquo cōtemptore dei orare deumq; ipsum non exauditus arguere mendacij. Istud ut declinaret apostolus, notanter addidit, Impetrabis quidem, si ille deum conuertente non contempserit. Nam quid oro dares ei qui offerent conuitis peteret ac diceret: Quid dabis? quid istud? quasi uero illud curauerim aut petierim unquā. Tibi seruato. Ego uero istis neq; egeo neq; talia uolo. Sic enim impij, Quid (inquit) euangeliū affers? quasi uero quis euangelio caruerit unquā. Pœnitentiā prædictas, sed quid illa opus? Christū prædictas, sed nō omnia solus. Viuemus equidē, sed si meritis nostris viam nobis ad celos parauerimus. Hi omnes cum morbum nō agnoscāt, neq; ipsum medicū curant. Proinde fruſtra cucurrerit qui medicū ad talem uocare tetauerit. Aliás ex Paulo didicimus orandū esse pro omnibus hominibus pro bonis ^{1. Timoth. 2.} & malis, nempe ut deus peccatores ad se conuertat, impij uero oculos aperiat, &c. ^{2. Timoth. 2.}

Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roges. Omnis iniqtas peccatum est.

Iterum exponit se quid intellexerit per peccatum mortiferum, & qui nam illi fint quibus oratio fideliū nihil impetrat. Primo. Pro eo (inquit) qui ad mortem peccat rogari nolo. Ideſt, Nolo quis expectet se quicquam cōsequuturum si oret pro perfido & impio contemptore numinis. Nam uides metaleptica quadam oratione postulationē pro ipsa ponī uenia quæ postulatur. Secundo. Peccatum ad mortem aliud nullum est quām peccatum in spiritum sanctum, perfidia scilicet & incredulitas. Nam in Euangelio dicit Chri-

Ioan. 8. stus, Si non credideritis quod ego sum, moriemini in peccatis vestris. Et hic per sententiam generalem subiicitur, Omnis iniq[ue]itas peccatum est. Ea uero sententia tantum pollet quantum illa Pauli, Omne quod non est ex fide peccatum est. Nam *ἀδικία* iniuria est, iniuria autem iniq[ue]itas est, cum aliquid sit praeter fas & ius, *εἰν γνώμην*. Quae uero maior est in iuria quam prædilectum dei filium æternam ueritatem & salutem paratam nolle agnoscere aut recipere? immo oblatam conuictus proscindere & summo cum ludibrio fastidire?

Est peccatum non ad mortem.

Aliud uero est peccatum sive alia peccati species, cum credens in Christum carnis imbecillitate uictus carni succumbo, sed mox per pœnitentiam uitam in melius muto. Hec uero facile condonabitur à deo. Pro hac orabunt sancti indefinenter. Nam delicta quis intelligit? Verum ista explicabuntur per sequentia.

Scimus quod omnis qui natus est ex deo non peccat.

Quomodo itaq[ue] dixit in 1. cap. Si dixerimus peccatum non habemus nosipso fallimus? Quid quod iam dixit esse aliquod peccatum quod non sit ad mortem? Sequitur expofitio.

Sed qui genitus est ex deo, seruat seipsum, & malus ille non tangit eū.

Peccant etiam p[ro]ij sed peccato quod non est ad mortem. Fide enim purgantur filii dei. Fide custodiunt se ab illecebris & impuritate uitæ. Fide si labantur resurgunt. Custodia igitur illa Christiana dicitur innocentia, quam & si saepius labefactet satanas, euertere tam non potest. Quam rem proprijs sanè uerbis expressit Ioannes cum dixit, Et malus ille non tangit eum. Nam *ἄπομπος* est irretire uincire & adglutinare, *Den klawen schlachen*, ut nulla superfit euadendi spes. Tentarat quidem satanas Dauidem Adam & Petrum, sed capere & irretire non potuit. Et *ἄπομπος* etiam est quod tentare nostri dicunt, id est lacerare & affigere.

Scimus quod ex deo sumus, & mundus totus in malo constitutus est.

Et nos (inquit) qui credimus in sumus quos malus ille non tangit, sed quia ex deo sumus diuina quoq[ue] & sancta diligimus, quemadmodum isti quoq[ue] terrena & prophana diligunt qui ex satana sunt. Totus autem mundus *ἐν τῷ πνεύματι κέρατοι*, id est in malum illum incumbit & innititur. Est igitur hæc subiecta ex contrarijs sententia. Quemadmodum uero deus ille bonus honorum est aceruus: ita satanas ille malus omnium malorum est lerna, id quod monuimus & cap. 1.

Scimus autem quod filius dei uenit & dedit nobis mentem ut cognoscamus illum qui uerus est, & sumus in uero in filio eius Iesu Christo, hic est uerus deus & uita æterna.

Epilogus est eorum quæ disputata sunt de fide. Nemo autem uerbis exequi queat quanto ardore quæatis uerbis & quam felici breuitate omnia dixerit. Venit (inquit) filius dei. Filius inquam dei carnem induit humanam, & dedit nobis mentem, *θεότοπον*, intelligentiam, hoc est instituit nos ut uera religione imbuti nunc uerum deum cognoscamus & in uera religione uiuamus. Nam Christus est uerus deus per quem nobis contigit uita æterna. Huic fidere & illi sese dedicare est ueram religionem tenere. Illi uero non credere uel saltē non soli credere est superstitionem colere.

Filioli cauete uobis à simulachris.

Per simulachra omne id intellexit quod ad simulachra pertinet, aras, ædes, tabulas, anathemata, ornamenta, sacrificia, pontifices, uota, & si quid aliud est huius generis. Miror autem ingenio simulachra absolute Christi negotio induxit. Nam idolatria enascitur ex ignorantia dei. Qui ergo deum uere cognoscit, facile ab idolatria deficit. Cum enim uider neminem in toto orbe esse omnipotentem uerum æternum & bonum nisi unum deum protinus ad hunc cōuertitur deum. Signa ijs statuimus quorum auxilium imploramus & quibus bene fidimus. At fidelis mens nemini præterquam uni deo fudit, Neminem itaq[ue] nisi unū deum colit & ueneratur. Non utiq[ue] rebus caducis, auro, ebore, argento,

argento, gemmis & uestibus Damascenis, quibus didicit æternum illud bonum non delectari, sed spiritu & ueritate, fide innocentia & charitate. Commode igitur ad finem appendit hanc commonitionem, Filioli cauete à simulachris. Nam qui hac epistola iam dicerant unicum tantum esse deum qui se orbi aperuerit per filium, in quo sit omnis plenitudo & uita æterna, & qui docuerit uerum dei cultum confistere in fide uite puritate & charitate, n̄ facilime poterant idolatriam deserere.

EPILOGVS.

Ita tradidit nobis Ioannes hac epistola uerum deum & ueram religionem. Iesus Christus uerus & unus est cum patre & spiritu sancto deus. Et Christiana religio uera & indubitate est religio. Sed ea uni deo per Christum omnem tribuit gloriam salutem uitam & redemptionem. Hunc cōfitetur uerum esse deum & hominem, eumq̄ tradit sanctum esse qui non possit coli rebus caducis sed innocentia & charitate, ad quæ ista quidem epistola cohortatus est.

FINIS.

IN EPISTOLAM DI- VI IACOBI APOSTOLI COMMENTARIUS.

DE AVTHORE EPISTOLAE.



*Iudicia veterū
de hac epistola.*

IMIS quidem procaciter epistolam hanc D. Iacobi quidā contempserunt tractaruntque scurriliter, cui pepercissent merito uel propter antiquitatem uel propter salubria quæ in ipsa continentur uitæ præcepta. Fateor sanè de hac non nihil dubiratum esse etiam apud ueteres quosdam, sed hi absque perulantia & reuerenter admodum summaque cum modeſtia addubitarunt. Nam ut huius quædam proferam testimonia, Eusebius Cæſariensis inter ecclesiasticos scriptores Græcos haud postremus lib. Ecclesiast. histo. 2. cap. 23. uitam & interitum D. Iacobi ex Egesippo referens ad finem ista appendit uerba, Et hac tenus de Iacobo cuius illa haberur epistola quæ prima scribitur inter eas quæ Catholice appellantur. Sciendum tamen est quod à nōnullis non recipiatur, nec facile quis antiquorum meminerit eius. Sicut ne illius quidem quæ dicitur Iude, quæ & ipsa est una de septem. Nos tamen scimus etiam istas cum cæteris ab omnibus penè ecclesijs recipi. Hæc Eusebius. Ad quem modum & D. Hieronymus inter scriprotes Latinos præcipius in Catalogo ecclesiasticorum scriptorum, Vnam tantum (air) Iacobus scripsit epistolam quæ de septem Catholicis est, quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius ædita asseritur. Licet paulatim tempore procedente obrinuerit authoritatem. Tantum Hieronymus. D. Aurelius Augustinus & reliqui patres sancti testimonij ex illa de promptis etiam in rebus serijs libeter usi sunt. Tameſi igitur de ipsa non nihil apud quosdam sit addubitatum, nemo tamen legitur illam explosisse exhibafleque penitus. Sua illi reuerentia perpetuo habira est, suum locum in ecclesia nunquam non tenuit.

*Diuersi apud
ueteres Iacobi.*

Iam qui decimumterium fingunt apostolum Iacobum fratrem domini, alium ab eo qui cognoscuntur Alphei, quales apud priscos fuisse author est in 5. Commentariorum in Isaiam libro diuus Hierony. facile refutari possunt ex eiusdem D. Hieronymi scriptis contra Heluidium. Ibi enim ostendit eundem esse Iacobum qui & Alphei & Minor & Frater domini appellatur. Paulus certe in 1. cap. epistola ad Galatas, Alium, inquit, apostolorum uidi neminem nisi Iacobum fratrem domini.

Qui uero contendunt tertium quendam fuisse Iacobum non apostolum quidem & illum è numero duodecim neque decimumterium, sed alium quendam cognomento Iustum filium Mariæ sororis matris domini, & qui primus ab apostolis fuerit ordinatus Hierosolymorum episcopus, cuius hæc sit epistola, ab ipso refutantur Egesippo, qui in 5. Commentariorum suorum libro ut apud Eusebium est, Suscepit (air) ecclesiam cum apostolis frater domini Iacobus qui ab omnibus cognominatus est Iustus, ab ipsis domini temporibus perdurans usque ad nos. Et multi quidem Iacobi uocati sunt, sed hic ex utero matris suæ sanctus fuit, &c. Præterea D. Hieronymus in libello contra Heluidium de sorore illa matris domini de matre in quam Iacobi disputationem concludens, Restat, inquit, conclusio ut Maria ista quæ Iacobi minoris scribitur mater fuerit uxor Alphei & soror Mariæ matris domini, quam Mariam Cleophae Ioannes euangelista cognominat siue à patre siue à gentilitate familie aut quacunque alia cauſa ei nomen imponens. Sed & Beda in Annoratis suis in Acta apostolorum redarguit illos qui tertium quendam configunt Iacobum, aliumque à Iacobo Alphei putant Iacobum Iustum & fratrem domini. Ostendit autem unum duntaxat fuisse eundemque esse Iacobum qui & Alphei & Iude & Iustum & Frater domini nuncupatus sit.

Quæ quidem non ideo recenseo quod iudicio præfractiori hanc epistolam Iacobo uendicem filio Alphei, sed ut ostendam quām nihil nitantur argumentis qui epistolam admunt apostolo, alijs uero ueluti rerum suarum certi tribuunt, cum interim maiora supersint argumenta quæ illi hanc tribuant magis quām admant. Verum hac in re nolumus cum quoquā contentiosum ducere funem. Consultissime enim iudicans sancta memorie D. Erasmus, Superuacuum, ait, arbitror anxiæ de auctore digladiari, rem potius amplectamur & spiritum sacrum authorem ex osculemur. Huius ergo consilio obsequentes ipsam nunc aggredimur epistolam.

ARGV-

Scribit S. Iacobus conuersis ad Christum dominū, ideoq; nihil agit in hac epistola de primis fidei rudimentis & dogmatis nostrae religionis, de pœnitentia, de abrogata lege, de fide sola iustificante, hoc est de salute per unicum Christum parta totiq; mundo oblata, aut de peccato & libertate Christiana idq; genus locis alijs in quibus proculdubio satis erant instituti, sed corrigit quedam que in populo dei exoriebantur peccata. Erant enim qui iactarent se euangelio credidisse, interim uero mire impatiens cum propter nomen Christi aliquid erat ferendum. Erant qui impure loquebantur de sancta & iusta dei prouidentia omnem peccati culam refficientes in deum. Idem iactabant fidem, sed operibus fructibusq; fidei carebant homines uani & irreligiosi. Ambiebant alij munus docendi nulla expectata uocatione, ij & lingua erant promptissimi & ad contendendum semper armati. Quidam uero ad rem attentiores fraudabant proximos genioq; indulgebant intemperantiis. Hos aliosq; his similes errores corrigit apostolica severitate, adhortans pios ad patientiam, mox etiam docens sancte & reuerenter loquendum esse dei prouidentia, cum certum sit homines non dei uitio sed sua culpa fieri malos. Statim autem post illa hortatur ut positis affectibus carnalioribus uitare religionem ueram exprimant, non uerbis, non iactabundis de fide uocibus. Fidem enim semper esse feracem honorū operum, immo hanc non posse esse sine bonis operibus. Ibidem docet non temere ambiendam esse docendi functionem, docet item coercedam esse linguam, à contentionibus, auaritia circumscribente, à pauperum oppressione atq; studio uoluptatum omnino esse temperandum. Addit ad finem & alia quedam uita precepta & sancta & salubria. Rechte igitur D. Erasmus censuit Iacobum in hac epistola uersari in locis communibus. Nostro autem saeculo mire utilis est. Laborat enim ijsdem morbis quibus illud propter quod D. Iacobus hanc addidit, Stilus facilis est & expositus, ratio tractandi plana & pulchra.

A COB VS dei ac domini Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione Salutem.

IProditur hac inscriptione quis author huius epistolæ & quibus peculiari ter scripta fit, additur & epistolaris Salutatio. Author est Iacobus seruus dei ac domini nostri Iesu Christi. Homines magnum existimant si dicantur Regum huius saeculi ministri. Iacobus ter maximum putauit seruum esse Iesu Christi ueri dei & domini. Dei inquam, id est essentia uiuæ & eternæ & omnipotentis ac omniscientis. Domini autem, id est assertoris et redemptoris. Diligenter sibi cauerūt uiri dei à Titulis arrogantis ribus. Hodie gaudet alius uocari Sanctissimus, alius Euangelicæ ueritatis restaurator, alijs lux mundi, alius hæreticorum malleus, & si quid aliud est quo sibi palpat humana stultitia. Inscrimit hanc epistolam peculiariter Duodecim tribubus in dispersione, id est Iudeis per uaria dispersis regna. Captiuitas enim Affyriaca, deinde Babylonica, motus item Asiatici & Aegyptii, item intestina dissidia & Romanorum arma, deniq; & rabies pharisaica cuius meminit Lucas in Actis cap. 9. Iudaicam gentem in uarias disficerant terras. Ut autem Petrus peculiaris fuit Iudeorum apostolus, ita Iacobus quoq;. Deinde scripta est hec epistola omnibus ex æquo dei filiis omnibusq; palantibus. His omnibus imprecatur salutem non corporis tantum sed animæ potius. Apostoli enim animarum magis quam corporum medici erant.

Pro summo gaudio ducite fratres mei quoties in tentationes incideritis uarias, illud scientes quod exploratio fidei uestre parit patientiam, cæterum patientia opus perfectū habeat, ut sitis perfecti & integri nullaq; in parte diminuti.

Verum uera religionis studium certissimam post se crucem trahit uel ipso Christo Patientiā suā apud Ioannem in cap. 15. & 16. teste. Fieri autem non potest ut animus humanus non exceptet, pauescat ad persequitiones carni prorsus intolerabiles. Iam erant quibus Euangelium adlubescerat quidem, sed grauatum interim ferrent si quid tolerandum erat propter dominum. Hi querebantur religionem Christianam plus satis inauspicatam ac turbulenta esse, & tantum nō consternabantur animo ex afflictionibus. Hos ergo compellans

D. Iacobus, Tantum abest, inquit, ut tentationes id est afflictiones ob Christum inflige mōrem uobis incutere, ut magis debeat exhilerare. Si enim propius expenderitis quid fructus enascatur ex illis, plus sentietis his inesse mellis quam felli. Statim autē per subiectam gradationem explicat laudem & fructus crucis. Deus, inquit, author est afflictionum quas immittit uobis non ut perdat sed ut prouehat. His enim explorat fidem num solida sit & firma. Cedunt in temptationibus qui non crediderunt uere nec senserūt quid parat dominus illis qui mundum hunc propter æterna relinquunt. Porro exploratio illa cum habeat egregia documenta & experimenta multa, parit patientiam ut fidelis in re sancta & propter præmia summa sibi proposita uolens & libens quidlibet perpetratur propter dominum. Patientia autem illa omne opus bonū & uirtutes omnes perficiet absoluēt expoliet, ut sitis undiq; perfecti & integri nec quicquā desyderetur in uobis quod pertinet ad perfectionem hominis Christiani. Quæ quidem congeries & copia uerborum est. D. Paulus ad Hebræos cap. 10. Patientia, inquit, uobis opus est ut ubi uoluntatem dei peregeritis reportetis promissionem. Idem ad Roma. 5. iisdem propemodum uerbis de patientia loquens usus est quibus hic utitur Iacobus. Et D. Cyprianus in serm. de bono patient. de hac ipsa differens scribit quod ad sententia Iacobi intelligentiam non parum facit. Sunt autem hæc Martyris uerba. Patientia est quæ nos deo commendat & seruat. Ipsa est quæ iram temperat, quæ linguam frenat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris uiolentiam comprimit, incendium simultatis extinguit, coercet potentiam diuitum, inopiam pauperum reuouet, tuetur in uirginibus beatam integratatem, in uiduis laboriosam castitatem, in coniunctis & maritatis indiuividuam charitatem. Facit humiles in prosperis, in aduersis fortis, contra iniurias & contumelias mites. Docet delinquentibus cito ignoscere, si ipse delinquas diu & multum rogare. Tentationes expugnat, persequitiones tolerat, passiones & martyria consummat. Ipsa est quæ fidei nostræ fundamenta firmiter ponit, ipsa est quæ incrementa spei sublimiter prouehit, ipsa actum dirigit ut tenere possimus uiam Christi dum per eius tolerantiam gradimur, ipsa efficit ut perseveremus fili⁹ dei dum patiētiam patris imitamur. Hactenus Cyprianus.

Quod si cui uestrum deest sapientia, postulet ab eo quidat, nempe deo, qui dat inquam omnibus simpliciter nec exprobrat, ac dabitur ei; sed postulet cum fidutia nihil hæsitās. Nam qui hæsitat is similis est fluui maris qui uentis agitur & impetu rapitur. Necq; enim existimet homo ille se quicquam accepturum à domino. Vir animo duplici inconstans est in omnibus uis suis.

Orationibus petenda patientia. At dicat aliquis, Vnde mihi ea sapientia ut possim esse patiens? Responderet, Non è philosophia humana, non à diuorum aut operum nostrorum meritis, sed ab ipso deo, à quo indefessis postulanda est precibus. Tria uero hic agit apostolus. Principio docet patientiam petere à deo. Deinde ostendit qualis debeat esse oratio nostra, firma uidelicet & fidelis nihil prorsum uacillans. Hinc ubiq; inserit argumenta quibus & inuitat ad process & abstrahit à diffidentia. Solus deus orandus est in rebus omnibus, maxime uero ut patientiam nobis conserat. Solus enim omniscius & omnipotens omnia tantasq; dores nobis dare potest. Abeant ergo quò digni sunt qui pro deo diuos animis hominum inserunt. Horum enim impudentia fit ut creatore præterito supplices diuis accidentant homines simpliciores. Deinde bonam cultus dei partem conserat à creatore in creaturam, imò hanc plus reueantur ac colant quam illum. Argumenta uero quibus moueri possunt corda nostra ut sponte perituri deum accedamus duo sunt potissima. Primum petitum est ab ipsa dei promissione & ueritate. Nam in Euāgelio dixit dominus, Petite & accipietis. Quisquis enim petit accipit. Quo respiciens S. Iacobus, Postulet inquit à deo qui dat, & dabitur ei. Secundum petitum est ab ipsa dei natura, quæ facilis exposita munifica est. Neminem inquit excludit. Dat omnibus sapientibus & insipientibus, pauperibus & diuitibus, omni sexui & ætati. Dat autem simpliciter. Quod bifariam potest exponi. Vel, Dat

Solus deus adorandus.

Dat abundanter & copiose. Vel, Dat liberaliter, nec spectat nostram gratiam hoc est ut beneficio suo maius eliciat à nobis beneficiū. Sic enim alibi scriptum est, Qui ministrat in simplicitate ministret, id est ita benefaciat ut purum sit beneficium, non uitiatum. Est autem uitiatū cum non studio benefaciendi sed maiora consequēdi benefacio. Id quod auarorum est. Dat inquam simpliciter, nec exprobrat, id est nō maligne dat, nec solet facere quod faciunt sordidi quidam qui dum beneficium exprobrant ex beneficio maleficium faciunt. Deus ut natura bonus est & munificus ita dona sua nobis sincere pure simpliciter sancte copiose benigneçp confert absq; inuidia auaritia & malignitate. Deinde quod ad modum attinet orationis qualis scilicet illa esse debeat exponit hisce uerbis, Qualis debeat
esse oratio. Sed postulet cum fiducia. Idçp quid sit iterum exponens subdit, Nihil hesitans. Ergo qui nihil hæsitat postulat cum fiducia. Hæsitat autem qui fluctuat nec toto pectore in promissa dei innititur, sed affectibus & perturbationibus animi abripitur ut sese non cōmitat diuinæ bonitati interim pendet ab humanis præfidijs. Hocçp ipsum denuo expolit & ob oculos statuit eleganti similitudine petita à fluctibus marinis, à quibus etiam dūctum est Prouerbium Maritimi mores, in homines inconstantes. Huc pertinere uidetur illud Ciceronis quod pro Plaucio hisce uerbis exposuit, Quod fretum quem Euripum tot motus tantas tam uarias creditis habere agitationes commutationes fluctus, quantas perturbationes & quantos æstus habet ratio comitiorum? Non potuisset ergo Iacobus animum hæsitantem picturatiōribus depinxisse coloribus quam pinxit. Exaggerat & amplificat evidentiam quod addidit Qui uentis agitur & impetu rapitur. Mare enim per se fluit & refluit, at uento turbatum tantum non insanit. Animorum autem uenti affectiones sunt & uaria obiecta quæ animum nunc metu, nunc spe, mox dolore conturbant. De hac hæsitatione annotauit quædam in 5. cap. Pauli ad Rom. Addit, Qui huiusmodi est non putet se quicquam accepturum à domino. Id quod miris modis abstrabit à diffidentia. Fide sola recipiuntur dei promissiones. Quæ autem ad finem adiicitur γνῶμα, Vir dupli animo inconstans est in omnibus uis suis, hanc habet sententiam, Cuius animus bifariam disissus est hac parte deum respiciens, illa mundum, is inæqualis est & inconstans, non tantum in precibus suis sed in omnibus etiam quæ agit, aliud habens in ore aliud in pectore proçp tempore nunc hoc nunc illo affectus modo. Solent autem esse tales qui præ animi impatientia nihil ferre possunt propter Christum, sed pro flatu refatuçp fortunæ animum instituta & studium mutant. Nunc enim sunt euangelici, mox nubecula aliqua oborta non agnoscunt euangelicos. Hoc autem hominū genus longe est turpissimum uel Diuerbijs notatum Gentilium.

Glorietur autem frater qui est humilis in sublimitate sua: contra qui diues est in humiliatione sui, quoniam ueluti flos herbe præteribit. Exortus est enim sol cum æstu & exaruit herba, & flos illius decidit, & decor aspectus illius perīt: sic & diues in abundantia sua marcescet.

Confutat nunc illa sopitçp quæ excitant & alunt impatientiam, ea sunt pauperies, Remouet quæ contemptus, opumçp direptio exilium ac proscriptio. Dicit autem, Si quis frater hoc est impatientiam Christianus humilis id est spretus à mundo, tenuis fortunæ ac pauper est, non despont, deat animum: imò hoc nomine gaudeat ac glorietur magis quod apud mundum contemptus apud deū non fit contemptus. Deus enim quos diligit sic subuehit ad gloriā. Nam in humiliatione consistit Christianorum exaltatio. Sic enim & Christus caput nostrum humiliatum est ut aliquando exaltaretur super omnes cœlos ipsicçp subiacerentur omnia. Iam quod attinet diuites. Solent nonnunquam uel bonos viros in exitium demergere diuitiae impuræ. Recte ergo D. Iacobus iubet diuites sibi gratulari ob humiliationem sui, id est ob eruptas opes. Licet enim in mundo sint humiliati, apud deum interim sunt exaltati. Sublata est peccatorū multorū occasio. Præterea nō est quod quisquam doleat ob surreptas opes. Sunt enim incertæ & per omnia floribus similes, quibus ut nihil quidem pulchrius in orbe est, ita nihil instabilius & diuturnum minus. Copiose autem posset hæc tractari parabola, sed plana est, desumpta ex prophetis Isaia maxime ex

cap.40. In Psalmis quoq; huius generis inuenias plura.

Beatus uir qui suffert temptationem quoniam cum probatus erit accipiet coronam uitæ , quam promisit dominus his à quibus fuerit dilectus.

Concludit locum de Patientia. Proponit autem præmium amplissimum uitam semperitnam sub inuolucris & metaphoris petitis à pugilibus & coronis triumphalibus. Vnde intelligimus neminem fore coronandum nisi prius certauerit legitime fortiter intrepide. Et Christus beatos pronunciat qui persequitionem patiuntur propter iustitiam, quoniam illorum sit regnum cælorum. Ex diuitijs autem hoc est metallo nulla est uera beatitudo. At si quis metalli in morem per ignem tribulationis fuerit excoctus & solidus in fide inuentus is uere felix erit, 1. Petri 4.

Ne quis cum tentatur dicat se à deo tentari. Nam deus ut malis tentari non potest, ita nec ipse quenquam tentat: imò unusquisque tentatur, dum à propria concupiscentia abstrahitur & inescatur. Deinde concupiscentia posteaquam concepit parit peccatum, peccatum uero perfectum progignit mortem.

Deo non est imputanda culpa peccati nostri. Deflectit nunc ad alium locum. Dicit de temptatione haec tenus id est de afflictionibus quibus deus tentat id est explorat fidem nostram probatq; iam contra eorum disputa bit impudentiam qui temptationem id est lapsum in temptatione (est enim Metastasis in uoce Tentatio) deo impingunt, dicentes, Lapsus sum fateor in afflictione siue persequitione, obmurmuraui, impatienter tuli aduersa, negauit Christum, terrena magis quam cœlestia sum sectatus, atqui dei potius quam mea culpa sic peccauit. Cur enim tentauit me deus? aut si omnino tentare uoluit, quare non contulit animi robur ac vires quibus uincerem? His respondet Iacobus ad hunc modum, Si quem molestia afflictionum à statu mentis recto & à pietate abducit, non est quod imputet deo, qui non in hoc immittit afflictiones ut perdat & in impatientiam coniiciat, sed ut pro sua bonitate materiam segetemq; pietatis suppeditet id est occasionem præbeat pulchris uirtutibus hoc est fortitudini, constantiæ, patientiæ, fidei & spei. Pulcherrimæ enim hæ uirtutes exerunt & sese exercent maxime in temptationibus afflictionibusq;. Cæterum ut totum hoc negotium quod uidelicet deus omni careret peccati nostri culpa fieret spectabilius & explicatum certumq; magis profert quæ sit ipsa dei Natura, Deus inquit natura bonus est, nullis malis sollicitari potest, ideoq; neminem sollicitat ad mala. Quod ergo alibi scriptum est, Tentauit deus Abraham, hunc habet sensum, Deus experimentū sumere uoluit de fide Abraham adeoq; omnibus hominibus documentum præbere quam fuerit Abraham obsequens & timens dei. Vnde liquet Tentare non usurpari perpetuo pro impellere, ut in præsenti accipitur. Nam sensus uerborum Iacobi hic est, Quemadmodum deus in mala non labitur & propellitur, ita neminem in malum propellit. Iam dictalisquis, Cui ergo imputabimus mala, aut à quo impellimur ad malum? Respondet Iacobus, Imò unusquisq; tentatur dum à propria concupiscentia abstrahitur & inescatur. Quasi dicat, In nobis est peccati seminariu[m] ipsa uidelicet concupiscentia & ad uitia proclivitas insita nobis adeoq; agnata ex primorum parentum uitio. Ideoq; ἐμφατικῶς dicitur A propria concupiscentia. Malum ergo siue peccatum propriæ nostræ est, quod suggestione dæmonis primo quidem enatum est, nuncautem eadem illa fouetur & augetur indies apud corruptos homines. Ita enim & de satana loquitur apud Ioannem dominus, Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est & mendacij pater. In qua sententia obseruandum est quod dicit Ex proprijs loquitur. Et, Mendax est & mendacij pater nimis fons principium & origo. Interim uero hac disputatione nostra non ponimus duo rerum principia. Agnoscamus enim unum omnium rerum principium, & deum quidem cauissimæ esse mali, sed talem qualē & Scholæ vocant sine qua non. Præterea dicitur & illud ἐμφατικῶς Abstrahitur & inescatur. Deus enim

enim bonum considerat hominem, ipse suo uitio in peccatum est prolapsus, adeo cō abstractus. Abstrahitur autem qui in diuersum ab eo in quo fuerat abripitur. Abripitur autem in malum, ergo fuerat in bono. Item deus uel nunc pro ingenita bonitate sua hominis misertus inserit pectoribus nostris notiones ueri et bonitatē ab illis abstrahunt & in diuersum rapiunt animos nostros cupiditates, quæ per cupedias & obiectiones sensibus uaria illiciuntur in opera carnis foeda, ut scilicet id quod concupiuimus animo, se ftemus aude opere cō compleamus. Et sanctus Paulus sensit aliam legem in mente aliam in membris suis rebellantem legi mentis & abstrahentem à sancto uero iusto & bono in id quod non probabat. Lex autem illa in membris concupiscentia & proclivitas erat ad peccandum. Lex autem mentis ipse dei spiritus, ipsa fides, dei ac ueri notiones erant animo insculptæ à solo deo. Cæterum legem animi ueluti deo propriam, legem autem membrorum ceu homini propriam tribuit. Idem prodidit & de conscientia accusante & excusante, item de lege Naturæ ad Romanos cap. 2. Inscriptit deus naturæ legem in pectora hominum. Ex illa autem lege informantur conscientiae. Quod autem prævaricamus insculptam legem, non dei uitio id quidem fit sed nostra culpa, qui lumen illud cœleste lutulenta caligine, hoc est ingenito malo obscuramus. Vnde Iacobus propriissime dixit homines per concupiscentiam abstrahi & illici ad res malas. Post quæ allegoria & allusione pulcherrima describit peccati ortum progressum & fructum. Concupiscentia ceu matrix concipit peccatum, oritur autem atq; nascitur cum opere atq; cōsensu fit, perfectum occidit ac damnat. Intelligunt autem omnes metaphoram esse tractam à conceptione partu et effectibus hominis. Et Paulus ad Romanos cap. 5. hoc ipsum argumentum tractans peccatum mortem & damnationem ab Adamo deducit, gratiam uitam & salutem à Christo. Hæc autem expendant qui parum sobrie de iusta dei sanctaç prouidentia theologantur.

Ne erretis fratres mei dilecti. Omnis donatio bona & omne donum perfectum è supernis est descendens à patre lumen, apud quem non est transmutatio aut conuerionis obumbratio. Is destinata uoluntate progenuit nos sermone ueritatis, ut essemus primitiæ quædam suarum creaturarum.

Insert nunc ad hunc modum. Cum autē hæc ita habeant, hoc est cum ex nobis originetur malum, nemo imputet posthac peccati sui culpā deo. Procul absit à nobis error tantus. Huic subiicit dogma Christianum, Omnis donatio bona, & omne donū perfectum ne bonum à so- è supernis est. Quem locum enarrans Paraphrastes, Ut ab homine
summeç bonus est, ita nihil ab ipso proficiuntur nisi bonum. Igitur si quid in nobis est uitiorū, non deo sed nobis ipsiſ feramus acceptum. Si quid bonæ rei, si quid ueræ lucis, si quid illibata sapietiae, id totū auctori deo ascribamus. Si quid lucis habet hic orbis crassior, à cœlestibus illis corporibus habet & potissimum à sole. Quicquid à nobis ueræ est cognitionis, quicquid puri sincericæ affectus, id à nobis nō oritur, qui alioqui nil aliud sumus q̄ peccatores et ignorantes, sed è sublimi proficiuntur, ab auctore honorū omnium uenit quicquid uere bonū est, à fonte totius perfectionis obtingit, quicquid legitimū & perfectum est, taleç ut nos deo cōmendet. Quicquid uere lucidū est, id nobis ex se se mitit ille pater & princeps omnis ueræ lucis. Hæc non impartiit meritis nostris, sed gratuito Bona non meri nobis largitur, ut est natura benignus. Dona sunt uerius q̄ præmia, liberalitas est uerius tā sed dona uos q̄ merces. Fas igitur nō est, ut hinc quicquā nobis arrogemus, sed pro nostris malis dei cat Iacobus. misericordiā interpellamus, pro bonis non nostris illius liberalitati gratias agamus. Hanc etenus Paraph. Egregie itaq; Iacobus ostendit à deo esse omne bonū idcō nobis conferri gratuito, ab homine autem malū qui in peccatis concipitur & nascitur filius iræ. Quicquid ergo boni & salutis est in homine, id totū diuinæ bonitati acceptū feret qui sapit & deo uult esse gratus. Quod quidē primariū est religionis nostræ dogma. Subiicit ad hæc rem pertinentem & aliā rationē à natura dei petitā, Apud quē non est transmutatio aut conuerionis obumbratio. Quasi dicat, Deus est æternus immutabilis & lux purissima,

qui nō mutatur aut caligine obscuratur. Apud homines fit frequē transmutatio, ut qui fuerat haec tenus vir bonus & munificus, mox fiat malus & sordidus. Deus semper sui similis est, semper benefacere cupit. Apud nos sunt diei & noctis uicissitudines. Exoritur sol, idem mox densis conditur tenebris, imo ipse sol crescit & decrescit, habet obumbrationes suas. In deum uero æternū & purissimum solem nihil obumbrationis cadit, semper lucidus, semper illustris & purissima lux est atq; manet. At qui hanc rationē secum excutit, nunq; poterit deum fontem mali constituere. Porro in hisce loquutionibus omnibus nemo nō agnoscit idiotismos Hebraicos, Pater luminū pro summa & æterna luce à quo ceu fonte omnis lux emicat. Conuerzionis obumbratio, pro obumbratione suas habente uices. Hic uero non possum satis mirari quid S. Hiero. uenerit in mentem, ut hęc Apostoli uerba de Vmbris exposuerit legis. Verba sancti si quis requirat, hęc sunt in 1. contra Iouinianum libro, Transeamus ad Iacobum, inquit, qui frater domini dicebatur, tantæ sanctitatis tantæq; iustitiae & perpetuae uirginitatis, ut Iosephus quoq; historicus Iudeorum propter huius necē Hierosolymam subuersam referat. Hic primus episcopus ex Iudeis Hierosolymæ credentis ecclesie, ad quē Paulus cū Tito Barnabāq; pergebat, loquitur in epistola sua, Nolite errare fratres mei dilecti, Omne datū bonū & omnis perfecta donatio de sursum est descendens à patre luminū, apud quem non est differentia aut conuerzionis obumbraculū. Et paulò post, Apud quē non est differentia Iudei siue Gentilis, nec illa umbra quę uersabatur in lege premit eos qui de nationibus crediderunt &c. Hęc ille, quem qui sequuntur me quidē non offendunt. Præterea quod deus salutis & gratiae omniscip̄ boni non perditionis peccati ac mali author sit liquet uel ex eterno dei consilio & mysterio Euangeli, item ex fine uocationis nostræ. Dicit em̄ Iacobus, Is destinata uoluntate progenuit nos sermone ueritatis, ut essemus primitiæ quædā suarū creaturarū. Quę quidē hunc habent sensum, Adam genuit nos morti. Seductus em̄ mendacibus serpentis pollicitationibus uitā amisit, peccatorumq; tenebris obscuratus genuit nos tenebris obnoxios, adeo ut nunc cœlestia fastidiamus, inhiemus autē terrenis. Deus uero nosstræ misertus calamitatis nullo nostro merito, puocatus sola sua bonitate regenuit nos, non iterū ex corrupto semine carnis, sed ex purissimo & uerissimo semine sermonis eterni. Hic autē cœlestis sermo tam est efficax ut prorsus muet homines, qui iam execrantur quod amarunt prius, amantes nunc quæ execrarentantæ. Id uero est illud ipsum quod euangeli mysterio traditur mundo. Hoc illud æternū dei consiliū est quo statuit reparare mundū. Quis autē hęc audiens temere posthac peccati culpā deo impegerit? Rursus si spectemus uocationē nostram ad quid simus uocati, ut uidelicet essemus primitiæ quædam suarū creaturarum, nō maculae & labes, sed opimū & præstantissimum dei sacrificiū, quod præ omnibus creaturis deū amaret, deo gratū esset, ueraq; coleret iustitia. Hęc, inquam, qui spectat non potest ullam peccati culpā reiçere in deū. Hęc de apostoli sententia & de eo quod homines suo uitio mali sint, dei beneficio boni, quodq; homines de sancta dei prouidentia reuerenter debeant loqui. De spontanea & gratuita dei in nos uoluntate, id est beneficentia, de electione & uocatione nostra copiosius disputatum est in epistolis Pauli, ut & de Regeneratione Ioan., & 1. Pet. cap. 1.

Itaq; fratres mei dilecti, sit omnis homo uelox ad audiēdū, tardus ad loquendum, tardus ad iram. Nam ira uiri iustitiam dei non efficit.

Colligit uela & concludit locum de diuina prouidentia, nonnihil adhuc respectans locum de patientia. Ira enim quæ impatientiæ uis & fomes est efficit quo minus facimus iustitiam dei, hoc est quo minus simus malorū patientes, perq; tolerantiā omnem dei iustitiam perficiamus. Petulantia uero lingue ex ignorantia est rerū diuinarū. Hęc autē oritur ex illa temeritate qua prius magistri esse uolumus q; fuerimus discipuli, cū quilibet frene lingue laxat, deq; religione & operibus dei cornicatur ineptissime. Hinc enim sunt illæ uoces impiæ, Deus potuit me potentia sua à lapsu præseruare, quia omnipotēs est, qui etiā prouidentia sua præuidit quid essem facturus, ceterū non præseruavit, ipsius ergo culpa non meo uitio peccauit. Ideoq; D. Iacobus, Itaq; fratres mei dilecti, sit omnis homo

homo, inquit, ad audiendū, id est ad discendū uelox acer diligens impiger, tardus ad loquendum, id est prudens & circumspectus in sermonibus, ne scilicet lingua mentē p̄currat, aut aliud loquatur de religione dei c̄ operibus q̄ ipsa p̄scripsit pietatis doctrina, quā hic probe didicisse oporteret: sitis item ad irā tardi, hoc est animi potētes, patētes & longanimes. Causa additur, Ira hominis iustitiā dei non efficit. Nā hominē fibi p̄ficiat, ut nullū locum habeat ullum pietatis officium. Nam ut patientia animi c̄ lenitas totum uirtutum chorū post se trahit, sic impatientia siue ira omnia scelerā habet.

Quapropter deposita omni immunditia & superfluitate malitiæ, cum mansuetudine recipite insitum sermonem, qui potest saluas reddere animas uestras.

Connectit superioribus cōsequentia. Dixerat paulò ante deum nos ex mera beneficentia genuisse per sermonem ueritatis. Nunc infert, Ut ergo huic semini naturæ c̄ respondēamus diuinæ, age deponamus à nobis omnē immunditiam quā omnes fibi homines à primo contraximus parente ut scilicet ex nostris uiribus nihil quam peccare possumus, deponamus præterea superfluitatem malitiæ, hoc est inutiles superfluos ineptos, imò impios de rebus diuinis sermones, qui enascuntur ex malitia & ignorantia rerū diuinarum, recipiamus autem insitum illum sermonem, id est per regenerationē illam cœlestem insitā pectoribus uim, aut quę insita debebat esse animis nostris, quandoquidem uere eramus regeniti: recipiamus hanc, inquā, cum mansuetudine, id est recte, cum patientia, modestia & iustitia, modeste & prudenter sentiētes de operibus dei, sancte loquentes de his, iuste quoq; uiuentes in hoc sēculo. Sic autē poterit animas nostras ille dei sermo saluas facere, qui interim saluas non facit cū immodestius & sentimus & loquimur de operibus dei, cū irascimur & turbulētores animi sequimur motus, cum impatientissime ferimus manum domini, cum religionem uerbum dei & fidem Christianā iactamus ore, opere uero abnegamus. Hac autem ratione magno spiritu persequutus est superiores duos locos conclusi c̄, & uiam stravit consequentibus quibus docet uanos esse qui sine fructu bonorum operum multa de fide & serbo dei garriunt. Regnū enim dei non in sermone sed in uirtute esse docuit etiam ipse Apostolus Paulus.

Sitis autem effectores sermonis et non auditores tantū fallentes uos metipso. Quoniam si quis audiat sermonem nec eum factis exprimat, hic similis est uiro consyderanti faciem natuitatis suæ in speculo. Considerauit enim seipsum & abiit, & continuo oblitus est qualis esset.

Qui, inquit, audiunt uerbum dei non autem faciunt & ideo se Christianos putant quod audierunt, longe falluntur. Philosophi quidē ediscūt bene uiuēdi rationes & id sat esse putat longe fallentes semetipso cū non in lingua sed in uita hominis felicitas sit. Christus autē in euangelio nobis dixit, Beati qui audiunt uerbū dei & custodiūt illud. Item apud Matth. Omnis, inquit, qui audit ex me sermones hos & facit eos, assimilabo illum uiro prudenti qui ædificauit domū suam super firmam petrā. Proinde & D. Iacobus ex doctrina Christi hortatur suos, ut quod didicerunt ex doctrina ueritatis ope re cōpleant pietatis, neq; satis esse putent si audierint tantū didicerint & probarint pietatis doctrinā. Fallit enim qui in hoc summam pietatis collocent. Atq; hic est scopus consequentium ad cap. usq; 2. Addit egregiam parabolā qua explicit q̄ uanum & inutile sit audire, inquit, q̄ nullum fructum referat qui leuiter & incogitante euangelicum sermonem audit. Simillimus est homini contemplanti faciem natuitatis, id est natuam in speculo, qui cum accessit ut uideret qua forma esset nec interim cogitauit de mutādis formę uitiijs, idem ille non alias à speculo discedit q̄ accesserat, imò simul atq; recedit à speculo ne meminit quidem qualem se conspexerit. Speculū certe purissimus est sermo euāgelicus. Ad hunc se se contemplaturi accedūt qui uel ad lectiones uel contiones ueniunt sacras. Ex his discunt quæ deceant hominē Christianum, quæ minus. Si quę in uita ipsorū ma

Fidem quæ est
sine pietate nō
iustificare,

Audire uerbū
dei sine fructu,

culæ sunt, labes, scelera, protinus relucet illæ in hoc sacro speculo repercutiunturç in sa-
ciem contuentium. Hic nisi quis cogitet de neuis abluendis repurgandisç uitijs, in utilis
fuit spectator atq; auditor; imò statim atq; uerba in auribus eius sonare cessauerint, cessa-
uit simul & peccatorum memoria, sed & omniū quæ ille audierat obliuiscitur proç mo-
re solito uiuit perdite.

At qui prospexerit in legē perfectā quæ est libertatis, et permanerit,
hic cū nō sit auditor obliuiosus, sed effector opis, beatus facto suo erit.

*Audire uerbu
dei cum fructu.*

Opponit membrum orationis contrarium quod superiori responderet per antithe-
sim. Quod autem prius uocauit speculum id nunc appellat Legem perfectā libertatis.
Et uerbum quidem dei constans firmum sibiç per omnia simile est semper habes suam
naturam vim & efficaciam. Varietas ergo illi non ex se se tribuitur, sed ab auditorū diuer-
sitate. Accedit enim ad uerbum dei uanus aliquis hypocrita, huic sanè speculum est. Rur-
sus accedit uir sanæ mentis et qui ex animo deum quærerit, ei uerbu dei lex est perfectionis
et libertatis. Iacobus ergo, Qui, inquit, accedit non tantū ut audiat, nō uti uerbo dei tanq;
speculo utatur, sed tanq; ad absolutam uitæ regulam omniumç functionū directorium,
qui, inquam, totus in hoc est ut perficiatur & uere liberetur ab erroribus ab iniurianti-
bus & ab omni corruptela, nec incipit tantum pio zelo, uerum magis pergit & in sancto
studio permanet: talis, inquam, cum non sit obliuiosus uerbi dei auditor, sed effector ma-
gis præcepti dei, uere beatus erit. Non quod audierit sed quod præstiterit, id est uere et ex
animo crediderit, fidemç expresserit factis. Huc uero oratio Iacobi consiliūç non spe-
ctat ut persuadeat nos iustificari per opera. Omnis enim doctrina & euangelica & Apo-
stolica in hoc tota est ut doceat nos non per opera ac merita nostra sed per merā Christi
gratiam in fide iustificari. Vnde D. Iacobus hoc primariū religionis nostra dogma non
impugnat aut euertit, sed magis conatur approbare illam fidem quam iactabat quidam
bonis operibus uacuam et nihil aliud quām inanem opinionem & gloriationē non pro-
delle, sed ueram fidem prodesse quæ se bonis operibus prodit, imò quæ sine operibus bo-
nis esse nequit. De qua re pluribus dispuabitur in cap. 2.

Si quis uidetur religiosus esse inter uos qui non frenat lingua suam
sed aberrare sinit cor suum huius uana est religio.

*Qui habeant
uananam fidem.*

Ephes. 4.

Exemplo planius ostendit contra quos disputet & qui auditores sermonis nō effec-
tores sint, hoc est qui uera careant fide interim maxime religiosi uolunt uideri. Qui uide
licet linguam suam non frenant. Deinde qui corda sua finunt aberrare. In quibus specie-
bus omnia alia complexus est uitia. In lingua enim & corde affectuum sede inhærent
peccata & omnia & maxima. Laxat frena linguae qui irreuerenter deo de operibus e-
ius de prouidentia dei de fide iustificantate & operibus fidei loquuntur & iudicant uel in
ipsum deum malum culpam regerentes uel iustitiam ita eleuantes ut auditores existiment
se in carnis libertatem esse assertos, satis deniq; esse si quis dicat se credere utcunq; uiuat
impure interim. Præterea linguam suam non frenant qui sibi non temperant à conui-
tijs obrectationibus & turpiloquijs. Cæterum corda sua aberrare finunt hypocrite &
praui homines deum & timorem eius expectorantes & se totos affectibus & concupi-
scenzijs tradentes. Ex uago autem & instabili corde nascitur linguae petulantia. Qui au-
tem tales sunt utcunq; iactant fidem iustificantem & euangelijs prædicationem indubie-
ramen uani sunt uanaç ipsorum est religio.

Religio pura & immaculata apud deū & patrē hæc est inuisere orpha-
nos & uiduas in afflictione sua, & immaculatum seipsum seruare à mūdo.

*Vera religio
ac fides quibus
fructibus illue-
stris.*

Ad finem capitil pulcherrima exprimit sententia in quo consistat uera apud deum
religio, non in amplis uerbis splendidisç de religione, non in multa sacrarum literarum
lectione uel auscultatione etiam, nec uero & in ijs in quibus pleriq; sitam existimant, in
delectu ciborum & dierum, in monachorum regulis, in missis, indulgentijs & horis ca-
nonicis, in prolixis precibus ac ceremonijs pompæ teplati, sed in misericordia et cha-
ritate

ritate in innocentia & custodia uitæ, Significanter autem dixit Religio pura & immaculata. Sunt enim religiones impuræ & pollutæ, hoc est superstitiones, quarum mentio fit ad Coloss. 2. Addit notanter & hoc Apud patrem id est quæ locum habet apud patrem & quæ deo placet. Est enim religio qua fibi homines placent admodum, quæ deo interim supra modum displicet, clamanti Quis requisiuit hæc à manibus uestris? Veræ autem religionis duo ponit capita Misericordiam uidelicet siue Charitatem, & Innocentiam siue custodiam uitæ. Annumerauit species certas at in his comprehendit alias similes, parres, affines. Per orphanos ergo & viduas omnes intelligit homines auxilio & confilio destitutos quibus nos opera nostra prodesse possumus. Per mundum intellexit omnia quæ sunt in mundo ut sunt concupiscentia carnis, oculorum &c. 2. Ioan. 2. Atq[ue] in his ueram uersari religionem conuincunt post alios multos hi potissimum loci scripturæ, Deut. 5. 10. Psal. 14. & 23. Isaías in 1. & 58. Ieremias in 7. & 22. Ezech. in 18. & 22. Oseas in 6. Micheas in 6. Zach. in 7. & 9. Christus deniq[ue] ipse Matth. 25. Ioan. 13. Paulus quoq[ue] ad Romanos 12. & 1. Thess. 4. ut interim infinita alia loca transeam. Porrò nisi hæc omnia ex fide fiant, nulla sunt. Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Rursus si illa non fiant, dicat aliquis interim se credere aut fidem habere, nullus est. Non enim in sermone sed in uirtute est regnum dei. Nihil item ualeat præputium nihil circumcisio sed fides per charitatem efficax. De qua re D. Augustinus egregie disputauit libro ad Bonifatium contra duas Pelagianorum epistolas 3. cap. 5.

Fratres ne cum respectu personarum habeatis fidem domini nostri C A P . II.
Iesu Christi ex opinione. Nam si ingrediatur in coetum uestrum uir au-
reum gestans annulum ueste indutus splendida, ingrediatur autem &
pauper in sordida ueste & respexeritis ad illum qui uestem gestat splen-
didam & dixeritis illi, Tu sede hic bene, & pauperi dicatis, Tu sta illic
aut sede hic subter scabellum meū, an non dijudicati estis in uobisipsis
& facti estis iudices cogitationum malorum?

Audiuimus religionem consistere in misericordia & charitate. Hinc uero occasio- Refectus pera-
nem capit suiq[ue] saeculi redarguit uanitatem. Erant homines qui fidem iactabant Chri- sonarum chari-
sti, interim autem proximorum nullam habebant rationem imò pauperes contemne- tati aduersus re-
bant penitus quos tamen unice suis commendarat Christus, magni autem pendebat futatur,
quos opes gloria & mundi huius fortuna magnos fecerat. Contra hos ergo ex prædi-
sputatis differens Iacobus, Si inquit fidem habetis ut uultis uideri, certe estis religiosi. Fi-
des enim uera est religio. Religio docet charitatem & misericordiam, ergo si eam habetis
fidem quam & doctrina & exemplo uitæ nobis commendauit Iesus Christus, certe non
oportet ita ut facitis respicere personas, idq[ue] ex opinione id est uestra existimatione car-
nali qua nō spectatis quām pius fidelis uirtuosus aliquis sit, sed quām diues nobilis stem
matisq[ue] clarus. Non quod nolit honorem exhiberi uiris honorandis, sed quod impro-
bet nimium harum rerum studium, pauperumq[ue] contemptum. Cæterum subiecta hy-
potyposi exponit quid et qualis sit illa receptio personarum quam damnat. Si inquit in-
grediatur in coetum uestrum aliquis aureo insignis annulo aut torque splendidâue ue-
ste conspicuus, simul autem ingrediatur & pauper aliquis, nec annulum gestans in digi-
tis nec purpuram in corpore sed ueste uili sordidaq[ue] tectus, continuo affurgitis non ob
aliud quām quod miramini splendorē illum fortunæ inglorium, desertis protinus impe-
rito locum honoratiorem cum geniculatione dicentes, Tu sede hic bene; pauperi autem
ueluti contemptu dicitis, Tu sta illic aut sede illic subter scabellum meum, nec ob aliud
quām ob fortunam tenuiorem aut ob uiliorem uestem. Habes qualis fuerit receptio per
sonarum; iam audi quomodo profligetur duriter ab apostolo, Cum autē sic facitis que-
so an non statim animus uester reclamat & condemnat in corde uestro factum hoc ue-
strum, qui honorem qui debebatur uirtuti per adulacionem tribuitis auro ac purpuræ,
contemnitis autem eum quem commendauit Christus quem item uera animi bona

commendant, fidei sinceritas, animi modestia, sobrietas, castitas, cæteræq; dotes quæ ue
re splendidū reddunt hominem. Hæc autē de sententia Apostoli. Non potui autē mihi
temperare quin ascriberem uerbotim pulcherrimum D. Leonis Iudæ preceptoris & fra
tris nostri obseruandissimi charissimiq; locū, qui est in illa Explanatio huius Epist. lu
culenta quā ex ore clariss. uiri D. Huld. Zwingli exceptā triennio ab hinc cedidit. Hæc au
In sæculi nostri tem sunt optimi & doctissimi uiri uerba, Personas accipere aut respicere loquutione He
prepostorum significat oculos & animum in externum hominis habitum defigere, eumq; ex
iudicium circa hoc uel estimare uel contemnere ex hoc respectu ei deferre, eum metuere, in gratiam il
lius quod phas non est committere. Ab hoc nephando & pessimo uitio quoniam lon
gissime abest dei natura per spiritum sanctum in scripturis auocat & absterret eos quos
sibi in peculium quoddam selegerat. Et quoniam humilibus gaudet ab omni fastu mun
di abhorrens huius rei uiuum exemplar in Christo Iesu filio suo proposuit, qui cum di
ues esset pauper, & cum omnium rex atq; dominus seruus pro nobis factus est, ut disce
remus humiles esse & pauperes, nec mirari aut amare quæ mundus miratur et amat. Sed
nec prophetarum atroces minæ, nec Christi exemplum & doctrina mansuetissima, nec
Apostolorum uoces tantum apud nos valuerunt, quin grande hoc malum hodie pas
sim in orbe regnet omniaq; late occupet. Posteaquam ergo uera rerū uocabula iam pri
dem (ut Cato aiebat) amisimus quod bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum au
dacia fortitudo uocatur, difficile est (inexpertis maxime) in tam confuso & perturbato
rerum omnium ordine, uirtutes non dico amare sed ne nosse quidem & à uitijs secerne
re, partim quod oculus hominis corruptus in externam rerū faciem tantum fertur non
in animum actionum omnium fontem penetrat, partim quod uitia uirtutum nomina
induunt & earum ueste sese uendant adeò ut uix tandem uel à spiritualissimis depre
hendi possint, dum scilicet uel longo rerum usu edoc̄t id sentiunt, uel hypocrisy (quæ
perpetua esse non potest) suo se uitio prodit. Catilinæ largitionem tum demum liberali
tatem non fuisse deprehensum est dum proditorio animo apertoq; Marte in urbem &
patriam suam conspirasset & arma mouisset. Hæc ῥροσθποληγία omnium uitiorum no
bis omnium malorum deniq; causa est dum & uirtutes & uirtutum nomina euanuerūt.
Ex hac hydra tot nobis hypocritæ, tot adulatores pullularunt. Nam dum uirtuti nec clo
cus est, nec honos nec præmium, regina uero pecunia regnat & quisq; tantum fidei &
existimationis quantum in arca nummorum habet, fit, ut nemo solidæ uirtuti nemo ue
ræ gloriæ studeat. Tantum ille.

Audite fratres mei dilecti, nōnne deus elegit pauperes huius mundi
diuites in fide & hæredes regni, quod promisit ihs à quibus dilectus fue
rit? Vos autem contemptui habuistis pauperem. Nōnne diuites tyran
nidem exercent in uos? & ijdem trahunt uos ad tribunalia? & ijdem ma
le loquuntur de bono nomine quod inuocatum est super uos?

*Pauperes dei
amici.*

A persona Pauperis & Diuitis trahit argumenta quibus respectum personarum dis
suadeat. Et primo quidem de Pauperibus loquens, Pauperes inquit mundi huius elegit
deus, hoc est, Pauperes deo placent, pauperes hic amat, his dilectatur, hos magni facit.
Huic membro opponitur Vos autem cōtemptui habuistis pauperem, quæ sane magna
est iniquitas adeoq; magna dei iniuria, utpote quæ nō in hominem sed in ipsum deum
redundat. Nam amicorum omnia communia sunt. Oportet ergo & iniurias esse com
munes. Et pauperes dei amici sunt. Intelligis ergo quantum scelus sit obseruasse perso
nas. Iam ne quis abuteretur nomine Pauper, significanter addit, Mundi huius hoc est
quibus tenuis est fortuna in mundo. Et cum illi quoq; nonnunquam magni sint nebula
lones quos contemnat vir bonus merito, iterum addit Diuites in fide & hæredes regni.
Hoc est, qui tametsi inopes sint & egeni, prædiuites tamen sunt in fide & uirtutibus a
deoq; hæredes æternæ gloriæ. Illam uero ne quis merito ascriberet humano statim sub
dit, Quod promisit ihs à quibus fuerit dilectus. Promisit enim ex gratia datur ergo uita
ex gratia, Quod autem & dilectioni attribuitur, ne id quidem aliud est quam gratia. Di
ligit

ligit enim qui credit. At fides merum dei donum est. Deinde loquens de Diuitibus, expDiuites oppres
nit de quibus loquatur non omnibus, sunt enim quidam diuites uiri boni. Proinde la-
cobus Diuites inquit exercent in uos tyrrnidem, violentia uidelicet, usuris & alijs arti-
bus malis opprimentes uos. Illi pertrahunt uos ad tribunalia, id est reos uos peragunt uel
propter debita uel propter religionem. Idem illi blasphemant religionem Christianam
à qua uos nomen adepti estis ut dicamini Christiani. Est enim loquutio frequens in scri-
pturis quemadmodum & illa in Genesi, Inuocabitur nomen meum super illos, id est illi
uocabuntur appellabuntur cęp meo nomine & censebuntur mei filii. Hodie certe uidere
est ut illis geniculemur quibus omne studium dirigitur ad internationem ueræ religio-
nis & ad instaurationem idololatriæ. Atqui ea re, id est personarū receptione, prodimus
quām nulla in nobis sit fides uera.

Si legem quidem regiam perficitis iuxta scripturam, Diliges prox-
imum tuum sicut te ipsum, benefacitis: sin uero personam respicitis, pec-
catum committitis & redarguimini à lege ueluti transgressores.

Absolutur sententia ad hunc modū, Hinc cōsequitur inquit benefacere uos ipso cęp Christiani non
opere professioni uestræ uos respondere cum legem perficitis regiam, rufus peccare & personas respi-
ab ipsa redargui lege si respexeritis personas. Regiam uero legem uocauit præceptū cha-
ritatis. Quod charitas ueluti corona adeo cęp omnium uirtutum regina fit, omniū præ-
ceptorum colophon et summarium. Docet igitur hoc loco Iacobus quod ad Galatas tra-
didit Paulus, fidem quæ per charitatem efficax est prodesse.

Quisquis enim totam legem seruarit, offenderit autē in uno, factus
est omnium reus. Nam qui dixit, Ne moecheris, dixit etiam, Ne occi-
das. Quod si non fueris moechatus occideris tamen, factus es transgres-
sor legis.

Dixit transgressores esse legis qui recipiunt personas. Id uero uidebatur quibusdam
durum admodum. Dicebant enim, Tametsi illa re aberrauerimus non nihil, ideo tamen
non sumus transgressores legis. Pauperi enim nihil incommodauimus quod ei prætu-
limus opulentiores. Respondet Iacobus, imò & probat quod sint transgressores legis
id cęp hac ratiocinatione. Qui offenderit in uno, uiolatae legis tenetur reus. Offendistis au-
tem uos in uno, estis ergo rei uiolatae legis. Si enim fieri posset ut aliquis totam seruaret
legem (quod quidam sibi falso tribuebant) aberraret autem in uno tantum, iam legis
transgressor non minus factus est quām si omnī esset reus factus, id est non minus hoc
ipso facto suo illegitimo in legem peccauit quām si aliquod peccasset ex omnibus quæ
lege prohibentur ne fiant. Non dicit apostolus quod omnia peccata fecerit quæ in lege
prohibentur qui unum aliquod peccatum designauit, sed non minus inquit peccauit
quām si ex uniuersitate illa peccatorum aliud quodpiam peccasset. Nam certissimum est
eum non esse homicidam & adulterum qui pauperem contempnit diuitem in honora-
tiorem locum collocauit. Ceterum non minus peccauit quām qui homicidium commi-
fit aut adulterium. Licet alterum altero grauius fit. Illuc autem pertinet exemplum con-
sequens. Qui dixit, Ne moecheris, idem dixit etiā, Ne occidas. At ideo non sequitur quod
qui adulterium commisit idem & homicidium patrarit, illud autem sequitur quod qui
adulterium designauit non minus peccarit quām qui homicidium fecit, adeo cęp quod
hoc nomine se non possit excusare & ueluti innoxium iactare qui tametsi in multis non
offendit in certo tamen aliquo impegit. Ergo ut ad institutum nostrum reuertamur, A-
postolus Vt inquit demus in plerisq; uos inculpabiles esse, id tamen negare non potestis
à uobis recipi personas. Atqui cōstat ea re peccari à uobis cōtra regiam legem, unde uos
non poteritis à transgressione legis liberare. Caussa. Qui in unam aliquam legem pecca-
uit, non minus tenetur uiolatae legis quām qui in ceteras peccat. D. Aurel. August. epist.
ad D. Hierony. 29, hunc locū de Charitate exponit, cuius uerba si quis requirit hæc sunt,
Vnde fiet omnium reus si in uno offendat qui totam legē seruauerit? An forte quia ple-

nitudo legis charitas est qua deus proximusq; diligitur, in quibus præceptis charitatis tota lex pendet & prophetæ, merito sit reus omnium qui contra illam facit in qua pendent omnia? Nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo. Quia Non adulterabis, Non homicidium facies, Non furaberis, Non concupisces & si quod est aliud mandatum in hoc sermone recapitulatur in eo quod diligis proximum tuum sicut te ipsum. Di lectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis charitas. Nemo autem diligit proximum nisi diligens deum, & hoc quantum potest proximo impendat, quem diligit tanquam seipsum ut & ille diligit deum, quem si ipse nō diligit, nec se nec proximum diligit. Ac per hoc qui totam legem seruarit, si in uno offenderit sit omnium reus, quia contra charitatem facit, unde tota lex pendet. Reus itaq; sit omnium faciēdo contra eam in qua pendent omnia. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra charitatē qui grauius peccat, minus qui leuius? Et hoc ipso quod admittit sit quidem omnium reus, sed grauius peccans, uel in pluribus peccans magis reus. Leuius autem uel in paucioribus peccans minus reus, tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius, tanto minore quanto minus peccauerit, tamen etiam si in uno offenderit reus est, quia contra eam facit in qua pendent omnia. Hæc Augustini sunt.

Ita loquamini & ita faciatis ueluti per legem libertatis iudicandi. Si quidem iudicium absq; misericordia erit ei qui non præstiterit misericordiam. Et gloriatur misericordia aduersus iudicium.

Ad normā charitatis dirigen- da omnia. Dogma istis subiungit, docens ad charitatis regulam seu normam omnia uel dicta uel facta esse exigenda. Appellata autem Charitatē legem libertatis, quam prius uocauit legem regiam. Liberat enim animos nostros legis odio, liberat à peccatis. Vbi ergo charitas est ibi libertas est conscientiarum. Vnde S. Ioannes in Canonica sua Filioli mei inquit, ne diligamus uerbo neq; lingua sed opere & ueritate. Per hoc cognoscimus quod ex ueritate sumus et in conspectu eius suadebimus cordibus nostris, &c. Quod uero dicit nos iudicandos per legem charitatis, sumpsi ex doctrina Christi qui apud Matth. in cap. 25. totam faciē iudicij adumbrans eos damnatione liberat soluitq; qui opera præstiterūt charitatis, damnat autē qui operibus caruere misericordiæ. Vnde Iacobus quoq; in præsentiarum argumentans à pœnis & præmijs quo magis pertraheret animos nostros ad charitatis ardens studium, Qui inquit, nullam fratribus misericordiæ præstiterit, ei nulla quoq; à iudice deo præstabitur misericordia, sed hoc punietur acrius quo maius à deo sensit beneficium. Beneficit autem nobis deus imò bonorum aceruo nos locupletauit cum dedit filium, nihil à nobis stipulatus nisi misericordiam. Estote inquit misericordes quia pater uester misericors est. Date & dabitur uobis, Et qua mensura mensi fueritis eadem remetietur uobis. Et ut uos remiseritis hominibus peccata sua, ita remittet uobis pater coelestis peccata uestra. Item beati misericordes quoniam misericordiam consequentur. Quia ergo fronte à iudice deo petet misericordiam qui seruus in conseruum se præbuit immisericordem? Quo ore postulabit à deo dilig qui proximum suum nō diligit? Proinde qui uult inquit Iacobus iudicium nancisci dilutum misericordia, præbeat se erga proximum uel peccantem uel egentem misericordem. Adiungit his nunc & contrariam sententiam, Et gloriatur Misericordia aduersus iudicij. Vsurpat autem gloriari uerbum pro fidenti pacatoq; præditum esse animo. Nam D. Paulus 2. Cor. 1. gloriacionem ut aliás sæpe ponit pro fiducia. Deinde Enallage uidetur esse in uoce Misericordia. Misericordiam enim dixit & misericordem intellexit, rem pro persona. Et sæpe fit ut per ἀνέντης virtuosum hominem & pacificum ipsam uirtutem & pacem appellemus, ita misericordiam apprime misericordem. Porro iudicium ipsa est sententia et supplicium quod per iudicem in iudicio pronunciatur in reum, hoc est damnatio. Iam ergo sententia apostoli erit, Misericors securo & confidenti animo erit in iudicio. Nam non est quod damnationem meruat propter peccata. Deus enim misericordiam pollicitus est illis se præstaturum qui misericordiam exercuerint in proximos; ita uides hanc extremā apostoli sententiā proximę ueluti per antithesim opponi, Proxima est, Immisericors in iudicio nullam

Iam assequitur misericordiam. Opposita sententia est, Misericors autem misericordiam consequitur.

Quæ utilitas fratres mei, si fidem dicat aliquis habere se, facta uero non habeat? Num potest fides saluum facere illum? Quod si frater aut soror nudifuerint & egentes quotidiano uictu, dicat autem aliquis uestrum illis, Abite cum pace calescite & saturamini, non tamen dederitis illis quæ sunt necessaria corpori, quæ erit utilitas? Sic & fides si facta nō habuerit mortua est per se.

Refutat nunc ualidius hypocritas & titulotenus Christianos uiuidis argumentis docens, non satis esse uerbis profiteri fidem nisi & operibus misericordiæ & charitatis præstems eandem. Isti, quod & paulò ante monui, iactabant solam fidem iustificare, se autem credere, ergo & iustos esse, & recte quidem si per fidem intellexissent cœlestē uiuam & efficacem per charitatem uim, nunc autem iactabant uanam quandam de deo & religione opinionem, quam nulla sequebatur uitæ morumq; mutatio. Ea uero nō est fides illa, cui scripturæ tribuunt iustificationem. Appellatur tamen à Iacobo fides, idq; per Me misim. Hypocritæ enim de opinione sua ceu fide gloriabantur. Contra hos autem, Quæ, inquit, utilitas fratres mei, si dicat aliquis se habere fidem, facta uero nō habeat? hoc est, Nihil prodest homini si tantum dicar, Credo in Christum, interim uero effectus caret fidei. Efficit autem fides in pectoribus fidelium serenam conscientiam, tranquillum animum, securū, minimeq; de bonitate dei atq; promissis maxime de remissione peccatorū nihil ambigentem, sed inconcussa spe æternam uitam expectantem. Efficit præterea ut rebus studeamus sanctis p̄ijsq; abnegemus indies mundanas concupiscentias & desydia carnalia. Præstat item ut deum diligamus atq; proximos, ijs inserviamus officijs pie-tatis misericordia ac charitate. Hæc, inquā, sunt facta siue fructus fidei. Iam ergo qui his destituitur, nullum certe fructum ex eo sentit quod dicit se credere. Atq; hoc est quod dicit Iacobus, Num potest fides saluum facere illum? iterum nominās fidem non uiuidam fidem sed inanem de religione conceptam opinionem. Iactitat aliquis se habere uel herbam uel radicem quæ ex lacte hausta medeatur febribus. Hæc quid obsecro prodest se-bricitanti si hausta eam uim non habet quam iste iactabat habere? Ad eundem modum quid proderit homini fidem iactasse & effectibus fidei caruisse laetitat aliquis fidem, sed fides iustificat & ad opera charitatis impellit. Hic uero iniustus & immisericors est. Quid ex his aliud colligas quām istum fide carere? D. Iacobus huius rei evidentem producit parabolam, Si quis, inquit, sorori aut fratri cui uestis desit ac uictus quotidianus dicat blandis uerbis, Abite cum pace (Gott beradt üch) dominus prouideat uobis uictum & amictum, atq; hæc loquutus nihil interim eorum dederit quæ uitæ necessaria sunt sustenanda, uerba quidem bona loquutus est, sed illa nihil prosunt egentibus qui nihilominus algent & esuriunt. Ioannes potius non sermone & lingua sed in ueritate & opere docet Christianos diligere. Ad hunc autem modum habet et negotium præsens. Si quis dicat, Credo in Christum & habeo fidem euangelicam, egregiam quidem professionem facit, at si nihilominus impurus est, auarus & immisericors, inutilis est illa professio. Id uero Iacobus sicut enunciavit, Sic & fides si facta non habuerit mortua est per se, hoc est sola id est inane fidei uocabulum inefficax est. Et mortuus homo speciem habet hominis, uim et opera hominis non habet. Inde autem tracta est metaphora ad fidem uocabulo tantum non etiam re fidem.

At hic dixerit aliquis Iacobi sententiam pugnare cum dogmate S. Pauli qui ad Rom. 3. Colligimus igitur, ait, fide iustificari hominem absq; operibus legis. Et ad Galat. cap. 2. Scimus hominem non iustificari ex operibus legis nisi per fidem Iesu Christi. Item ad Ephesios, Gratia estis seruati per fidem, idq; non ex uobis, dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur &c. Cæterum hisce testimonij non pugnat cum Iacobo Paulus. Siquidem Paulus loquitur de fide per charitatem efficaci, Iacobus autem hanc eandem

Defenditur fides uera, refuta tur inanis.

Effectus siue
fructus fidei.

An operibus
debeatur iustifi-
ficatio.

commendat, reñcit uero inanem fidem, quæ fides dicitur nō ex ipsa re & uere, sed secundum imitationē. At hanc non docet Paulus, nec tanta inani tribuit uocabulo. Ipse enim ad Galat. dixit, In Christo Iesu neq; circumcisio quicquam valet neq; præputium, sed fides per dilectionem operans. Iam uero obijciat adhuc mihi aliquis, Si fides non est fides nisi charitate efficax sit, eaç demum iustificat quæ bonorum operum ferax est, quid ueritat quo minus dicamus ipsa quo q; bona opera iustificare, uel saltem fidei iustificationis partem deberi, operibus autem nostris partem alteram, ut scilicet gratia alterum, nostris autem meritis alterum transscribatur? Respondeo, Principio quidem certum est iustificari aliud non esse quām à peccatis absolui & purgari. Est & illud non minus certum & omnium cum prophetarum tum apostolorum testimonij confirmatum traditumç peccata nostra nobis nullo operum nostrorum respectu sed sola dei misericordia in sanguine Christi nobis condonari, cui quidem gratia cum fides tribuat purgationem & reconciliationē nostram dicitur sola iustificare, etiam sine operibus. Non enim propter nos & nostra bona opera sed propter Christum ex misericordia saluos nos fecit. Cæterum qui fidei beneficio sic à patre coelesti purgati sunt, inseruntur uiti Christo ceu palmites ut fructum ferant bonorum operum, qui quidem fructus sequuntur non præcedunt iustificationē. Iustus enim ex fide uitit. Et iustus facit opera iustitiae. Hæc autem non faciunt fidem. Fides enim purum & merum dei donum est. Habent tamen illi fructus iustificatorum per fidem nomen iustitiae eò quod fiant à iustis. Omne enim quod non fit ex fide peccatum est. Ergo quod iusta dicuntur opera ex fide habent. At fides gratia est, unde & opera gratia esse necesse est. Licet itaq; illa dicantur nostra, nō tamen ideo cessarunt esse dei dona. Quo fit ut pietas non finat iustificationem diuidi, ut pars transcribatur deo ac fidei, pars autem nobis & operibus. Flagitat autem illa ut in solidum omnia tribuamus gratia. Neq; enim alias & fidei tribuitur iustificatio ut nostro operi & conatui, sed ut mero dei dono & quod fides omnia tribuit deo, nobis nihil quām con fusionem. Sathanica autem superbia est uelle dei donis quasi nostris rebus gloriari, aut eam gloriam quæ soli deo debetur in nos transferre. Solius autem dei opus & gloria est iustificare impium, remittere peccata, conferre uitam, retinereç in via iustitiae.

Hæc uero cum ad hunc modū tradimus insimulamur à multis hostes esse bonorum operum & nouæ cuiusdam doctrinæ hæreticæ authores. Intelligunt autem quibus uel ulla est ratio quām indignis tractemur modis, & quod nihil in hac re adseramus quod non possimus cōmuni totius sanctæ ecclesiæ assensu centumç scripturæ locis euincere, imò ex antiquis etiam orthodoxisç scriptoribus demonstrare. Cæterum cum aliquot locos in epistolas D. Pauli annotarim, liber hic subiungere plana aliquot S. Augustini doctoris per omnia catholici testimonia, ex quibus appareat illam responcionem quam iam nunc ad obiecta quorundam dedimus omnino esse orthodoxam, non hæreticam aut nuper domi nostræ natam.

Augustini sententia de fide et operibus, de gratia dei et nostris meritis. Augustinus de fide & operibus cap. 14. Cum ergo dicit apostolus arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis, non hoc agit ut percepta ac professa fide opera iustitiae contemnatur, sed ut sciat se quisq; per fidem posse iustificari etiā si opera legis non præcesserint. SEQVNTVR ENIM IUSTIFICA TVM non præcedunt iustificandum. Vnde in præsenti opere non opus est latius disputare, præsertim quia modo de hac quæstione prolixū librum ædidi qui inscribitur De litera & spiritu. Quoniam ergo hæc opinio tum fuerat exorta, alia apostolicae epistolaæ Petri, Ioannis, Iacobi, Iudeæ, contra eam maxime dirigunt intentionē ut uehementer astruant fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus non qualemlibet fidem qua in deum creditur, sed eam salubrem planeç euangelicā definiuit cuius opera ex dilectione procedunt. Et fides inquit quæ per dilectionem operatur. Vnde illam fidem quæ sufficere ad salutem quibusdam uidetur, ita nihil prodesse asseuerat ut dicat, Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autem hæc similes charitas operatur, sine dubio bene uiuitur, plenitudo enim legis charitas.

De Litera & Spiritu ad Marcelli. cap. 9. & 10. Hic forte dicat illa humana præsumptio, ait,

ait, ignorans dei iustitiam & suam uolens constituere, merito dixisse apostolum, Quia ex lege nemo iustificabitur. Ostendit enim tantummodo lex quid faciendum quidue ca uendum sit, ut quod illa ostenderit uoluntas impleat, ac sic homo iustificetur non per legis imperium sed per liberum arbitrium. Sed ô homo audi quid in Apostoli uerbis sequitur, Nunc autem, inquit, sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem & prophetas. Parùmne insonat surdis iustitia dei, inquit, manifestata est. Hanc ignorant qui suam uolunt constituere & huic nolunt esse subiecti. Iustitia, inquit, dei manifestata est, non dixit iustitia hominis uel iustitia propriæ uoluntatis sed iustitia dei, nō qua deus iustus est, sed qua induit hominem cum iustificat impium. Hæc testificatur per legem & prophetas. Huic quippe testimonium perhibent lex & prophetæ. Lex quidē hoc ipso quod iubendo & minando et neminem iustificando satis indicat dono dei iustificari hominem per adiutorium spiritus. Prophetæ autem, quia id quod dixerunt Christi impletuit aduentus. Nam hinc sequitur & adiungit, dicens, Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, hoc est per fidem qua creditur in Christum. Sicut autem ista fides Christi dicta est non qua credit Christus, sic illa iustitia dei non qua iustus est deus. Vtrunq; enim nostrum est, sed ideo dei & Christi dicitur, quod eius nobis largirate donatur. Iustitia ergo dei sine lege, non sine lege manifestata est. Quomodo enim per legem testificata, si sine lege manifestata? Sed iustitia dei sine lege est, quam deus per spiritum gratiæ credenti confert sine adiutorio legis, hoc est non adiutus à lege. Quandoquidem per legem ostendit homini infirmitatem suam, ut ad eius misericordiam per fidem configiens sanaretur. De sapientia quippe eius dictum est quod legem & misericordiæ in lingua portet, legem scilicet qua reos faciat superbos, misericordiam autem qua iustificet humiliatos. Iustitia ergo dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, non gloria sua. Quid enim habent quod non acceperunt? Si autem acceperunt, quid gloriantur quasi non acceperint? Egent itaq; gloria dei, & uide quid sequatur, iustificati per gratiam ipsius. Non itaq; iustificati per legem, non iustificati per propriam uoluntatem, sed iustificati gratis per gratiam ipsius. Non quod sine uoluntate nostra fiat, sed uoluntas ostenditur infirma per legem, ut sanet gratia uoluntatem, & sana uoluntas impleat legem non constituta sub lege nec indigens legi. Iusto enim lex non est posita, qua tamen bona est, si quis ea legitime utatur. Hæc duo apostolus uelut inter se contraria connectens monet mouetq; lectorem ad perscrutandam quæstionem atq; soluendam. Quomodo enim bona est lex si quis ea legitime utatur, si etiam quod sequitur uerum est, Sciens hoc quod iusto nō est lex posita? Nam quis legitime utitur lege nisi iustus? At ei non est posita sed iniusto. An & iniustus ut iustificeatur, id est ut iustus fiat, legitime lege uti debet, qua tanquam pædagogo perducatur ad gratiam per quam SOLAM quod lex iubet possit implere? Per ipsam quippe iustificatur gratis, id est nullis suorum operum præcedentibus meritis, alioqui gratia iam nō est gratia. Quandoquidem ideo datur nō quia bona opera fecimus, sed ut ea facere ualeamus, id est non quia legem impleuimus sed ut legem implere possimus &c.

In eodem libro cap. 13, differentiam ostendens inter legem factorum & legem fidei, Quid igitur interfit, ait, breuiter dicam, Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat. Illa dicit, Non concupisces; ista dicit, Cum scirem quia nemo potest esse continens nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum, adij dominum & deprecatus sum. Ipsa est illa sapientia quæ pietas uocatur qua colitur pater luminum, à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum. Colitur autem sacrificio laudis & gratiarum actionis, ut cultor eius non in seipso sed in illo gemitur. Ac per hoc lege operū dicit deus, Fac quod iubeo: lege fidei dicitur deo, Da quod iubes. Ideo enim iubet lex ut admoneat quid faciat fides, id est ut cui iubetur si nondum potest sciatur quid petat: si autem continuo potest et obedienter facit, debet etiam scire quod donante possit. Non enim spiritum huius mundi accepimus, ait idem ipse constantissimus gratiæ prædicator, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Quis est autem spiritus mundi huius, nisi superbiæ spiritus? Quo cor insipiens ob-

scuratum est eorum qui cognitum deum nō ut deum gratias agendo glorificarunt, nec alio spiritu decipiuntur etiam illi qui ignorantes dei iustitiam & suam iustitiam uolentes & constituere iustitiae dei non sunt subiecti. Vnde mihi uidetur magis esse fidei filius qui nouit à quo speret quod nondum habet, quam qui sibi tribuit hoc quod habet: quamvis utriq; horū præferendus sit, qui & habet & nouit à quo habeat, si tamen non se credit iam esse quod nondum est, ne incidat in uitium illius pharisæi, qui quamquam deo gratias ageret ex his quæ habebat, nihil tamen petebat dari sibi tanquam nihilo indigeret ad augendam perficiendam iustitiam. His igitur consideratis pertractatisq; pro uitibus quas dominus donare dignatur, colligimus non iustificari hominem præceptis bonaꝝ uite nisi per fidem Iesu Christi, hoc est, non lege operum sed lege fidei, non litera sed spiritu, non factorum meritis sed gratuita gratia.

In operis conclusione cap. 35. Si inquit propterea non est opus dei quia per nos agitur, uel quia illo donante nos agimus, nec illud est opus dei ut mons transferatur in mare. Quia per fidem hominum fieri posse dominus dixit, & hoc ipsorum operi attribuit dicens, Si habueritis in uobis fidem tanquam granum sinapis, dicetis monti huic tollere & mittere in mare, & fier, & nihil impossibile erit uobis. Certe uobis dixit non mihi aut patri, & tamen hoc nullo modo facit homo nisi illo donante & operante &c.

Fuerunt etiam olim maxime Augustini temporibus diuersæ de operibus & fide iudicia. Distinguebant inter opera quæ fidem præcedunt & quæ sequuntur. Putabant fidem esse ex nobis, sequentia autem fidem opera ex deo. Rursus erant qui existimarent fidei initium esse ex deo id est ex gratia, sed quæ sequuntur opera perseverantiae esse nostra. Imò Augustinus ipse fatetur se aliquando in ea fuisse sententia ut crederet fidem non esse donum dei, sed à nobis esse, in nobis, & per illam nos impetrare dei dona, quibus temperanter & iuste & pie uiuamus in hoc sæculo. Cæterum eam sententiam recantauit, & post libros Retractionum æditos conscripsit adhuc duo egregia opuscula, alterum de Prædestinatione sanctorum, alterum uero de bono Perseuerantiae, in quibus hoc negotium solide & fuse tractat, docens & initium fidei & progressum & perseuerantiam esse gratuitæ dei gratiæ per quam solam saluemur non per merita nostra, quod perinde est ac si dixisset solam fidem non opera iustificare. Locos si quis breues ex eo libro petat hi sunt.

Fidem non ex nobis sed merū & fides unde pietas exordiū sumit donū dei esse monstratur. Quale est illud, quod unius dei donum esse. cuiq; deus partitus est mensuram fidei. Et illud, Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre & domino Iesu Christo: & cætera talia. Nolens ergo his tam claris testimonijs repugnare, & tamen uolens à seipso sibi esse quod credidit homo, quasi componat cum deo ut partem fidei sibi uendicet atq; illi partem relinquat, & quod est elatius primam tollit sibi, sequentem dat illi: & in eo quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorēm deum. Non sic pius atq; humilis doctor ille sapiebat, Cyprianum beatissimum loquor, qui dixit in nullo gloriandum quando nostrum nihil sit. Quod ut ostenderet adhibuit apostolum testem dicentem, Quid autem habes quod nō accepisti? si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Quo præcipue testimonio etiam conuictus sum, cum similiter errarem putans fidem qua in deum credimus nō esse donum dei sed à nobis &c.

Et cap. 7. Solet inquit dici, Ideo credere meruit quia uir bonus erat & antequam crederet, quod de Cornelio dici potest, cuius acceptæ sunt eleemosynæ & exauditæ orationes antequam credidisset in Christum. Nec tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nam quomodo inuocabat in quem non crediderat? Sed si posset sine fide Christi esse saluus non ad eum ædificandum mitteretur architectus apostolus Petrus, quamvis nisi dominus ædificauerit domum inuanum laborauerit ædificantes eam. Et dicitur à uobis, Fides est à nobis, cætera à domino ad opera iustitiae pertinentia. Quasi ad ædificandum non pertineat fides, quasi ad ædificium inquam non pertineat fundamentum. Quod si in primis & maxime pertineat, inuanum laborat prædicando ædificans fidem nisi

In si eam dominus miserando intus edificet. Quicquid igitur erantquam in Christum crederet, & cum crederet, & cum credidisset bene operatus est Cornelius, totū deo dandum est ne forte quis extollatur.

Quemadmodum uero in libro de Prædestinatione sanctorum in hoc totus est ut ap- Opera confe-
quentia fidem
ex fide, dona es-
se non merito.ro probet initium salutis, ipsamq; fidem purū dei donum esse, ita in libro posteriore de Bo- no perseverantie multis probat omnia opera quæ fidem sequuntur & enascuntur ex fi- de non nostra esse merita, sed & ipsa esse dei dona. Nam in 13. cap. Vnde satis (inquit) di- lucide ostenditur & inchoandi & usq; in finem perseverandi gratiā dei non secundum merita nostra dari, sed donari secundum ipsius secretissimam eandemq; iustissimam, be- neficentissimam, sapientissimam uoluntatem. Quoriam quos prædestinavit, ipsos & uocauit uocatione illa de qua dictum est, Sine pœnitentia sunt dona & uocatio dei, ad quam uocationem pertinere nullus est homo ab hominibus certa assueratione dicen- dus, nisi cum de hoc sæculo exierit: in hac autem uita humana quæ tentatio super ter- ram, qui uidetur stare uideat ne cadat. Ideo quippe sicut iam supra diximus non perse- veraturi perseveraturis prouidentissima dei uoluntate miscentur, ut esse discamus non alta sapientes, sed humilibus consentientes & cum timore & tremore nostram ipsorum salutem operemur. Deus est enim qui operatur innobis & uelle & operari pro bona uo- luntate. Nos ergo uolumus sed deus operatur in nobis & uelle, nos ergo operamur sed deus in nobis operatur & operari, pro bona uoluntate. Hoc nobis expedit & credere & dicere, hoc est pius, hoc uerum, ut sit humilis & submissa confessio & DET VR TOT VM DEO. Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus quicquid agimus. Quod autem attinet ad pietatis viam & uerum dei cultum, non sumus idonei cogitare aliquid tanquam ex nobis meti ipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Non enim est in pot-estate nostra cor nostrum & nostræ cogitationes, &c.

In libro de Gratia & Libero arbitrio ad Valentimum cap. 6. euidentibus scripturæ lo- Evidētissimuscis ostēdit opera bona, hoc est merita fidelium plane esse dona dei. In 7. autē ca. Si ergo dei, August. locus. inquit, dona sunt bona merita tua, nō deus coronat merita tua tanquam merita tua, sed tanquam dona sua. Proinde consyderemus ipsa merita apostoli Pauli, quibus dixit co- Mira collatioronam redditum iudicē iustum, & uideamus utrum merita ipsius tanq; ipsius, id est ex Scriptura. ipso ei comparata, an dona sint dei. Bonum, inquit, certamen certaui, cursum consum- 2. Timot. 4.maui, fidem seruavi. Primo ista bona opera si non præcessissent ea cogitationes bonæ, nulla essent. Attendite igitur quid de ipsis cogitationibus dicit. Ait enim scribens ad Co- 2. Cor. 3.rinthios, Non quia idonei sumus cogitare aliquid à nobis tanquam à nobis ipsis, sed suf- ficientia nostra ex deo est. Deinde singula inspiciamus. Bonum, inquit, certamen certaui. Quæro qua uirtute certauerit, utrum quæ illi ex semetipso fuerit, an quæ desuper da- ta fit. Sed absit ut tantus doctor Gentium ignorauerit legem dei, cuius vox est in Deute- Deut. 11.ronomio, Ne dicas in corde tuo fortitudo mea & potentia manus meæ fecit mihi uirtu- 1. Cor. 15.tem magnam hanc, sed memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinem face re uirtutem. Quid autem prodest bonum certamen, nisi sequaretur uictoria? Et quis dat ui- Psal. 45.toriam nisi ille de quo dicit ipse, Gratias deo qui dat nobis uictoriam per dominum no- strum Iesum Christum. Et alio loco cum commemorasset testimonium de Psalmo, Quo Roma. 8.niā propter te mortificamur tota die, deputati sumus ut oves occisionis, subiecit atq; ait, Sed in his omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Deinde dixit, Cursum Roma. 9.consummaui, sed ille hoc dixit qui alibi dicit, Itaq; non uolentis negat currentis sed mise- rentis est dei. Quæ sententia nullo modo potest etiam sic conuerti ut dicatur. Non mis- 1. Timot. 1.serentis dei sed uolentis & currētis est hominis. Quisquis em̄ hoc ausus fuerit dicere, aper- te se ostendit apostolo contradicere. Postremo dixit, Fidē seruavi, sed ille hoc dixit qui ali- bi ait, Misericordiam consequutus sum ut essem fidelis. Non enim dixit, Misericordiam Epheſ. 2.consequutus sum quia fidelis eram, sed ut fidelis essem: hinc ostendens etiam ipsam fi- dem haberi nisi deo miserante non posse & esse donum dei. Quod apertissime docet di- cens, Gratia salui facti estis per fidem & hoc non ex uobis sed dei donum est. Possente- L L 3nim dicere, Ideo accepimus gratiam quia credimus, tanquam sibi fidem tribuentes gra-

Rom. 2.

Roma. 1.

Roma. 3.

Galat. 5.

Iacobi 2.

Quomodo uita
tribuatur ope-
ribus simile ex
gratia.

Roma. 4.

Roma. 11.

Roma. 5.

Ioan. 15.

Redarguit ues-
hementer fi-
dem inanem,

tiam deo. Propter hoc apostolus cum dixisset Per fidem, & hoc inquit non ex uobis, sed dei donum est. Rursus ne dicerent se suis operibus donum tale meruisse, continuo subiecit, Non ex operibus ne quis forte extollatur. Non quia negauit aut euacuauit opera bona, cum dicat Deum unicuique reddere secundum opera eius, sed quia opera sunt ex fide, non ex operibus fides, ac per hoc ab illo sunt nobis opera iustitiae à quo est ipsa fides, de qua dictum est, Iustus ex fide uiuit. Homines autem non intelligentes quod ait ipse apostolus Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis, putauerunt eum dicere sufficere homini fidem etiam si male uiuat & bona opera non habeat. Quod absit ut sentiret uas electionis qui cum dixisset quodam loco, In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualeat nec præputium, mox addidit, Sed fides quæ per dilectionem operatur. Ipsa est fides quæ fideles dei separat ab immundis dæmonibus. Nam & ipsi, sicut dicit apostolus Iacobus, credunt & contremiscunt, sed non bene operantur. Non ergo habent istam fidem ex qua iustus uiuit, id est quæ per dilectionem operatur, ut reddat ei deus uitam æternam secundum opera eius. Sed quia & ipsa bona opera nobis ex deo sunt, à quo nobis fides est & dilectio, propterea idem ille doctor Gentium etiam

Quomodo uita ipsam uitam æternam GRATIAM nuncupauit. Et nascitur inde non parua quæstio quæ domino donante soluenda est. Si enim uita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissime dicit scriptura, Quoniam deus reddet unicuique secundum opera eius, quomodo gratia est uita æterna, cum gratia non operibus reddatur sed gratis datur, ipso apostolo dicente, Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam sed secundum meritum. Et iterum, Reliquæ, inquit, per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Et mox addidit, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia. Quomodo ergo est gratia uita æterna quæ ex operibus sumitur? An forte uitam æternam non dixit Apostolus gratiam? Imò uero sic dixit, ut negari omnino non possit, nec intellectorem accutum sed tantummodo intentum defiderat auditorem. Cum enim dixisset Stipendum peccati mors, continuo subdidit Gratia autem dei uita æterna in Christo Iesu domino nostro. Ista ergo quæstio nullo modo uideretur mihi dissolui posse, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra quibus æterna redditur uita ad dei gratiam pertinere, propter illud quod ait dominus Iesus, Sine me nihil potestis facere. Et quæ sequuntur. Sunt enim & alia huius generis in consequentibus pulcherrima eiusdem authoris, quæ annotare nolui, quod hæc uideri poterūt quibusdā esse nimia. Certe satis clara sunt ista sanctissimi uiri testimonia, quanquam non dubitem exorituros qui hæc nostra contemnunt dicantque, Expectabamus loca Augustini quibus testaretur solam fidem non opera iustificare, at tu nobis adducis nescio quos locos de gratia dei & nostris meritis. Cæterum qui tales sunt contentiosum funem ducere quam ueram simplicitatem discere malunt. Quod enim nos appellamus fidem id Augustinus uocat gratiam, & quod nos per opera intelligimus ille explicat per merita. Fides enim gratiæ & misericordiæ dei nititur, Opera autem merita putantur. Proinde nemo nisi prodigiose supersticiosus contentiosus & cæcus non uidet & equipollere has loquiones. Gratia non meritis saluamur: & Fide beamur non operibus. Et utrasque has positiones inuenire est in Augustino: id quod uel ex adductis colliguntur testimonij. Nos redimus ad Iacobum nostrum, qui inuentus est nihil aduersari apostolo Paulo. Nam omnes apostoli unum atque eundem acceperūt spiritum. Verum diuersæ tractatum occasionses, diuersitatem & temporum & personarum & locorum respectus efficiunt ut pugnare sibi uideantur quæ minime pugnant. Si semel institutum D. Iacobi tenuerimus, nihil erit in ipso nobis difficile, nihil uidebitur alijs scripturis repugnans.

Sed dicet aliquis, Tu fidem habes & ego facta habeo, ostende mihi fidem tuā ex factis tuis & ego ostendam tibi ex factis meis fidem meam. Tu credis quod deus unus est: Recte facis, & dæmonia credunt & contremiscunt.

Cohærent hæc cum superioribus hoc modo. Dixit omni carere fructu si quis dicat

sc

se fidem habere, virtutem interim fidei non habeat. Fidem enim per se (id est inane uocabulum fidei) mortuam esse, itaq; quemlibet talem fidem habentem euinci posse erroris ac uanitatis: id quidem docuit pulchra similitudine ducta ab illis qui bona imprecantur egentibus, quibus tamen nihil dant. Idem nunc ostendit planius per prosopopceiam. Inducit enim personam magistri alicuius uera fide prædicti, qui euidenter hypocritas conuincat erroris. Quasi dicat, Vos quidem fidem uestram iactatis egregie, sed si quis uera fide donatus serio uobiscum ageret atque conferret, intelligeretis quām uana sit uestra fidei iactatio. Fingamus enim nunc aliquem efficaci fide & per charitatem operanti præditum adesse et ad hunc modum expostulare uobiscum. Dicitis uos habere fidem. Cum autem constet fidem uiuam esse uim & efficacem quandā coelestemq; regenerationem adeoq; semen diuinum, cōsequens est ut ubicunq; fides est ibi & fructus fidei sint, argumenta & indicia naturæ diuinæ, hoc est sanctitatis & iustitiae. Quæro ergo an possitis ex talibus factis seu fructibus mihi fidem uestram probare, poteritis autem si modo fidem habueritis: age ergo, si fidem habetis ostendite mihi talibus argumentis fidem uestram. Quod me attinet ego possum id quod à uobis exigo præstare & fructibus fide dignis ostendere quod fidem habeam. An hic mihi id obiectis argumenti, credere uos unum esse deum atq; hoc modo separati uos à Gentilibus ceu dei peculium? Recete sane creditis unum tantum esse deum, uerum an hæc sit iusta fides iniustos iustificans, an uero hac uestra responsonie approbaueritis fidem uestram, & an satis sit ad salutē si dicamus nos credere unum esse deum, diligenter consyderandum est. Et occurrit nobis cōfestim exemplum quo conuincemini huiusmodi responsonie uestra uos non satis demonstrasse fidem ueram & saluificam. Dæmonia enim credunt, & hoc ipsum pro se afferre possunt quod iam respondistis uos. Nam confitentur Iesum esse Christum, procedūt ante eum, appellant imò fatentur hunc esse sanctum illum dei filium, perinde atque uos dicitis ac fatemini unum esse deum deiq; filium Iesum Christum. Lucæ enim 4. sic legimus de monium immundum uoce magna clamasse, Eia quid tibi nobiscum est Iesu Nazarenus? Venisti ad perdendum nos? Scio te quis sis sanctus ille dei. Marci uero 3. legimus, Et sp̄ritus immundi cum illum uidissent procidebant ei & clamabant, dicentes, Tu es filius dei. Hic autem quæro ex uobis num propter hanc fidem suam ueriq; confessionem saluati sint? Negabitis opinor. Vnde pari ratione dabitis mihi uos quoq; minime esse saluandos propterea quod dicitis, Credo in deum. Vera & uiuifica fides non confitit in uerbis tantum & in hypocrisi, sed in uirtute dei & ueritate. Est quidem in fide cognitio siue scientia, sed non sola. Qui enim uere agnouerunt deum, huic ut summo bono adhærent, hunc ut amantissimum patrem amant, ad huius increpationem metuunt, at non desperant. Dæmonia autem impñ & hypocritæ confitentur quidem esse deum, sed huic non fidunt, hoc est sepe & sua omnia uni non dedunt, hunc non ut patrem benignum amant, sed metuunt tantum ut iudicem atq; tortorem. Metuunt sane & boni deum, sed cum fidei & spei imò & charitatis perseverantia. Apud illos autem nihil aliud quām me tus est & desperatio.

Vis uero scire o homo inanis, quod fides absq; factis mortua sit? Abraham pater noster nonne ex factis iustificatus est, cum obtulisset filium suum super altare? Vides quod fides adiumento fuerit factis illius & ex factis fides perfecta fuerit: & impleta est scriptura quæ dicit, Credidit Abraham deo & imputatum est illi ad iustitiam & amicus dei uocatus est. Videtis igitur quod ex factis iustificetur homo & non ex fide tantum?

Pergit in eodem argumento. Et uerba hæc tribuuntur adhuc magistro illi quem dixi Exemplis scriimus per prosopopceiam induci. Isenim contra hypocritas agens ueramq; fidem as pturæ constrin git hypocritas.

serens & falsam confutans, Vis, inquit, scire ô homo inanis, quod fides absque operibus mortua sive inefficax est, edocebo hoc duplici scripturæ exemplo. Subiungit enim bina Abrahæ & Rachab exempla. Mira autem gratia appellavit hypocritas homines inanes. Quemadmodum enim uasa uacua hoc crepitant magis quo sunt inaniora, ita fide uera iustitia sive uacui homines multa de deo & iustitia eius garriunt, imò longe uincunt loquacitate constantes & plenos omni bonitate & uirtute viros. Primū exemplum pertinetum est ex Gene. 22. cap. ubi fidei uiuæ maximum Abrahæ opus mira describitur energia. Fidei enim attribuit opus apostolus Paulus dicens ad Hebræ. 11. Per fidem obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & unigenitum obtulit in quo promissiones acceperat, ad quem dictum fuerat, In Isaac uocabitur tibi semen, cum illud secū perpendisset deum uel à mortuis excitare posse semen, unde illum etiam in resurrectionis typum reduxit. Proinde Iacobus qui non potuit diuersum à doctore Gentium tradere per facta intellectu fidem factis efficacem, & nequaquam quod quidam doceri assiriū putant opera hominum satisfactoria. Facta enim sancta ex fide existunt & hanc ueluti demonstrant. Id quod ipse Moses in hoc ipso Abrahæ exemplo satis testatur. Angelus enim libranti manum Abrahæ in puerum acclamat, Ne mittas manum tuam in puerum, quia iam cognoui quod tu timeas deum, quia non pepercisti filio tuo unico propter me. Audis opinor in scripturis Opus hoc Abrahæ uocari argumentum fidei ueræ. Per hoc inquit factum quod unigenito & charissimo filio tuo non pepercisti, sed me illi prætulisti, plus obsequens præceptis meis quam indulgens affectui paterno, per hoc inquam factum teu ocularem demonstrationem didici nihil in orbe tam adamatum habere te quod nō sis mihi si petam impensurus: hoc est, quod reuera & ex animo diligas me supra omnia quæ sunt in mundo. Quæ quidē ueræ fidei uis & natura est. Pulchræ ergo D. Iacobus subiungit, Vides quod ἡώνις συνίρητοις ἔργοις ἀντού, id quod uetus interpres uerit, Vides qd fides cooperabatur operibus illius: sed significantius uidetur reddi posse, Vides quod fides uim suam exeruerit aut efficax fuerit operibus sive per opera illius. Sic enim & ad Galat. 2. cap. hoc uerbo uisus est apostolus dicens, ὃ γὰρ ἐνεργήσας πέτρῳ ἦν ἀποστόλῳ τῆς περιτόμης, ἐνέργησε καὶ ἐμοὶ ἐν τῷ Θυντῇ id est qui enim efficax fuit id est uim suam exeruit in Petro ad apostolatum circumcisio[n]is, efficax & in me fuit in Gentes. Probe ergo & proprie dixit Iacobus. Vides, inquit, quod illa fides Abrahæ nō fuerit in labris tantum & nuda dei confessione, sed quod uires & natu[m] suam uim exeruerit in operibus Abrahæ. Addit & aliam sententiā quæ hanc exponat, Et ex factis sive operibus fides ἐτελεώθη id est ad iustum excreuerit staturam. Τέλεος enim significat absolutus, adulitus & qui est iusta[m] magnitudinis & ætatis. Dicebantur enī apud Græcos τέλεα ἵπα eximia iusta largiora & luculenta sacra. Proinde quod apostolus prius expressit per συνίρητοις ἔργοις ἀντού, uires suas in operibus exeruit, idem nunc significantius redidit per ἐκ τῶν ἔργων ἐτελεώθη luculenter & eximie exercuit per opera. Nam luculentum & eximum opus Abrahæ est quod prædicat scriptura. Iam ergo quod quidam hinc colligunt initium iustificationis fidei hoc est gratia ac dei esse, absolutionem autem iustificationis operum id est meritorum nostrorum, nemo est qui non uideat quam hoc sit alienum ab instituto apostoli, qui huc tantum spectat non ut doceat uiribus & operibus nostris absolui iustificationem, sed ut refutet illorum opinionem & securitatem quibus perpetuo in ore erat fides, in uita autem & moribus ipsorum perfidia, lasciuia, nequitia, auaritia, inuidia. Imò blasphemia est diabolica asserere dei esse initium iustificationis nostræ, sed perfectionem operum nostrorum. Hoc enim est adorare opera manuum nostrarum. Hoc est gloriam creatoris creatori tribuere & creaturam plus colere quam creatorem, imò huic initium tantum tribuere, nobis autem quod perfectius est absolutionem iustificationis. Satan cupit sibi impendi diuinum honorem. Diuinus honor est credere quod solius dei opus sit, iustificare impium. Qui itaq[ue] suis operibus tribuit iustificationis absolutionem, an non satanica impieitate creatorem suum blasphemat? Veri dei filij credunt & confitentur quod initium fidei

An per opera nostra absoluatur iustificatio incepta per gratiam

fidei ac iustificationis absolutio autem iustificationis potissimum solius diuinæ gratiæ sit, & quod ipsa uere bona opera fidem ipsam non præcedentia sed consequentia à solo deo sint, gratuita uidelicet dei dona. Vnde cum propheta clamant, Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Sequitur in Iacobo. Sic inquit scripturæ locus intelligendus est qui habet, Credidit Abraham deo & id isti ad iustitiam imputatum est. Non enim intelligendum est quod illa confessio tantum qua deum unum confitebatur iustificari ipsum, sed quod uiuifica fides quæ postea sese exerebat per opera iustitiae, iustificari ipsum. Ideo enim amicus dei uocatus est quod secundum conditiones pacti scederis ambularet cum deo. Qui enim secundum prauitatem cordis sui ambulat, nulla amicitia iunguntur deo. Nam scriptum est, Tu es deus cui non placet impietas, cui non cohabitat malignus. Odio habes omnes qui operantur scelus. Proinde Iacobus appendit Epiphomena, Videlis igitur quod ex factis iustificetur homo & non ex fide tantum. Vbi iterum abusione quadam id est per Catachresim, Facta ponit pro fide factis uel operibus efficaci, fidem pro inani fidei uocabulo. Nam significanter dicit, Et non ex fide tantum. Illud quoq; uidebatur annotandum esse in locū præsentem quod D. Leo submonuit loquutionē esse quod Abraham dicitur imolasse filium, Dimidium enim factū qui bene cœpit habet. Et qui in opere cœpto non cessat, facere aut perficere censetur. Etenim quod ad uoluntatem Abrahæ attinet obtulerat filium suum, ni factum ipsum & librantem manū angelus intercepisset. Sic facere uel perficere uoluntatē dei dicuntur pīj cum diuinæ uoluntati ex corde assentiuntur & ad hanc perficiendam impigre accinguntur licet carnem sentiant reclamantem legemq; membrorū spiritui repugnantem, ut cumq; uoluntatem dei ad plenum perficiant nunquam.

Similiter autem & Rachab meretrix an non ex factis iustificata est cum exceperisset nuncios & alia uia emisisset? Nam quemadmodum corpus absq; sp̄itu mortuum est, ita & fides absq; factis mortua est.

Alterum exemplum petitum est ex Iosuæ cap. 2. Simile est autem priori. Eadem enim aptatio & ratio utriusq; est, idem scopus idemq; consilium. Sed & Paulus ad Hebræ, ii. cap. ex fide produxit facta Rachab dices, Per fidem Rachab meretrix nō periret unā cum ñjs qui non obedierant, cum exceperisset hospitio exploratores pacifice. Egregium sane opus est quod fecit illa, neq; simplex sed multas habens partes. Vere enim & ex animo agnouit deum uerum, idq; ex operibus factis in populo Israëlis. Ideoq; iungit se Israëlitis & religioni ipsorum, & secundum hanc fidem suam operatur. Nam Israëlitas dei ueri cultores recipit atq; defendit, idq; nō citra exiguum capitum & omnium fortunarum discriminem. Actum enim fuisset de ipsa si Ierechunitus rex pacta inter exploratores Israëliticos & Rachab, huius item fidem & beneficia exploratoribus præstata resciuisset. At hæc omnibus illis cōtemptis periculis impellentem fidem sequitur & ideo bene operatur. Porro si fictam habuisset fidem dixisset, Fateor sane deum uestrum deū esse uerum, fateor opera illa magnifica inter uos peracta diuina esse opera deumq; ipsum uestris fauere partibus adeoq; ipsa egregie & uobis & religioni uestræ faueat sed quod præsens attinet negotiū, periculoso ipse intelligitis exploratores, si quis huic graui cauissæ sese immisceat. Præterea negotium dei parum fuerit promotum si uestri gratia peream. Sed & mulier & meretrix sum, unde intelligitis parum aut nihil in re tanta me posse. Et deus fortassis noller agi negotium suum per meretricem, ipse quidem satis potes est qui uos tueatur. Sed & ipsius est negotium qui iam iam uobis aperuit Iordanem, idem uel obseratas portas citra operam meam aperiet. Huic ergo uestras res commendo, ego interim nihilominus uestra esse pergam. Cæterum nihil tale prætexit. Veram enim ac efficiacem habuit fidem, quæ tam non potest non bene operari ubicumq; est, quam nō potest non ardere & calefacere ignis ubicumq; est. Ad finem appendit pulcherrimam sententiam eleganti comptam similitudine, talem uidelicet, Nam quemadmodum corpus absq; sp̄itu mortuum est, ita & fides absq; factis mortua est. Corpus autem destitutum spiritu seu uita nullum facit officium, non mouetur, nemini utile est. Ita fides nisi sese

Psal. 5.

Ficta fidei exemplum.

depromat in opera, nullum facit pietatis officium, non exerit uires, nemini utilis est, sed inane nomen iactatur. Et haec tenus de fide & operibus contra hypocritas.

C A P. III. Nolite plures magistri fieri fratres mei, sciētes quod maius iudicium sumpturi simus. In multis enim labimur omnes.

Transficiat locum alium. Deterret autem quosdam nimium propensos & tamē non iuste instructos à docendi functione. Quales & nostra sēcula plurimos habent, praecipue autem Anabaptistas, ut ambitiosissimos omnium mortalium ita pariter omnium rerum plane ignaros. Primo proponit ipsam rem uel rei summam, Nolite plures magistri fieri fratres mei. Plures, inquam, id est omnes promiscue & citra delectum ac uocationem. Addit iam incommode & minas quibus absterreat, Scientes quod maius iudicium sumpturi simus. Quasi dicat, Qui praeſunt plebi & quibus cura gregis dominici commissa est duram sustinent conditionem, & hoc nomine periculosam quod ouium sanguis & interitus ab ipsorum manibus requiritur, si docuerint secus quam oportet. His adiungit argumentum tertium sumptum ab infirmitate hominis, dicens, In multis enim labimur omnes. Id est, Ea est hominis infirmitas & proclivitas ad peccandum, ut nemo non ſæpe ac uarie labatur in uita sua, ut iam nihil sit necessum aliunde peccata aſciscere & in ſe transferre. Aliunde enim in ſe peccata transferunt qui ambiunt docendi munus cui ſunt impares.

Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est uir qui poſſit freno moderari totum etiam corpus. Ecce equis frena in ora immittimus ut obedient nobis et totum corpus circumagimus. Ecce naues quoq; cum tantæ ſint & à uentis ſæuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo quoq; impetus dirigenſis uoluerit. Ita & lingua pusillum membrum eſt & magna iactat.

*Quis preſcien-
dus muneri do-
cendi.* Cohærent cum superioribus ad hunc modum, Ut autem multi & uarij lapsus ſunt in uita hominum, ita membro iſto lubrico lingua peccamus multo frequentiſſime. Nec quicquam eſt in uita mortalium difficultius quam ſic undiq; moderari linguam ut nunq; labaris. Quod ſi quis coercere potheſt linguam ſuam & lapsus omnes uitare, hic uir perfectus uideri poſſit qui totum etiam corpus ueluti rationis freno moderetur. Hoc eſt qui poſſit & alios doctrina moderari recte, & res suas omnes apte componere. Hinc autem descendit ad recenſendas lingue uires, bona ac mala, quæ in hoc proponit ut doceat lingua homini Christiano eſſe coercendam fidei & charitatis sanctæ repagulis, quò ſperant quæ ſequuntur fermè omnia huius capitilis. Scopus eſt linguam eſſe coercendam. Ratio additur, Magna eſt uis lingue. Expolitūr hæc ratio per parabolās. Quod equo frenum eſt, quod temo ſiuē clauſus aut gubernaculum nauī, hoc homini lingua. Frenū exiguum eſt ferrum, & clauſus minima quaſi portio nauis. Sed quis illa ideo contempſerit & non magis obſeruarit quod uideat tanta eſſe momēta in rebus pusilliſſimis? Quid ferocius equo effuso in curſum? Quid ſæuius uentorum ui quæ maximas rates diſiicit & tantum non cœlum terræ miſcet? Verum exiguum iſtud instrumentum & frenum & gubernaculum compescit utrumq;. Ita & lingua humana minimum quidem eſt membrū in corpore, ſed maximas habet uires tam ad bonum quam ad malum. Magna iactat, id eſt res maximas adornat. Pusillum enim cum ſit eſt tamen turgidum & iactabundum, late miſcens exitium & ingentes excitans tumultus, totos populos & regna inter ſe cōmifcens ni cohibeatur freno rationis & dirigatur temone charitatis. Huic iam infer ſummā cauſa, ergo lingua homini coercenda eſt.

Ecce exiguis ignis quantam materiam incendit. Et lingua ignis eſt, mundus iniquitatis. Sic lingua conſtituitur in membris noſtriſ que ma- culat totum corpus & inflammat rotam natuitatis, & inflammatūr à gehenna.

Alia

Alia parabola ostendit quanta sit uis linguæ, ut hinc colligamus quanta nobis adhi Lingua ignis benda fit diligentia quo cohibeatur. Exemplum uero est accommodatissimum. Ecce, in cſt. quid, quantulus ignis quam ingentem materiarum uitam incendit. Vnde saeum illud & latissime uolitans incendum? Ex una natum est scintillula. Ita pufillum quidē mēbrum lingua est, sed ex ipsa est summa humani generis pernities. Sequitur enim altera parabolæ pars quæ explicat priorem. Et lingua, ait ille de quo dixi, ignis est. Et sane naturæ op̄ sex deus ob hanc significationem uoluit linguam hominis & specie & colore ignis esse, nec aliter uolubilem ac rotatilem quam est flamma. Deinde per enumerationem amplificationis recenset mala linguæ, ut scilicet appareat quantus sit ignis, quantū incendum lingua. Mundus, inquit, est iniquitatis, id est congeries uitiorum omnium. Quemadmo dum enim exigua scintilla ueluti seminarium est totius incendiū (uerbis utor Paraphra.) ita quicquid est malorum in uita ex mala lingua uelut ē mundo promittit. Et quemadmodum materiarum aceruo miscetur paulum ignis ut paulatim totam congeriem incendio misceat, ita lingua sic admixta est membris corporis ut ni coercedatur inficiet & inquiet suæ lue corpus uniuersum, totamq; hominis uitam ab incunabulis ad extremam usq; ætatem inflammet omni uitiorum incendio. Recte enim D. Leo, Corpus, inquit, pro ipso homine, aut pro tota contione & ecclesia quæ unum corpus est, aut pro tota actione & uita hominis accipit. Sic & sequentia uidentur intelligi. Nam cum dicit, Inflammat rotam natuitatis, uocabulum τροχός accipit pro reuolutione uitæ humanæ ab incunabulis ad extremam usq; ætatem. Fortassis scriptum est aliquando τρόχος penultima acuta, quod cursum significat. Et cursum natuitatis dixit pro totius uitæ cursu & reuolutione. At dicat aliquis, Vnde uero linguæ humanæ tanta mali uis? Respondet, A Gehenna. Quasi dicat, Verum illam mali uitam non illi indidit deus uel natura, quæ dentium ual lo & labiorum maceria admonuit oportere linguæ usum circumspectum esse & moderatum, sed afflata est illi ex igne gehennæ, unde per impios spiritus animus concupiscens inflammatur, & animi lues per organum linguæ prorumpit in maias, & hominem ē malo reddit pessimum.

Omnis enim natura & ferarum & uolucrum serpentumq; & marinorum domatur & domita est à natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest, incoercibile malum, plena ueneno mortifero. Per ipsam benedicimus deo & patri, & per eandem maledicimus hominibus qui ad similitudinem dei conditi sunt. Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio.

Collationibus demonstrat linguam incoercibile esse malum. Idem ex actis siue effectis probat. Quid, inquit, est usquam tam impotens quod non aliqua ratione mansuetati humana curat? Nolla est fera tam fera, nulla est avis tam imanis, nullus serpens tam pestilens, nulla maris belua tam immitis, quin hominum ingenio beneficijsq; mansuetat. Cicurantur leones, mansuescunt tigrides ac dracones, seruiunt etiam elephanti, subiguntur & crocodili, mitescunt aspides, redduntur familiares aquilæ & uultures, ad amicitiam alliciuntur delphini. Sola lingua hominum malum est immedicable, quæ gemino malo noxia est et feritate insuperabili & ueneno letali. Hoc autem exponit per consequentia, Lingua, inquit, laudamus deum & appellamus patrem nostrum, cum eadem proximum ad dei similitudinem conditum infamemus. Eodem ore canimus deo hymnos & spurca ac amatoria carmina. Ex eodem ore calidum efflamus & frigidum.

Non oportet fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine emittit dulcem & amaram aquam? Nunquid potest fratres mei, ficus oleas gignere aut uitis ficus? Sic nullus fons saltam ac dulcem potest aquam ædere.

Hactenus mirabili euidentia per hypotyposim delineauit quanta sit uis linguæ &

quantum sit malum, nunc ipsum quod uoluit infert, coercendam esse. Binam autem ad hanc rem persuadendam adducit parabolas. Principio in genere dicit, Non oportet ita fieri apud Christianos. Deinde parabolas profert quibus ostendit uitium linguae de quo egit nunc cum ipsa etiam rerum natura pugnare. Sunt inquit fontes qui suffundant aquam dulcem ac potabilem, sunt rursus qui praebant aquam amaram salsamque. Id uero mirum non est cum per diuersas fluant uenas. Ceterum prodigiū simile uidetur si ex eadem uena fontis amara & dulcis effunditur aqua. Par ratione eadem arbor non potest proferre diuersos fructus. Diuersae quidem diuersos ædunt foetus. An non igitur absurdum est imo & cum natura pugnat monstricque simile est eundem hominem ex eodem corde & ore per eandem linguam pietatem & impietatem, ueritatem & mendacium, salutem & exitium depromere? Quid colligemus ex his omnibus? summa cura ac diligentia linguam esse coercendam. Quod si quis hac de re plura petit, requirat ab Eras. Rot. qui de lingua aureum scripsit libellum.

Quis sapiens & scientia præditus inter uos? Ostendat ex bona conuersatione opera sua cum mansuetudine sapientiae. Quod si æmulatio nem amaram habetis & contentionem in corde uestro, nolite gloriari & mendaces esse aduersus ueritatem. Non est enim ista sapientia è supernis descendens, sed terrena, animalis, dæmoniaca. Vbi enim æmulatio & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum.

*Vera et falsa
sapientia.*

Quidam, quod superius monui, ambiebant docendi officium, garriebant expedite de religione, atq; ita uolebant uideri sapientes, præterea concertationibus contendebant frequentius contra illos quibus displicebat ipsorum studium, ambitio, superbia arrogancia & rixandi libido. Nec aberat zelus & inuidia. Cuius quidem uiuum exemplum hodie in Sophistis illis scholasticis partim, partim autem in Anabaptistis & indocte doctis habemus. Verū corripit hos D. Iacobus, deçp uera & falsa differit Sapientia. Si quis inquit haberi uult uerè sapiens, is ostendat suam sapientiam, non in Sophisticis tricis, in syllogismorum argutijs, aut etiam in eloquentiae phaleris, non in pomposo superciliosu habitu, sed in sinceritate uitæ, in moribus purgatis & in mansuetudine sapientiae, id est, in mansueta non turgida & aspera sive rixosa sapientia. Addit contrarium, Quod si cui cordi est æmulatio & contentio, non est quod ullam putet se assequutū esse sapientiam. At si nihilominus illam iactarit, certe contra ueritatem mentitur euangelicam, quæ tradit neminem ueræ sapientem esse nisi qui se agnoverit & uicerit, præterea deo & proximo sese dediderit totum. Adiungitur his & alia sententia ueluti superioris causâ cur illi aduersus ueritatem glorientur. Talis enim sapientia non est è cœlo sed è terra, non repurgata syncere, sed animalis id est affectibus corrupta, adeoçp demoniaca, non dei bono spiritu sed malo profecta. Hoc denuo alia exponit sententia, Vbi æmulatio & contentio, ibi ἀνατασαρία id est inconstantia, motus, turbæ, tumultus & seditio, imo omne opus prauum.

Quæ autè è supernis est sapientia, primū quidem casta est, deinde pacifica, modesta, tractabilis, plena misericordia & fructibus bonis, absq; dijudicatione, sine simulatione.

Quemadmodum descripsit sapientiam falsam, ita nunc pingit ueram. Paraphrastes autem eleganter hunc locum totū exponens, Sapientia, inquit, quæ è supernis proficietur à spiritu Christi, primū casta puraçp est nullis prauis affectibus inquinata. Deinde pacifica & ab omni studio contentionis abhorrens. Ad hanc modesta minimeçp torua. Præterea tractabilis & morigera, neq; grauate cedens ei qui doceat meliora. Clemens & misericors erga lapsos & errantes, quos magis studet seruare quam perdere, leniter tollerans & nihil non tentans ut resipiscant. Plena fructibus bonis, dum nunquam cessat de omnibus bene mereri, impios conuertens ad pietatē, errantes reuocans, indoctos docens, lapsos erigens, cessantes extimulans, afflictos consolans. Hæc Paraph. Simil est &

Ἀνατασαρία

& nō rāpētōs absq; dijudicatione, certa & firma in pietate, quæ à ueritate ne tantillum quidem se abduci finit, neq; ueritatem obscuratam recipit, imò ne obscurare quidem ulli permittit. Nihil enim suci habet aut simulationis. Ad hanc legem ueræ sapientiæ si exigas Philosophorum & Theologorum omniumq; mundi sapientum sapientiam facile erit pronunciare quid uerum quid falsum sit.

Fructus autem iustitiae in pace seminatur facientibus pacem.

Claudit hunc locum pulcherrimo Epiphonemate, cuius hic est sensus, Ut autē planetur iustitia in ecclesia Christi, ut illa ferat fructus in pijs, non contentiosis opus est hominibus sed qui paci student. Lis enim seritur ex lite, iustitia ex pace. Iam relinquit illis æstimandum quos potissimum ad munus subuehant docendi, qui scilicet tales sunt quales descripsit hac tenus, caueant ab illis quibus diuersa cordi sunt. Et hæc de præficiendis mutieri docendi & linguae uitij.

Vnde bella & lites in uobis? Nōnne hinc? Nimirum ex uoluptatis C A P . IIII.
bus uestris quæ militant in membris uestris? Concupiscitis & non habetis, inuidetis & æmulamini, & non potestis adipisci. Pugnatis & belatis, non habetis, propterea quod non postulatis. Petitis & non accipitis eò quod male petatis ut in uoluptatibus uestris insumatis.

Caput multorum scelerum est stadium rei priuatæ immoderatus. Recite enim apostolus dixit, Radix omnium malorum est avaritia. Hinc enim oritur inuidia, æmulatio, contentio, fraus, mendacium, furtum, usura, oppressio, aliquādo & cædes & latrocinium. Nec pauci tum erant cum hæc scriberet Iacobus, quemadmodum nunc quoq; innumerati sunt, qui cum fidem crepabant & Euangelium, ad rem tamen attentiores, limites & qui iusti & boni, rei familiaris augenda gratia præuaricantur. Quos in præsenti seuere corripit D. Iacobus reuocatq; à studio impio argumentis uarijs. Sed locū eum pulchre nedit superioribus in quibus pacis meminit & iustitiae. Iam enim, Auditis, inquit, quid deceat Christianos, iustitiam & pacem. At hæc ubi inter uos? Audio enim bella & contentiones inter uos esse. Vnde uero hæc? Certe hinc quod nulla est inter uos iustitia & sapientia uera, quod nulla linguae temperies, præcipue uero quod concupiscentiæ frena permettitis. Putatis bellum quod in baptisme cum satana suscepistis esse debellatum cum dicitis, Credo in deum, qui me redemit per filium suum. Vera quidem & sancta est professio, Christus enim solus expiat peccata mundi. Interim uero in membris remanent reliquæ quibus cum concertandum est ad finem usq; uitæ. Hic autem estis uos negligentes & professioni uestræ non respondetis per omnia, quemadmodum decebat strenuos milites. Adhuc enim non tantum ueteris uitæ reliquiæ deprehenduntur in uobis, sed imperium quoq; obtinent, nulla est cum his pugna seria. Nam aliis concupiscit gloriam, alias inhiat lucro, hic studet regno, ille uoluptatem uenatur, & dum non assequimi quod quisq; uehementer appetit, protruditis competitorem, inuidetis assequuto, decertatis cum eo qui uidetur assequuturus. Animo discruciamini, uarijsq; curarum tumultibus distrahimini dum quod impense petitis non potestis adipisci. Ita nec unicusq; secum pax est neq; cum alio. Cupiditates tumultuantur in pectore, lingua, manus cæteræq; membra pugnant ac belligerantur foris cum proximo. Atqui interim neq; satisfit cupiditatibus uestris insatiabilibus & à ueris bonis exciditis. Sed obijciat hic mihi aliquis, An uero pulchrum putas negligere familiam? An non uiri boni est prospicere uxori & liberis? Respondeat, Est utiq;. Verum Christianus honestis rationibus sibi suisq; prospicit. Non utitur malis artibus, nec diffidit deo, imò hunc perpetuis solicitat precibus. Deinde nihil non facit quod facere debet. At uos non petitis à deo quæ uidentur necessaria, sed à mundo, sequimini negotiations prauas, his uultis prospicere rei familiari. Nec ignoro, inquit, quid etiam nunc possit obijci mihi, Diu multumq; uos petere prolixis etiam precibus ad deum effusis, sed nequicquam. Ad hoc autem respondeo, Petitis sed non hoc quod oportet, neq; quomodo oportet. Siquidem aut noxia petitis pro

MM

salubribus, aut petitis dissidentes, aut in usum impium petitis, nimirum ut quod ex benignitate contigisset ad subleuandam uitæ necessitatem aut egestatem proximi refocillandam, id explendis uoluptatibus uestris insumatis.

Adulteri & adulteræ nescitis quod amicitia mūdi inimicitia est cum deo? Quicūq; ergo uoluerit amicus esse mūdi inimicus dei cōstituitur.

Avaritia idolo latria & adulterium Grauissime nunc increpat illos asperrimis utens uerbis. Nam & apostolus Paulus studium pecuniæ appellauit idolatriam. D. Iacobus uocauit adulterium, avaros autem & deditos pecuniæ adulteros & adulteras. An nescitis, inquit, deum fide sibi animas uestras copulasse? In uiolatum autem erit hoc sacrosanctum inter uos & deum connubii, si adametis solum & uni totos uos deditis. At si plus amaueritis opes huius mundi, si omnia studia uestra huc cōtuleritis ut rem augeatis familiarem, perijt inter uos fides & amor coniugalis. Plus enim mammonæ defertis quam Christo. Est autem illud præcipue obseruandum quod postrema illa apostoli sententia non tantum refertur ad avaritiam, sed ad omnia alia scelera. Est enim γνῶμη, generalis uidelicet sententia. Nihil enim est commerci luci cum tenebris, Christo cum mammona, nihil deo cum Belial, iustitiae cum iniustitia; mundum abneget necesse est qui uult solida cum deo amicitia cohærere.

An putatis quod inaniter scriptura dicat, Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitauit in uobis? Maiorem autem dat gratiam.

Deus est zelotypus. Spiritum sanctum dedit in corda nostra, id est semetipsum coelestis ille sponsus, ueluti arrham arctissimæ coniunctionis. Hic autem spiritus ad inuidiam concupiscit, uidelicet amorem nostrum, id est ut unum quam ardenter amemus. Zelotypus enim est, id quod passim in scripturis est proditum, maxime autem in prophetis: quos quidem locos semel citauit omnes apostolus. Sensus ergo uerborum hic est. Dixi indignum esse ut sponsa Christi siue mens fidelis præterito sponso colludat & rem habeat cum mammona. Id autem uel ex illis maxime scripturæ locis intelligi potest, qui testantur deum esse zelotypū. Si enim id uerum est, ut sane falsum esse nequit quod prodidit spiritus ueritatis, non feret deus cultorem qui simul & mundum deperit, & Christum se amare dicit, qui mammonæ seruit, hoc est lucro & rei familiaris augendæ inhiat, & fidem Christi profitetur. Oportet omnino Christum sponsum solum & præ omnibus diligere, præ hoc omnia contemnere quæ sponso audimus esse aduersa. Quod si quis mihi obiciat, Rem exigis maximam, & quæ non potest à quoquam præstari mortalium. Respondeo. Exigit sane à nobis deus eximum quandam amorem, sed idem confert nobis maiorem gratiam, id est multo uberrimam. Evidem difficilimum est præstare quod exigit, sed in hoc ipsum largitur uires ut facile possimus.

Subditi ergo estote deo, resistite autē diabolo & fugiet à uobis. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis.

Nunc infert summā cauſā: quasi dicat, Cum ergo deus fit zelotypus, nec ferat adulteram & hominem mammonæ dedicatum, uos subditi este deo, ut quemadmodū sponsa marito obtemperat soli, ita uos quoq; præbete uni deo per omnia morigerds. Diabolus conabitur uos ab illius amore studioq; retrahere, & uos sibi copulare uerum illi firma fide resistendum, neq; propter eius improbitatem desperandum est. Vbi enim sense rit uos serio amare dominum, abhorrire illius lenocinia, metuet uos, nec metuet modo sed & fugiet à uobis. Quæ quidem maxima est consolatio decertantium nunc bellū periculosisimū contra satanam. Et quia studium pecuniæ siue rei priuatæ maxime se iungit à deo, ideo pulchram ingerens sententiam, Appropinquate, air, deo, & appropinquabit uobis. Nam quo magis mundum fugimus, quo longius à nobis metipis & concupiscentijs nostris migrauerimus, hoc propius accedimus ad deum.

Emundate manus ô peccatores, & purificate corda duplices animo. Affligimini & lugete & plorate, risus uester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrem. Submissi sitis in cōspectu domini & eriget uos.

Signifi-

Significatius effert quod hactenus proposuit ueluti sub inuolucro. Quasi dicat, Vos autem appello, ô peccatores, neq; enim aliud nomen inuenio quo uos commode appellitem, uobiscum inquā mihi res est. Hoc autem est quod peto à uobis, ut emundetis manus. Qua quidem sententia allusit ad illud Isaiae, Cum multiplicaueritis orationem, ego non exaudiā. Nam manus uestræ sanguinibus plenæ sunt. Lauate igitur, mūdamini, & auferite malitiā conatum uestrorū à conspectu oculorum meorū, cessate male facere, di scite bene facere, querite iudiciū, asserite oppressum. Et per manus quidē symbolū actionum nostrarum intellexit, fraudes, furta, circūscriptiones, deniq; omnes artes quæ com mitti solent in negotiationibus, à quibus uult abstinere cultores Christi. Huc pertinet quod sequitur, Purificate corda duplices animo. Hęc enim sententia explicat superiorē. Nam quod ibi uocauit manus, hic corda appellat. Ex corde enim sunt actiones ueluti ex fonte riui. Hypocritæ autem sunt qui emundant manus, corda uero non mundant. Iacobus ergo ueram docens sanctimoniam, manibus adiunxit corda. Duplices animo dixit quos iam uocauit peccatores. Volebant enim & deo seruire & mammonæ, quem ipse dominus dixerit in Euangelio, Nemo potest duobus dominis seruire. Non potestis deo seruire & mammonæ. Præterea auari isti & locupletes quibus cum agit apostolus, effluabant uita luxuriosa, omnia illorū erant risus, iocus, gaudia, tripudia, epulæ, dies c̄ festi, que quidem solent plerunq; opes consequi & ex opibus institui. Vnde statim adiungit, Affligimini & lugete & plorate &c. Videtur autem ista sumpfisse ex c. cap. Lucæ, ubi dominus dicit, Væ uobis diuitibus, quia habetis consolationem uestram. Væ uobis qui saturi estis, quia esuriatis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Proinde Iacobus suadet nunc lugendum esse atq; plorandum. Non quod sic damnet moderata honestaç p gaudia, sed quod luxum, petulantiam, & nimiam in risus & gaudia effusio nem nolit esse in moribus Christianorum. Iam cum opes quoq; insolentes & superbos efficiant, hinc recte subiungit, Humiliamini in conspectu domini & eriger uos. Nam in Euangelio quoq; dixit dominus, Omnis qui se humiliauerit exaltabitur, & qui se exalta uerit humiliabitur.

Nolite detrahere uobis inuicem fratres. Qui detrahit fratri, quiq; iudicat fratrē suum, detrahit legi & iudicat legem. Quod si iudicas legem, non es obseruator legis, sed iudex. Vnus est legislator qui potest seruare & perdere. Tu quis es qui iudicas alium?

Ex superbia & arrogantiā sequitur liuor, ex liuore autē detracțio, nunc ergo agit contra detractionem pessimum uitium. Primo ponit præceptionem, Nolite fratres, inquit, uobis inuicem detrahere. Caussam protinus appendit, Quisquis fratri detrahit, is detrahit legi quoq; id est peccat contra legem, quæ uerat ne detrahamus. Rursus quisquis iudicat proximum, hic functionem sibi iudicis dei sumit. Cæterum debemus nos legi subdi & obedire, nō dominari, uel ista neglecta sequi prauos affectus. Est deniq; iudex unus cui soli est in omnes uitæ necisç potestas, qui pro iustitia sua nouit quos & quādo siue perdat siue seruet. Proinde huic committamus omne iudicium, subiçiamus nos legi, & abstineamus à detractione. Emphasim uero euidentissimam habet quod in fine ponit, Tu quis es qui iudicas alium? Primo enim monet ut quisq; in se descēdat & qualis apud se se domi suæ sit expendat. Inueniet autem quisq; in oculo proprio trabem, quam eruat sibi priusquam festucam tollat ex oculo fratribus sui. Deinde turpe est sibi imperium usurpare in seruum alterius iuri subditum. Quisquis igitur à summo iudice nolit iudicari ne ipse quenquam iudicet temere.

Age nunc qui dicitis, Hodie & cras eamus in hanc ciuitatem & faciamus ibi annum unum, & mercemur, & lucrum faciamus, qui ignoratis quid futurum sit postero die. Quæ est enim uita uestra? Vapor enim erit qui ad exiguum tempus appetit, & deinde evanescit: pro eo quod dicere debueritis, Si dominus uoluerit, et si uixerimus faciamus hoc aut

illud: nūc autē exultatis in superbijs uestris. Omnis exultatio talis māla est. Igitur qui nouerit recte facere nec facit, hic peccato tenetur.

Cōtra fastuosa diuitiū uerba et consilia. Iterum in avaros & studiosos pecuniae stringens calamus acclamatione commoda

pomposa & prāsumptuosa ipsorum consilia recenget, quae quidem plana sunt, maxime si conferas cum mercatorum nostrorum consilijs & sermonibus amplificis. Hic enim nihil inuenias exigui numerati, mediocris, inexpensa, amplissima, grauissima sunt omnia. Nihil auditur ab his quām de lucrandi rationibus, de negotiationibus, de emporijs & mercibus: raro fit ulla dei uirtutum honestarumq̄ rerum mentio. Cæterū ab hac uanitate, superbia, iactantia & cupiditate reuocat per incertitudinem breuitatemq̄ uitæ humanae, dices, Quæ tandem est ista uita uestra, cui uni prospicitis, cui uni laboratis ac molimini? Nimirum uapor est ad breue tempus apparens, ac mox euanscens. Quod quid aliud est quām quod prouerbio dicitur, Homo bulla est? Sophocles in eandem sententiam dixit, Αὐθεωπός ἐσὶ πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνος. Homo, air, spiritus est & umbra tantum.

Pindarus uero de hominis uita adhuc uanius inuenit dicens, σκιᾶς ὁνδρὸν φέω, id est Vmbræ somnium homo. Nihil sane inanius est quām umbra, uidetur enim esse cum nihil sit. At hac quoq; reperit quiddam uanius Pindarus, nimirū umbra somnum. Scripsit & in 7, libro elegans caput Plinius de Breuitate & miseria uitæ humanæ. Sed & ipse Christus dominus eadem ratione apud Lucam in 12, legitur usus, dissuadens studiū diuitiarum à breuitate uitæ humanæ, qui locus hue pulchre quadrabit. Verum dicat aliquis, Igitur negotiari prohibes? Respondet, Nihil nunc de negotiationibus iustis & necessarijs dispuo, sed uestram culpo uanitatem qua toti rebus addicti estis terrenis, atq; adeo ut tumor dei nullum apud uos locū habeat, uirtutis studium nullum. Volo igitur ut ante omnia quæratis regnum dei, ut eius curæ & sanctæ prouidentiæ omnia uestra commendetis, utq; inculpatæ uoluntati eius uosmet credatis totos. Atqui neglectis his

Sententia generalis ponitur contra omnem uanam gloriam. studijs sanctis exultatis in superbijs uestris. Id quod malum est: Nam omnis talis exultatio mala est. Igitur talem exultationem uolo à uobis esse quām alienissimam. Hisce omnibus suppingit uiuidum quodpiam epiphonema, Igitur qui nouerit recte facere nec facit, hic peccato tenetur. Volebant autem isti quibus cum agit apostolus Christiani uideri qui docti essent euangelium Christi, unde, Grauius, inquit, peccant qui ex euangelica doctrina quid agendū sit norūt, interim prauos affectus sequi malunt, q; qui quid faciendum sit nondum didicerunt, & corruptos sequuntur affectus. Videtur autem Iacobus id sumpfisse ex illis domini uerbis quae leguntur apud Lucam in capite 12. ad hunc modum, Ille autem seruus qui cognovit uoluntatem domini sui, & non se præparauit nec fecit secundum uoluntatem eius, plagis uapulabit multis. Qui autem non cognovit & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Proinde quod Iacobus nō dixit hic peccat, sed εἰς τὴν κύνην, peccatum ipsi est, siue peccato tenetur, emphasiū habet: quasi dicat, Huic peccatum suum imputabitur pro scelere maximo, & ideo maximum quoq; de ipso sumetur supplicium.

CAP. V.

Agite nunc diuites plorate ululantes super miserijs uestris quae aduentient uobis. Diuitiae uestræ putrefactæ sunt, uestimenta uestra tineis obnoxia facta sunt. Aurum & argētum uestrum erugine uitiatum est, & erugo eorum in testimonium uobis erit, & exedit carnes uestras sicut ignis. Thesaurum congeffistis in extremis diebus.

Securitas diuitium. Grauius nunc inuehitur in diuitium uitia, iram dei malorumq; glomos & ipsam damnationem sempiternam ipfis interminans, si tales esse perrexerint quales multo cum dedecore se gesserint haec tenus. Primo autem taxat illorum securitatem, insana gaudia & dissolutam uitam. Securi, inquit, estis confidentes opibus uestris, ideo exultatis, luditis & canitis, cum interim plorandum erat magis & ululandum, idq; propter æternas ilas calamitates quae statim imminebūt uobis. Væ enim, ait Christus, illis qui hic habent

confi-

consolationem suam, qui hic rident, mox enim flebunt amare. Deinde aliud uitium taxat in diuitibus congerendi & thesaurizandi studiū. Nihil enim ipsis satis est, hinc con-
dunt, defodiunt, exaggerant perpetuo. Partis uero his ipsis non utuntur nec alijs finunt *Thesauri diui-*
tum. usufructum. Malunt sua perire situ, erugine, alijs q̄p uitij, malunt tineis & blattis obijce-
re, quād indigētibus impartiri. Sed hic addit D. Iacobus, Erugo illa testabitur uestram
impietatem, qui malueritis facultates uestras situ perire quād in usus egentium depro-
mere. Dominus apnd Matthæum in 6. ab incertitudine opum argumentans, ostendit
his nihil esse fidendum, dices, Ne reponatis uobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea
corrumpit, & ubi fures perfodiunt & furantur, sed recondite uobis thesauros in celo,
ubi neq; erugo nec tinea corrumpit. Præterea damnū diuitiarum & animum diuitum *Diuitiae aculei*
sele excruciantem notat in præsentī Iacobus, & ait, Et exedit carnes uestras. Curæ enim *sunt,*
immodicæ quæ emergunt ex studio diuitiarum macerant, pungunt & tantum non ene-
cant, unde & diuitiæ à Christo comparantur spinis. Iacobus addit similitudinem, Sicut
ignis. Ardet enim & æstuat auari animus flammis perpetuis: ut nunc bis sint miseri, par-
tim quod hic nihil nisi tormenta sentiunt ab opibus, partim quod post hanc uitam af-
fligentur flammis sempiternis. Sequitur epiphonema, Thesaurum concessistis in extre-
mis diebus. Quasi dicat, Egregie factum putatis quod auri cumulos concessistis, quod
frugum uobis superfint acerui ingentes: sed concessistis thesaurum quidem, at parum
uobis profuturum. Congessistis enim uobis thesaurum diuinæ iræ, concessistis uobis
carbones super capita uestra, deus enim iusta uos vindicta persequetur & perdet æter-
num. Habet ergo ironiam & antiphrasim oratio.

Ecce merces operariorum qui messuerūt regiones uestras, quæ fraude non redditæ est à uobis, clamat, & clamores eorum qui messuerant
in aures domini Sabaoth introierunt.

Furta, fraudes, rapinas & uiolentias diuitum corripit. Maximū uero in his peccatum *Fraus diuitum,*
est, mercedem debitam uel negare, uel differre, uel non iuste numerare. Nam Iacobus nu-
merat inter peccata clamantia, ea uidelicet quæ omnium grauissima semper in conspe-
ctu dei sunt & uindictam flagitant. Verba petiit apostolus ex Deu. 24. cap, ubi legis, Non
opprimes mercenarium pauperem & inopem, siue sit de fratribus tuis, siue peregrinis
tuis qui sunt in terra tua atq; intra portas tuas. Die suo dabis ei mercedem suam, nec oc-
cideris super eum sol, quia pauper est & cum illo sustentat animam suam, ut non clamet
contra te ad dominum, & fiat tibi in peccatum. Utinam uero tam illa placet diuitibus,
quād placet si nanciscantur industrios mercenarios. Porro dominum in præsentī ap-
pellat dominum Sabaoth, id est dominum exercituum, haud sine causa. Ita enim signi-
ficat illos potentissimi ducis manum non subterfugituros.

In delitijs uixisti super terram & lasciasti, enutriisti corda uestra
ut in die occisionis.

Aliud uitium imò scelus diuitum incusat. Non tantum estis iniurijs in tenues illos ue-
stros mercenarios, sed opes illas male partas pessime collocatis. Toti enim estis in uolu-
ptibus atq; delitijs. Agitatis epulas & conuiua frequentia, in his nullis parcitis sum-
ptibus, omnes inferūtur delitiæ. Lasciuia hic quoq; sunt omnia, ioci, sales, risus, gaudia,
cantiones, musica, choreæ & petulantia dissolutissima quotidiana sunt. Eriguntur in al-
tum ædificia regia, parantur horti & balnea, nec quicquam intermittitur quod carni uo-
lupe uidetur. Atqui ita alienus sudor uos alit, aliena fames uos saginat. Ringuntur mer-
cenarij, algent alij cum quibus uobis negotium est, fame sitiç enecantur pauperes, uos
interim suauiter & in delitijs lasciue pascitum cuticulam uestram, quotidiana agitantes
conuiua, non minus splendida quād alij solent festo die mactata uictima. Quanquam
hoc postremum uideatur quibusdam sic posse intelligi. Quod tamen non secus cedet
uobis quād pecoribus accurata & diligens saginatio, quæ ubi fuerit perfecta rapiuntur
protinus in lanienam & mactantur. Cæterum superior sententia melior est. His similia
inuenies apud Ieremiam in cap. 22.

Condemnasti & occidisti iustum, & non resistit uobis.

Tyrannis diuinitum. Pessimum nunc accusat in diuitibus crimen crudelitatis & corrupti iudicij. Solent enim opulentiores qui iudicij praefecti sunt inuidiam suam & affectus prauos exercere in dicendis sententijs, & tenuiores damnare, uel quod non soluerunt quantum illi poscerant, uel quod liberius de illorum insolentia libidine & tyrānde loquuti sunt, uel quod pro libitu obsequi noluerūt, uel quod exosam illis religionem sequuntur. Maius autem periculū imminet hic tenuioribus, quām qui clientelis & familijs instruēti sunt, ac resistere possunt illi enim cum neminem habeant qui causam ipsorum agat, neq; ultra sit resistendi facultas, facile subuertuntur. Præcipue autem pertinent praesentia ad eos qui religionis causa persequitionem patiebantur. Sequitur enim.

Patientes igitur estote fratres usq; ad aduentum domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter expectans illum donec accipiat pluuiam tempestiuam & serotinam. Patientes igitur estote & uos & cōfirmate corda uestra, quoniam aduentus dñi appropinquat.

Patiētiam sua det afflictis. Iam consolatur oppressos sermone conuerso ad afflitos, simul autem interminatur iudicium diuitibus illis oppressoribus. Sic enim & sensus absolvitur tandem. Est enim hæciusta cohæsio, Vos diuites canitis, ridetis, securi estis, congeritis thesauros, fraudatis mercenarios, uiuitis delicate, damnatis & occiditis egenos, persequimini religionem Christianam, hanc uultis extinciam, ceterum dominus propediem aderit, & scelerata uestra nefanda ulciscetur iudicio suo iusto, liberabitq; oppressos uita sempiterna ipsa donata, uobis autem in æternum ignem coniectis. Quemadmodum & Christus depinxit parabola Diuinitis & Lazari Lucae 16. Nunc ergo consolatur oppressos, idq; per aduentum domini, in quo digna sint operibus suis recepturi tam oppressores quām oppressi. Adhibethis parabolam petitam à re rustica. Quemadmodū enim agricola & quo animo fert omnes labores ut aliquando metat fructum; ita nobis quoq; ferenda est iniuria, ut aliquando accipiamus coronam uitæ. Et ut pluuiam quæ sementi omnino necessaria est non accipit agricola cum uult, sed cum deus dat, unde illum patienter expectare necesse est. Ita à dei pender arbitrio, quādo liberet nos dominus, quādo puniat iniurios. Nostrum erit patienter illius gratiam expectare. Vnde Iacobus infert, Patientes igitur estote & uos & confirmate corda uestra. Hisq; iterum caput consolationis appendit, Quia aduentus domini appropinquat. Qui quidem domini aduentus non ultima modo dies, sed quilibet uisitationis dies est qua dominus uenit suos erupturus, aduersarios autem puniturus.

Nolite ingemiscere fratres alius aduersus alium, ut ne condemnemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres mei afflictionis ac patientiae prophetas qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatos dicimus eos qui sustinent. Toleratiā lob audistis, & finem domini nouistis quod ualde misericors sit dominus ac commiserans.

Pertinent & hæc ad superiorem scopum. Hoc autem est quod dicit, Proinde fratres mei, ne quis sibi uideatur infelior quod pluribus malis affligitur, neque quis inuideat ei qui mitius habet; ne sit inter uos impius ille gemitus index liuoris & diffidentiaz, ut ne condemnemini. Ut autem id ipsis persuadeat, uaria subiungit argumenta. 1. Iudex assistit ante ianuam datus uniuscuiusq; operi condignam mercedem. 2. Producit afflictiones prophetarum & patientiam, horum exemplo nos hortans ad tolerantiam. Illi, inquit, fuerunt legati dei, interim uero indignis modis tractabantur à regibus, à principibus, à diuitibus, & huius sæculi hominibus: quid igitur mirum si nos peccatores quæ nolimus experiamur? 3. Dicitur ab authoritate Christi, qui apud Matthæum in quinto beatos pronunciauit qui persequitionem patientur propter iustitiam. 4. Petitur ab exemplo lob, cuius quidem patientia decantatissima est. Commemorat & finem tentationis

tionis Iob. Quasi dicat, Nec illud modo spectandum quid passus sit Iob, sed etiam quam felicem finem ista concertatio nacta sit. Restitutus est enim sibi ipsi, factusque est in omni substantia septuplo auctior quam fuerat prius. Vbi subtexxit & quintum argumentum à natura & bonitate dei sumptum, quae non finit nos supra id tentari quod possumus.

Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare necque per cœlū, necque per terram, necque aliud quocunque iuriandum. Sit autem uestrum est, est: non, non, ut ne in simulationem incidatis.

Impatientia & obmurmuratio habet diras imprecações & iuramenta. Agit igitur Prohibentur in hic quoque contra iuramenta. Sumpfit autem omnia ex quinto capite Matthæi ē uerbis ramenta domini, Breuiter, Christianus linguam suam ita debet moderari, ut in rebus suis neque nomine dei neque creaturarum per imprecações siue deierationes abutatur. Deinde ne quid in omnibus sermonibus suis simulet aut dissimulet, id est mentiat, idque in dei ignominiam & proximi detrimentum, sed loquatur simpliciter, religiose, reverenter, candide & constanter. Et uoce quidem Iuriandum haud proprie sed per catachresim usus est. Non enim usurpauit illam pro Sacramēto, sed pro qualibet deieratione. Id quod alij ante nos ostenderunt contra Anabaptistas, & ipse quoque prolixius in libris contra ipsos æditis.

Affligitur autem aliquis inter uos? oret. Aequo animo est aliquis? psallat.

Quid ergo faciam in afflictionibus meis? dicit aliquis. Respondebat Iacobus, Ne diffidas deo, ne blasphemēs & dira impreceris persecutoribus, ne despondeas animū, sed cōfuge ad auxilium domini & huius gratiam indefessis pete precibus. Idem hoc faciat quisquis est intentionibus, quisquis sentit sibi aliquid imminere periculi. Huic statim addit contrarium, Aequo animo est aliquis? id est, si quis prosperiore utitur fortuna, ne efferratur, sed timeat, sed psallat, id est deo agat gratias. Psalmus enim aliud non est quam laus & præconium dei.

Infirmatur quis inter uos? accersat seniores ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini. Et obsecratio fidei saluum reddet laborantem, & eriget eum dominus: & si in peccatis fuerit, remittetur ei. Confitemini inuicem alias alij delicta, & orate pro uobis inuicem ut salui sitis.

Afflictionis species est aduersa corporis ualetudo. Disputauit autem haec tenus de afflictionibus patienter tolerandis, nunc uero instituit aduersa ualetudine correptos quomodo & ipsi se gerant & alij circa ipsos. Principio, Si quem, inquit, afflit aduersa ualetudo, non accersat magos & incantationibus utentes, aut exercentes præstigia, sed uocet ad se seniores Christianæ congregationis. Sic enim exposuit Erasmus, τον πρεσβυτέρον. Quanquam nolim ullam contentionem cum eo suscipere qui per presbyteros inteligit ministros ecclesiæ, hoc est ministros uerbi. Quod si quis locum exponat de rasis & uncis tantum sacrificis, non habebit ullum in uerbis Iacobi præsidium quo suam firmet expositionem. Liberum enim est ægrotō optimos quosque uel è plebe uel ministris accersere, illos consulere, ab his consolationem audire, petereque pietatis officia. Ideo autem Seniores dixit, id est prudentes & rerum diuinarum gnares, quod iuuentus petulans raro sapit, sed nimis obsequens affectibus minus cōuenit ægrotis instituendis consolandiisque. Deinde exponit quid agant, hoc est quae sint officia uisitantium infirmum. Orent super eum, inquit, ungentes eum oleo in nomine domini. Duo præcipit, ut orent, & ut oleo inungant ægrotum. Orent autem super eum, id est pro eo. Certum enim est, tantum domini apostolum nihil uirium tribuere recitationi uerbisque conceptis & super ægrotum pronunciatis. Omnis enim uirtus dei ac fidei est. Et de Oratione mox dicit pluscula. Quod Unctionem olei attinet, multus fuit olei usus in Palæstina & per vñctio olei.

uniuersum Orientem, præcipue autem adhibebatur ad cultum corporis, ut apud nos solent aquæ odoriferæ, & ad medicandum corpori. Id uero satis liquet cum ex alijs scripturæ locis tum maxime ex Matth. cap. 6. & Lucæ 7. Ibi enim iubet dominus ieunantes inungere faciem suam oleo, ne uideantur hominibus ieunare. Hic autem effundit pecatricix alabastrum plenum oleo in pedes domini. Proinde cum D. apostolus iussit nos ægrotos ungere oleo, notatione usus, per speciem notauit genus, nec aliud præcepit q[uod] ut infirmorum corpora curemus, foueamus, & ut medicamenta adhibeamus in nomine domini. Leguntur enim & apostoli domini apud Marcum in 6. in curandis ægrotis adhibuisse oleum. Sed & dominus ipse ægrotos sanauit aliquando per contactum, aliquando fine contactus aliquando aperuit oculos cæcorum uerbo, aliquando expuit in terram, & maceratum lutum oculis illeuit cæci & abltere iussit. Media itaq[ue] naturalia ægrotis non sunt aspernanda. Quod autem aliij hic constituunt Sacramentum, produnt inscitiam suam, & quam nihil intelligat scripturarum. Iacobus nihil tale somniauit unquam quale isti tantum non asserunt ad salutem consequendam esse necessarium. Loquitur enim de cura corporis, de misericordia, deçp officijs pietatis ægrotis præstandis, de medela seu fidelis usu medicinae, adhibendæ scilicet cum fide in nomen, id est potentiam dei, quæ nunc per media nunc sine medijs ægrotos sibi restituit, quam tamen restitucionem sancti non oleo, hoc est curæ & medicamentis medijs ué, sed nomini domini acceptam ferūt. Porro ne quis preces cui in hac re tribuit potissimas crederet uanas inefficacioresq[ue] quam quæ tantopere commendentur & ægrotis & ægrotos inuisentibus, statim subdit. Et obsecratio fidei, id est fidelis oratio, quæ scilicet proficitur ex uera in deum fide, saluum reddet, id est sanitati restituet laborantem, id est morbo obnoxium. Sequitur enim expositio in ipsis Iacobi uerbis, Et eriger eum dominus. Obserua autem uerborum emphasm, Dominus, inquit, eriger eum, non ulla uis aut ars humana. Et si in peccatis fuerit remittentur ei, si uidelicet & ipse non destituatur fide. Nam Ioannes quoq[ue] dixit, Si quis uiderit fratrem suum peccatum non ad mortem, petet & dabit ei uitam peccantibus non ad mortem. Sed dicas, Si propter nostras orationes remittit dominus peccatum, inanis est crux Christi. Respondeo, Solius meriti Christi & gratiæ diuinæ donū esse peccatorum remissionem. Interim tamen uult dñs ut oremus pro nobis inuicem. Id quo fiat feruidius magna pollicetur, quæ quidem solus præstat propter se. Post hæc iterum præscribens infirmis ait, Confitemini inuicem alius alii peccata siue delicta ac lapsus (τὰ προπτώματα) ueistros. Haud enim parum morbos souet & auget recrudescens subinde de illatis iniurijs dolor, inuidia, ira, offendio. Nec aliud est quod perinde officit animis. Iubet ergo Iacobus omnem affectum in alios grauius cōceptum expectorare, dolorem, inuidiam, iram, vindictam: iubet ut nobis mutuo condonemus noxas, & quilibet alteri libere fateatur peccasse se in alterum: iubet precari ueniam, Das eis uer dem anderen sin val vnd übertråitung fry bekegne vnd vmb verzyhung bitte. Nihil enim aliud docet in præsenti Iacobus, quam quod de condonatione dominus apud Matthæum in 6. cap. & 18. Quò & illud pertinere uidetur quod addit, Et orate pro uobis inuicem. Præcepit enim dominus idemçp exemplo suo docet orare pro inimicis. Addit fructum, Ut salui sitis. Mente enim sana, tranquilla & repurgata citius restituitur corpus. Iterum uero produnt hoc loco suam inscitiam Pontifici. Nam locum hunc qui de condonatione mutua & quotidianis offendis scriptus est, præcipiens ut alter alteri cōdonet noxam, confiteatur delictū, & precetur ueniam, illi detorquent ad auricularem istam suam Confessionem, qua præcipiūt sacerdoti alicui sacrifico omnes peccatorū species recensere, & ab illo absolutionē à peccatis expectare. Cum tamen nihil horū in mentem uenerit Iacobo, qui q[uod] simplicissime dixit Ηγουλογθεις & λάλωις τὰ προπτώματα. Cōfitemini uel fateamini libere inuicem delicta. Sed ubi uel scriptum dictum uel pictum est quod αλλάλωις Inuicem sit rasus confessor & uetus sacrificex: quod confiteri sit omnes peccatorum species recensere. Ita uero stultitiam suam produnt miseri, quoties sua scripturis firmare uolunt. D. Eras. Rot. in Annotationibus suis, Magis, inquit, est errata quam peccata, προπτώματα, quasi dicas lapsus. Sentit enim de quotidianis offendis Christianorum

Orationis uis.

Confessio.

inter

inter ipsos, quos continuo uult reconciliari. Alioqui si de Confessione sentisset quam dicimus partem sacramenti poenitentiae, non addidisset δαλλίσθε, id est uobis inuicem, sed sacerdotibus. Ab hac sententia nō dissentit interpretatio Bede. Et ita palam citat in Commentarijs quos scripsit in 5. cap. epistolæ Ioannis. Hæc Eras.

Multum enim ualet deprecatio iusti efficax. Helias homo erat simili ter obnoxius affectionibus ut nos, & precatiōe precatus est ne plueret, & non pluit super terram annos tres & menses sex; & rursum orauit et ccelum dedit pluuiam, & terra produxit fructum suum.

Redit iterum ad preces & exemplo ex scripturis, nempe ex 3. lib. Regum cap. 17. & 18. *Orationis uis.*
adducto demonstrat quanta possit oratio, certe ut ad assiduum studium precum incitra ret. Initio ponit sententiam hanc, Multum potest deprecatio iusti, id est deo fidentis, ἐπειγούμενη, id est operans profusa ex animo, assidua. Quid enim impetraret cessans & tepida oratio? Huic sententiae adpendit exemplum quo confirmet sua, Non est quod quis, inquit, obiciat se non esse sanctum & iustum, sed peccatorem & hominem. Vide te mihi Heliam illum, qui & ipse erat homo ihs quoq; præditus affectibus quibus sumus prædicti omnes, quia uero fidem habebat in deum, orauit, nec uana fuit oratio eius. Impetravit enim quæ uidentur hominibus esse impossibilia. Nam non pluit super terram annis tribus et mensibus sex. Deinde uero iterum conuersus ad preces pluuiam terre impetravit, docens nihil non posse à nobis impetrari per orationem simplicem puram assiduam fidelem. Videat igitur quisq; ut in precibus sit assiduus & fidelis.

Fratres, si quis inter uos errauerit à ueritate & cōuerterit quis eum, sciat quod qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uitæ suæ, saluam fa ciet animam à morte & operiet multitudinem peccatorum.

Transit à corporis infirmitatibus ad animi morbos, maxima illis pollicens præmia qui correptos animi uitij diligenter curarint. Paraphrastes ea perspicue exposuit, dices, Iam illud perpendite fratres, si pium est, si Christianæ charitatis est communibus precibus subleuare morbum corporis alieni, quanto magis par est ut animi morbo laboranti bus subueniamus. Neq; enim magnum est hoc impetrare precibus ut huic aut illi mors aliquanto serius accidat omnino tamē aliquando uentura, sed magnum est uita se mor tem animi. Itaq; si quis extiterit inter uos qui aberret ab Euāgelica ueritate siue nimium adhuc adhærēs legi Mosaicæ, siue Paganismi à maioribus traditi pertinax cultor, ne quis hunc existimet conuitijs exagitandum, sed huc potius oportet omnibus studijs adnitit ut conuersus resipiscat ab errore suo. Quisquis enim hoc fecerit magno sacrificio deme rebitur deum, qui non optat mortem peccatoris sed magis ut conuertatur & uiuat. Rem enim magnam præstat qui seruat animam à morte, fratrem liberans à peccatis per quæ morti tenebatur obnoxius. Nec interim is carebit suo præmio, siquidem Christus uicif sim huic sua peccata condonabit etiam quamlibet multa. Haec tenus Paraphrastes. Vide tur Iacobus illa sumpta ex 10. cap. Matth. Hæc autē paucula habuimus in epistolam D. Iacobi, quā proculdubio scimus tibi iam esse multo gratissimā commendatissimā. Curemus singuli ut quod ex hac didicimus altius animis inhæreat nostris, & ut malimus esse Euāgelicæ doctrinæ factores quam auditores.

Fratres errant tes reducere,

FINIS.

COMMENTARII IN
SECUNDAM ET TERTIAM EPI-
STOLAM IOANNIS APOSTOLI,
& unam Iudæ.

ARGVMENTVM II. EPISTOLAE.

Gratulatur fideli ecclesiæ quod receperit ueritatem. In hac uero ut perseveret et se se mutuo diligit, et a pseudoprophetis sibi caueat, hortatur.

 Enior electæ dominæ & filijs eius quos ego diligo in ueritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem, propter ueritatem, quæ permanet in nobis & nobiscum erit in æternum: erit nobiscum gratia, misericordia, pax à deo patre, & à domino Iesu Christo filio patris in ueritate & charitate.

Inscriptio est epistolæ qua continetur authoris nomen, quibus illam inscripsit, & salutatio sive imprecatio apostolica. Nā in genere hoc dicit, Senior Ioannes scribo hanc epistolam fideli ecclesiæ, huicq; imprecatio gratiam & pacem, & ut in ueritate & charitate perseverent. Quod autem se nominat Seniorem non Ioannem, ideo fortassis factum est quod illud esset apud omnes usitatissimum & receptum, plenum autoritate & suauitatem apostolica, non ob caniciem modo uenerandam, sed ob uocationem & officium sanctum. Porro ecclesiam uocat Dominā, quod sponsa sit domini Iesu: huius autem ecclesiæ membra appellat filios, ita persistens in allusione. Imprecatio autem satis est nota uel ex alijs epistolis. Ioannes pro more suo appendit Veritatem & Charitatem, optatq; ut in his sint & perseverent. At ueritatem opponit hypocrisi, errori, mendacio, ut nil aliud sit quam ipsa fides uera. Charitas complectitur omnia pietatis officia. Præterea inserit his quæ ipsi apud auditores conciliant benevolētiā, item quædam de ueritate quibus confirmet & attentos efficiat animos auditorum. Quos inquit diligo in ueritate, id est uere, ex animo, sincere. Debet enim charitas Christiana esse sine omni hypocrisi. Diligo autem propter ueritatem. Id est, ideo diligo quia cultores sunt ueritatis. Nec ego solus diligo, sed omnes qui cognouerunt ueritatem. Quibus illorum animos erigit, & ad amplius ueritatis studium prolicit. Quò & illud pertinet quod dicit nobiscum permane- suram ueritatem in æternum. Quare nemo non potest non confirmari in pietate.

Gauisus sum ualde quod inueni de filijs tuis ambulantes in ueritate, sicut præceptum accepimus à patre.

Auspicatur nunc à gratulatione, gaudens repertos esse apud illos qui desertis erroribus & relictis seductoribus ueritatem sint amplexi: nec quamlibet, (putant enim toto nonnunquam ccelo aberrates perspicuam se ueritatem tenere) sed traditam à patre, per doctrinam certe euangelicam. Neq; enim alia ueritas esse potest. Videmus ergo atq; disimus quas ob res gaudeamus. Videmus quæ sit regula diuinæ iustæq; ueritatis.

Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribo tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus nos mutuo. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum præceptum eius.

Hortatur ut in ueritate euangelica pergent constanter, & se se mutuo diligent. Id uero commendat illis ab authore & uetusitate. Non ego, inquit, præcipio ut pergatis in uero, sed ipse dñs qui in Euangeliō dixit, Qui perseverarit in finem usq;, hic saluus erit: neq; nouum aliquod præceptum nuperq; domi nostræ natum scribo uobis, sed illud uetus- sissimum in lege quoq; ipsa præceptum, Dilige dominum deum & proximum tuum, quod

quod Christos restituit, & quod ab initio ueræ religionis floruit, hoc inquam scribo uobis, ut scilicet diligamus nos mutuo. Videtis quām hæc non sint aspernāda. Deinde per interpretationem addit, Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum præceptum eius. Hic, inquit, est genius charitatis Christianæ, ut seruet præcepta. Nam dominus in Evangelio (unde hæc uidentur petita) dixit, Qui habet præcepta mea & seruare ea, ille est qui diligit me. Item, Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Nec est qd quis hæc saluatoris uerba miretur, Nam omnia præcepta ad charitatē reuocantur etiam ab apostolo Paulo ad Roma.¹³

Hoc est præceptum quemadmodum audistis ab initio, ut in eo ambuletis, quoniā multi seductores ingressi sunt in mundū, qui non confitent̄ Iesum Christū uenturū in carne. Hic est seductor & antichristus.

Pro more suo ingeminat & inculcat charitatem. Addit caussam cur hanc tantopere urgeat, quę quidē cauſsa & ecclesiam excitat ad uigilantiā & uehemens pietatis studium. Ideo inquit tantopere urgeo dilectionē, ideo decet uos esse diligentes, quia multi seductores uenerunt in mundum, qui conantur uos à uia ueritatis abducere in errorem. Ab his cauebitis uobis, & in uera religione, ueritate & dilectione pergetis. Deinde certis notis pingit illos seductores. Non confitentur, inquit, Iesum Christum illum esse Messiam uerum deum & hominem, quem prædixerant prophetæ uenturum in hunc mundum. His statim infert, & profligēs istos dicit, Hic est seductor & antichristus. Plura de his dixi in 2. cap. & 4. prioris epistolæ, unde hæc brevia sarciri possunt.

Intuemini uosip̄os ne perdamus quod operati sumus, sed ut mercedem plenam recipiamus.

Argumentatur à damno. Videntur autem petita esse ex illis quæ apud Ezechielē sunt uerbis. Si iustus auerterit se à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, num uiuet? omnes iustitiae quas fecit non uenient in recordationem. Est autem monendi excitandicꝫ particula, qua hic cōmode utitur βλέπε ζωτικό, Intuemini uosip̄os, uel ut Germanice quadran- tius reddam, Lügend zu üch selbs. Hoc uero est quod dicit, Caueat sibi quisq; ne si relinquat quod bene cœpit, perdat omnem fructum eorum quæ hactenus bene gessit, sed demus operam ut præteritis antichristi doctoribus, plenā mercedem recipiamus, quæ non contingit nisi perseverantibus usq; in finem.

Omnis qui transgreditur & non manet in doctrina Christi, deū non habet. Qui manet in doctrina Christi, hic & patrem & filium habet.

Grauiora nunc subiungit. Multo enim maximum detrimentum est deo carere, neq; patrem neq; filium habere. Cæterum qui non pergit in ueritate & dilectione, is neq; patrem neq; filium habet. Omnibus ergo modis annitendum est nobis ut in uia ueritatis pergamus. Eadem scribuntur in 2. cap. epistolæ prioris.

Si quis uenit ad uos & hanc doctrinam non adserit, ne recipiat eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malis.

Planioribus uerbis præcipit consortium hæreticorū fugere, & doctrinæ Christi constanter adhærere. Hæretici sunt qui suam non Christi doctrinam adferunt, uel aduersam Christi doctrinæ prædicationem tradunt & sequuntur. Doctrina autem Christi cōprehensa est in prophetarum & apostolorum literis. Quisquis ergo scripturas non attulerit aut aliquid aduersum scripturis docuerit, nequaq; recipiendus est in consortiū tuum & tuorū, neq; in colloquiū. Inficiunt enim corrupta colloquia bonos mores. Cohabitationē q; subuertit uel optimos quosq;. Per Domū ergo intellexit uniuersam cohabitationē per Aue colloquia familiaria. Paraphrastes hæc omnia pulchre hisce uerbis exposuit. Si quis uenerit ad uos qui diuersam ab hac doctrinā afferat, ut uos abducat ab euangelica

ueritate, huic adeo non debetis auscultare, ut nec in domum sit admittendus si querat hospitium, nec aue dicto salutandus si forte sit obuius in via. Periculum est enim ne familiam suo coniuctu inficiat, & pro officio communicati tecti rependat maleficium, atq; e salutatione nascatur colloquium. Corrumpt autem bonos mores colloquia prava. Porrò qui salutat & congregatur cum impostoribus huiusmodi cōsors esse uidetur malefactorum. Addit enim animum improbo dum se uidet esse alicuius pretij apud eos quos nititur subuertere, & alijs specie mali præbet, quasi fauere uideatur illius malitia cuius nō horret familiaritatem. Hisce finitimum est quod legimus apud Ecclesiasticum cap. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam.

Cum multa haberem uobis scribenda, nolui per chartam & atramen tuum: sed spero me uenturum ad uos, & præsentem præsentibus loquunturum, ut gaudium nostrum sit completum. Salutat te filij sororis tuæ electæ. Amen.

Concludit epistolam & pollicetur se uenturum ad ipsos, præsentemq; præsentibus hæc & alia his similia expositurum copiosius: idq; in hunc finem, non ut dolis capiat, artibus fallat, dominium exerceat aut pecuniam emugat, sed ut gaudium Christianum sit completum. Compleetur autem cum recte omnes fidei negotiū intelligimus, & illud per charitatem exercemus. Appèdit ad finem salutationem eius ecclesiæ unde hanc scripsit. Facit autem ecclesiæ sorores unius Christi domini sponsas, & membra, id est Christianos non sine gratia appellitat filios. Habet & illud gratiam quod doctrinam ueritatis mauit illorum committere mentibus quam chartis. Et nobis quidem nihil profuerit uidisse, audisse & legisse doctrinam apostolorum atramento chartis inscriptam, nisi etiam menti inscribamus transferamusq; in uitam & mores nostros. Resipit autem hæc epistola per omnia genium Ioannis apostoli, utcunq; alijs contendenter hanc presbyteri cuiusdam Ioannis esse. Sed utcunq; hominum uariant iudicia, certe in hac nihil scribitur quod non legatur & in prima, eundem ergo cum illa habet spiritum, ut nemo hanc nisi impius aspernari possit. Deo sit laus & gloria, qui uoluntatem suam nobis aperit dilucidissime.

FINIS.

ARGVMENTVM III. EPISTOLAE.

Gratulatur Caio quod in recepta ambulet ueritate, beneficentiamq; exerceat in fratres. Perstringit Diotresphen & commendat Demetrium.

Senior Caio dilecto quem ego diligo in ueritate. Dilecte, de omnibus opto ut prospere agant & recte ualeant, sicut prospere agit anima tua.

Inscriptio & Salutatio plana est. Hæc tamen paulò est diuersior à receptis salutationibus apostolicis. Poterit autem & ad res & ad familiares Caïj referri, ut sit sensus. Cupio & opto ut quemadmodum anima tua prospere agit in omnibus ornata cœlestibus dotibus felix & beata, ita & omnes domestici uel familiares tui bene habeant. Vel, ita & omnia tua bene fortunet sospitator dominus. Est autem summa felicitas mens sana in corpore sano.

Gauisus sum enim ualde uenientibus fratribus & testimonium addentibus ueritati tuæ, sicut tu in ueritate ambulas. Maius his nō habeo gaudium quam ut audiam filios meos in ueritate ambulare.

Gratulatur primo de recepta ueritate & quod in hac maximo cum fratribus præconijs ambulet. Est autem in Veritate ambulare uitam agere piam iuxta regulam ueritatis absq; fugo & simulatione. Nec satis est scisse ueritatem nisi in ipsa ambulemus, id est ad hanc instituamus uitam nostram omnia dicta & facta. Porrò maximum sanctorum gaudium est cum audiunt nos in Veritate ambulare; noluntergo se superstitionis coli. Discuntur & angeli gaudere de peccatoribus conuerfis ad penitentiam. Quæ quidem nos animate debent ut omni conatu propagemus ueritatem.

Charissime fideliter facis quicquid operaris in fratres et in hospites, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ, quos benefacies si deduxeris digne deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus recipere huiusmodi ut cooperatores simus ueritati,

Primum est ut ueritatem recipiamus & in fide simus integri, proximum uero ut simus benefici. Post receptionem ergo ueritatis congratulatur apostolus Caio de hospitiate & beneficentia quam prædicarant coram tota ecclesia qui beneficia receperat. Qui sanè locus gratitudinem docet & quod nemo iusta est fraudandus laude. Ut autem omnibus debemus beneficentiam ita præcipue ministris uerbi dominici. Vnde Ioannes hos Caio & in hoc omnibus fidelibus commendat fideliter, argumentis utens ab honesto & utili ductis. Honestū est em̄, inquit, si deduxeris digne deo, id est si instruxeris eos uiatico, benigne apud te soueras. Nostri uero cui impendas, deo, qui dixit, Qui uos recipit me recipit. Huc pertinet & consequens ratio, Pro nomine Christi profecti sunt. Id est ut Euangelium prædicens circumueunt, non ut ditescant & res suas agant. Ideo enim nihil ac cipiūt stipendijs à Gentibus quibus prædicat, certe ut eo plus Christo fructus afferat quo apud Gentes alieniores sunt à suspitione captati quæstus. Itaq; nos qui didicimus opera rium mercede sua dignum esse, debemus huiusmodi uiros bonos recipere & opibus nostris iuuare. Appendit hic quoq; ad finem præmium, Ut cooperatores simus ueritati, ui delicit ut propagemus & nos ueritatem, & quandoquidem negatum est munus docendi, sarciamus id opibus nostris iuuantes scilicet illos qui uocati & muneribus docendi instructi sunt. Dixit autem in Euangeliō dominus, Qui prophetam recipit in nomine prophetæ, mercedem accipit prophetæ; & quicunq; ad bibendum dederit uni ex pueris his poculum aquæ frigidæ tantum nomine discipuli, amen dico uobis non perditurus est mercedem suam. Apparet autem ex hoc loco plurimos tum temporis fuisse uiros bo

NN

nos qui Pauli exemplum imitati Gentibus prædicarunt euangelium gratis. Gloriam enim Christi domini tam cupiebant primæcū ecclesiæ homines promotā ut huius causa nihil non facerent atq; ferrent. Quibus uero datum non erat docendi munus, huc omnes suas facultates conferebant, ut nihil deesset rerum necessiarum ijs qui pollebant docendi gratia. Inter hos uero præcipuus erat Caius ille, opulentissimus ut appareat uir, quem etiam Paulus ad Romanos 16. & suum uocat hospitem & totius ecclesiæ. Et mediæ ætatis homines liberaliter iuuuerūt studia pietatis. Nos soli in quos fines sæculorum deuenerūt stertimus ignauit. Quibus contigit à deo docendi gratia, nolunt se resq; suas exponere periculo, aut docendi munus non obeunt nisi opimis regijsq; stipendijs conducti. Verum paucissimis aut certe nullis talia dantur. Nam quibus ministrorum uerbi cura commissa est, miseros egere finunt, adeoq; nihil conferunt de suis facultatibus, ut ab alijs collata iam olim inuideant præripiantq;. Ita uero & doctrina pietatis periclitatur & nominis Christi gloria. Dominus autem det nobis spiritū illum quem uidemus illorum insedisse pectoribus, quos in præsenti Ioannes commendat.

Scripsi ecclesiæ, sed is qui amat primatū gerere in eis Diotrephe non recipit nos. Propter hoc si uenero indicabo facta illius quæ facit uerbis malitiolis garriens in nos : & nec his contentus non solum non recipit fratres, uerum etiā uolentes recipere prohibet & è congregatione ejicit.

Non satis liquer de quo scripti genere loquutus sit Ioannes, apparent tamen hunc scripsisse epistolā ad eam ecclesiam in qua agebat Caius, qua adhortatus sit ut id facere pergeret quod uidebat facere Caium. Verum obstabat sanctis his monitis Diotrephe quidam, quem in præsenti perstringit, accusans in ipso hæresim, calumnias seu linguae petulantiam, & studium superbiæ seu ambitionis, præterea incusat & inhumanitatis, cōtemptus, crudelitatis, adeoq; tyrannidis in fratres. Est ergo hic exemplum omnium hæreti corum & improborum hominum, qui & ipsi obſistunt euangelio. Nihil autē nunc scribit in ipsum uirulentius, sed reseruat in aduentum suum. Minatur enim se tum illi detraeturum laruum. Id uero est fidelium pastorum nihil condonare aut parcere impostoriis. Quid putas autem dicturū Ioannem si rediret hodie in eas ecclesias quæ uideri uolunt apostolicæ, inueniretq; non unum aliquem Diotrephe primatum ambire, sed infinitos simul cardinales, patriarchas, episcopos & proceres ecclesiasticos : ut nunc nihil dicam de eo quod pleriq; istorū contra ueritatis doctrinam nescio quid garriunt, quod puram apostolorum doctrinam non recipiunt, quodq; recipere uolentes damnant atq; diris deuouent fulmine excommunicationis sæuo infictio. Tam scilicet periculosa sunt tempora nostra. Deus eripiat animas nostras ex ore leonis.

Dilecte ne imiteris quod malum est, sed quod bonum est. Qui bene facit ex deo est, qui autem male facit non uidet deum.

Addit ista ut ab offensione præseruet Caium. Quasi dicat, Nostri quid conetur & agat Diotrephe, nolim autem te imitari mores hominum. Hic autem ponit generalem sententiam, id scilicet imitādum esse quod bonum est, non illud quod malum est. Quæ quidem sententia opponi potest illis qui pro se allegant longa tempora, patrum mores & consuetudines. Adiungit huic & aliam sententiam, Qui bene facit ex deo est, qui autem male facit nō intelligit dei negotiū, necq; post hanc uitam deum uidebit. Proinde quod bonum est, quod deus iussit faciendum est, non quod præscribunt aliorum hominum exempla & consuetudines.

Demetrio testimonium redditur ab omnibus & ab ipsa ueritate, sed & nos testimonium perhibemus, & nostis quod testimoniu nostrum uerum est.

Prauo exemplo iungit opponitq; optimum optimi uiri Demetrii, ne deficit quod Cai animum confirmet. Vehementer enim concutiuntur bonorum animi malorum exemplis,

plis, unde uidemus mederi huic morbo scripturas frequentissime. Miræ uero integratæ uitum fuisse Demetrium necesse est, cui testimonium ferebant omnes boni, denique ipsa ueritas, adde & Ioannes apostolus homo sine fuco, qui adulari nihil didicerat. Præterito itaq; Diotrephe imitemur potius Caium & Demetrium.

Multa habebam quæ scriberem, sed nolo per atramentum & calamus scribere tibi. Spero autem protinus me usurum te, & præsentes corā loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

Quemadmodum posteriorem clausit epistolam, ita nunc concludit & postremam. Sunt tamen in his charitatis & amicitiae pulchra argumenta imitanda nobis potius q; disputanda. D. Hieronymus uideretur & secundam & tertiam hanc epistolam tribuere cuidam Ioanni presbytero. Ego non uideo quid in his Ioanni indignum contineatur. Est sane in breuitate illa mira gratia. Habet & breuitas sua mysteria.

FINIS.

IN EPIST. IVDÆ ARGUMENTVM.



Vdas quem Mattheus nominat Lebbæum cognomento Thadeum, dicitur fuisse frater Iacobi Alphæi & Simonis Chananei, uixit adhuc, si Eusebïo Egesippum citanti credimus, temporibus Domitiani, aliquot annis post sublatos domini apostolos. Proinde quod in corruptissima incidisset tempora, sed & spiritu præuideret quid porrò futurum esset, hanc scripsit epistolam, in qua horatur sanctos ut & ipse in pura religione perseuerent, & alijs quoq; adiumento sint quo possint perseuerare, & ut ueritatem euangelicā exprimant bonis operibus, caueant autem ab impostoribus, quos hic depingit graphicē exitium ipsiis interminans. Pleraque; uero mutauit ex posteriori epistola Petri. Nec id quidem cuiquam nouum uideri debet. Videmus enim & prophetas posteriores priorum legisse orationes & libros, atq; adeo usurpasse & multa illorum in sua retulisse scripta. Ergo quæ hic attinguntur parcus, paulo fusi tractantur in epistola Petri.



Vdas Iesu Christi seruus, frater Iacobi, his qui in deo patre sanctificati sunt quiq; Iesu Christo seruati sunt, uocatis. Misericordia uobis & pax & charitas multiplicetur.

Quemadmodū Paulus ita Iudas se uocat seruum Iesu Christi. Quia uero multi erant Iudæ, ideo ad differentiam aliorum addit, Iacobi frater. Nam Lucas in 6. Iudam Iacobi appellat, quem alijs uocant Thadæum. Erat enim quadrinominis, Iudas, Iudas Iacobi, Thadæus & Lebbæus. Habes authorem huius epistole & subscriptionem. Sequitur qui bus hanc inscribat. Omnibus uocatis, id est electis dei. Sed qui sunt uocatis Sanctificati à deo patre. Sed qui dicuntur sanctificati à patre? Eramus natura nostra impuri filii iræ, serui satanæ. Deus autem nostri misertus filium suum misit in carnem. Hic effudit sanguinem suum pro peccatoribus, & sanguine suo nos lauit sanctificauitq; afferuit ē seruitute satanæ & nos sibi consecravit in peculiū. Ergo sanctificati sunt qui redempti sunt per mortem Christi & per ipsius purgati sanguinem. Habes in his totam euangelij sumam, quam & Paulus præcipue immiscet inscriptionibus. Sequitur bona imprecatio, salutatio & benedictio apostolica, Misericordia uobis &c. Tria autem petit sanctis multiplicari & augeri, Misericordiā, Pacem & Charitatem. Misericordia gratia dei est. Hanc auget nobis cœlestis pater cum nostri misertus condonat nobis peccata, & se se omniaq; dona sua in diem liberalius in nos effundit, & se nobis astringit subinde fortius. Pax, animæ est tranquillitas & concordia studium cum omnibus hominibus. Charitas plenitudo legis est.

Dilecti, tantum mihi studium fuit scribendi ad uos de cōmuni salute,

NN 2

ut non potuerim non scribere uobis, obsecrans ut uestris laboribus ad iumento sitis fidei quæ semel data est sanctis.

Causam exponit quæ ipsum impulerit ad scribendum, ita captans benevolentiam, simul & scopum prefigit eorum de quibus est dicturus. Recte uero monuit Erasmus hunc locum bifariam posse accipi. Prior sensus est, Non solum mihi fuit summum studium scribendi ad uos de communi salute, uerum etiam necessitas scribendi fuit propter inimicos Christi. Posterior sensus hic est, Cum esset mihi mirum studium scribendi uobis de communi salute, non potui non scribere, hoc est non potui non obsequi desiderio animi mei. Iam uero epistolæ scopus hic est, Vult illos hortari ut laboribus suis adiumento sint sanctis, ut in fide uera & semel à Christo apostolisq; tradita perseuerare, & fraudes seductorum declinare possint. Vel, hortari uult ut operibus uere bonis exprimant eam fidem quam dominus sanctis, id est Christianis reuelauit, neue seducantur ab impostoribus, qui fidem & Christianam libertatem putant esse peccandi licentiam.

Obiter enim subierunt quidam homines impij, qui prius descripti fuerant in hoc iudicium, qui dei nostri gratiam transferunt ad lasciuiam, ac deum qui solus est herus ac dominum nostrum Iesum Christum negant.

Quod inquit hanc uobis scribo, quod inhortor ut sanctis operibus fidem uestrā exprimatis, & ut alijs adiumento sitis ne seducantur, hinc est, quod iam nunc irrepererunt quidam impostores, qui gratiam euangelicam uertunt in occasionem lasciuiae, ipsumq; deum & dominum Iesum abnegant. Habent autem singula uerba suum pondus. ^{προσεργάτης} dicitur ait, id est furtim & clanculum ingressi sunt. Sic enim notat artes & impudentiam istorum qui nolunt uideri hostes ueritatis pietatisq;, immo specie pietatis se uendant. Petrus de hisdem, Erunt inter uos, inquit, falsi doctores, qui clam inducent sectas pernicio-
sas. Hos, inquit, præuidit deus iam olim ab æterno. Non quod diuina potentia hoc cogantur facere quod faciunt, sed quia quid facturi essent præuidit, descripsit illos in hoc iudicium, id est decreuit eis poenam. Alludit enim ad iudices & reges populorum, qui facinorum nomina & facinora in libellos seu nebulonum catalogum atro designant calculo poenam adiacentes sceleri. Porrò duo in istis accusat, & quod gratiam dei trans-
ferunt ad lasciuiam carnis, & quod dominum nostrum Iesum Christum negant. Si qui dem libertate per Christum parta & per euangelium annunciat a butebantur ad turpi-
tudinem ac peccandi licentiam, putantes ob remissionem peccatorum annunciatam si-
bi licere quilibet. Peccabant igitur impudentius & ultro recidebant in eam seruitutem unde ipsos Christus suo sanguine redemerat, qua quidem re deum & Christum eius ab negarunt. Verbis quidem confitebantur, factis uero negabant.

Volo autem uos commonefacere cum sciatis semel illud quod dominus posteaquā populum ex Aegypto saluum eduxerat, rursus eos qui non credebant perdidit; quodq; angelos qui non seruauerat suam originem, sed reliquerant suum domicilium, ad iudicium magni illius diei uinculis æternis sub caligine seruarit. Sicut Sodoma & Gomorrah & his finitimæ ciuitates quæ ad consimilem modum cum illis stupris inquinatae fuerant, ac sequutæ fuerant carnem alienam, propositæ sunt exemplo ignis æterni poenam sustinentes.

Exemplis aliquot coaceruatis demonstrat nō satis esse fateri liberatos nos esse & profiteri libertatem euangelicam nisi & uita accedat sancta. Quibus quidem omnibus confutat seductores illos & adhortatur sanctos ut uita Christo digna fidem Christi exprimant, alijsq; adiumento sint ne sequantur turpe istorum exemplum. Vtitur autem præfati uncula & ait, Non est quod uos doceam cum satis esse putem si uel in memoriam reducam exempla ueterum. Hic iam tria producit. Primum sumptum est ex Exodo, est au-

tem huiusmodi, Quemadmodū deus olim Israëlem ex dura Aegyptij regis seruitute per alueum Erythrei maris & per desertū duxit in terram promissam : ita idem ille deus nos ex satanæ seruitute per baptisimi lauacrum quo abluit nos à peccatis omnibus duce Christo domino dicit ad uitam æternam. Verum ut illis non profuit liberatio qui obmurmurarunt deo in deserto, qui idolatria, epulis deorum, stupris & comedationibus se polluerunt, nam illorum aliquot millia ceciderunt in deserto: ita non proderit nobis redemptionis prædicatio si perrexerimus in uita impia & impura. Secundum exemplum tractauit & apostolus Petrus in 2. epist. 2. cap. est autem tale, Non profuit angelis quod conditi adeoq; diuinæ naturæ essent facti consortes. Vbi enim felicissimam suam naturam mutassent in prauitatem, neq; perstiterent in sua conditione, ccelo deturbati sunt ad inferos ubi detinentur in uinculis ad ultimum illud iudicium usq;, in quo æternæ damnationis sententiam suscipient. Ita quidem nil proderit & nobis quod optime condidit nos dominus, quod per filium redemit, nisi in statione nostra & officio maneamus facientes quæ decent dei filios. Tertium exemplum petitum est ex 19. capite Geneseos. Multa quidem beneficia contulerat dominus in urbes illas fatales Sodomam Gomorram & finitimas, at cum illæ abuteretur dei beneficijs igne coelesti consumptæ sunt, idq; in exemplū omnibus illis qui domini beneficijs abutuntur ad uitæ turpitudinem. Non enim effugient iudicium dei, Reliqua quæ hic erant dicenda, petantur ex decimonono capite Geneseos.

Similiter sanè & hi delusi insomnijs carnem quidem polluunt, dominos uero spernunt, in potestate præditos maledicta congerunt. At Michaël archangelus cum aduersus diabolum certās disceptaret de corpore Mosis nō ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit, Increpet te dominus. At isti quæ non nouerunt ea maledictis insectantur : quæ uero natura ceu animantia rationis expertia sciunt in his corrūpuntur.

Desribit nunc seductores in hunc finem, ut cognoscantur & deuitentur, non ut billem releuet. Sic autem cohærent hæc cum superioribus, Quod fecerunt isti quos extinxit coelitus immensus ignis, hoc faciunt hi quoq; seductores. Id iam expolit per enumerationem. Primo dicit illos esse somniatores, imò delusos insomnijs, hoc est seductos qui ex uanitate mentis amplexentur pro ueris falsa, uoluptates uidelicet, quæ miseris redundunt, non felices. Videntur enim sibi delitijs frui qui habent insomnia, cum longe fallantur. Deinde, Carnem, inquit, polluunt, id est sese totos ingurgitant uoluptatibus, libidini, stupris, adulterio, scortationi, ebrietati & conuiuijs. Neq; polluunt se modo, uerum etiam aspernantur præfectos suos sanctumq; magistratum : nec spernunt modo, sed & maledicta in illum congerunt dirisq; deuouent. Id uero sceleris uehementer amplificas adhibet exemplum hoc modo, Cum esset disceptatio inter angelos bonos & malos de corpore siue cadauere Mosis, tamen ipse archægeli Michael ueritus est diabolo palam dicere conuictum, sed quum conuictia illius ferre non posset, moderate dixit, Increpet te deus. Audimus hic angelum noluisse maledicere diabolo. Quis hinc non intelligit turpissimum esse si homo sceleratus maledicere non ueretur uiris autoritate & dignitate præminentibus? Cæterum sequitur in Iuda, At isti maledictis insectantur non modo nihil execratione meritos, sed quæ non nouerunt, id est quæ non intelligunt, & ubi nulla est maledicendi causa. Addit his aliud & nouum scelus, quod etiam extollit amplificatione, Adeo, inquit, luxu libidineq; corrupti sunt, ut in his rebus in quibus animantia rationis expertia probe moderateq; degunt, ueluti cibo, potu coituq;, in his perditissime se gerant. Plura petantur ex 2. cap. 2. epist. Petri, ubi eadem hæc inueniuntur. Quæ uero adduxit de Disceptione angelorum super cadauere Mosis, citavit ex Apocryphis. Et uerisimile est concertationem hinc esse ortam quod satan uellet seruare cadauer Mosis tradereq; Israëlitis ut hoc colentes impingerent & contra dominum peccarent. Semper enim satan cupit ereptam creatori gloriam creaturæ tribuere. Quod si uitio non uer

titur Paulo quod citavit Menandri Epimenidis & Arati testimonia, cur unus Iudas ab omnibus male audit quod quædam citavit ex apocryphis? Solet uera pietas nihil aspernari quæcumque sit obscurum & humile, sed cum iudicio ex stercoribus colligit aurum. Idem fecit & Iudas hoc nomine laudandus magis quam uituperandus. Apocrypha fortassis maximam habebat apud illos authoritatem ad quos hæc epistolam potissimum scripsit. Hactenus ergo inferui illis & quavis ratione illos deo & puritati uoluit lucrari.

Væ illis quoniam uiam Cain ingressi sunt, & deceptione mercedis qua deceptus fuit Balaam effusi sunt, & contradictione Chore perierunt.

Ab alijs sceleribus describit eosdem, nempe à parricidio & homicidijs, à corruptione & auaritia, à proditionibus, turbis, ambitione & factionibus. Verum non potuit ista in ipsis uiuidius describere & increpare quam per adiuncta exempla. Sunt autem in ipsis sceleribus memorabiles nequam illi tres quos producit, Cain, Balaam, & Chore. Cain enim infamis est parricidio fratris quem ex inuidia & propter priorem religionem occidit. Et hi, inquit Iudas, uiam Cain ingressi sunt, hoc est, sequitur mores & studia latronis, ex inuidia & auaritia persequentes synceroris theologiae studiosos. Locus peritus est ex 4. cap. Gene. Balaam uero corruptus auaritia & quaestu, conatus est maledicere populo cui dominus benedixerat. Ita hi, inquit, decepti mercede, quaestu & largitionibus iniquis, effusi sunt, id est in omne facinus prolapso, ut iam non abstineant ab ullo scelere. Quid enim non potest auri sacra famæ? Eodem exemplo usus est & Petrus 2. Petri. Petitiū est ex Numeris Mosi cap. 22. At Chore superatus ambitione uoluit ad se rapere sacerdotium, ideoq; maximam in castris Israëlitis turbam commouit, uerum non diu Mosi sese opposuit. Statim enim cum tota factione coniuratorum à terra dehincente absorptus uiuus descendit ad inferos, horrendo exemplo demonstrans omnibus mortalibus quid expectent qui arrogantiæ & superbiæ spiritu seducti contra ueritatis ministros excitant turbas. Huic autem confert sui sculi imò omnium sæculorum seductores, qui sibi functionem docendi uendicant. Repulsis doctoribus ueritatis. Huc pertinent illæ uoces nostrorum, Quis uero illis nebulonibus impuris aperuisset mentem scripturaræ nos ordinauit sancta sedes Romana, nos sumus doctores illuminati, nostra est facultas docendi & determinandi. Iстis uero & principum quorundam & popularium mentes commouent in optimos viros testes ueritatis, quos & affligunt, sed suum in detrimentum maximum. Sentient enim aliquando quibus cum concertarint, ubi scilicet ad exemplum Choritarum meritas penderint poenas.

Hi sunt inter charitates uestræ maculæ inter se coniuantes absq; ullius timore, suopte ductu arbitrioq; uiuentes, nubes aquam non habentes quæ à uentis circumaguntur, arbores autumno marcescentes, infugiferae, bis emortuæ & eradicatae, undæ efferæ maris, despumantes sua ipsorum dedecora, stellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarum in æternum seruata est.

Hactenus quidem depinxit seductores exemplis, nunc eosdem pingit colore similitudinum euidentissimo uiuacissimoq;. Priusquam tamen producar parabolas præmittit, ἐντοίχιστην ταῖς ἀγάπαις οὐκένταρης, σωματικὸν λόγον, ἐντούτην πριμούντες, id est. Hi sunt in charitatibus uestris maculæ, coniuantes inter se intrepide, seipso pascentes. Pulchre autem monuit Erasmus in Annotat. quemadmodum εὐλογία Christianis dici coeperunt munuscula ex charitatis affectu missa: ita coniuia quæ pauperibus refocillandis exhibebantur ἀγάπαι fuisse dicta. Vnde fit ut Iudas per charitates intellexerit eleemosynas fidelium. In his, inquit, isti sunt maculæ, dedecorantes nimirum eleemosynam. Sequitur enim luxuriosis coniuicijs inter se certantes, idq; ex bonis ecclesiasticis & absq; ullius timore. Nam pascunt seipso, id est pastorum in modum seipso agunt & ducunt, & sibiipsis sunt pastores, nullius parent imperio, suo ductu & arbitratu uiunt,

uunt, unde non est quod quenquam metuant, sed secure quod liber agunt, uentri seruiunt, se pascunt genioq; indulgent. Hodie certe uidemus Episcopos & Abbates ecclesiasticorum opum tanquam iustissimos possessores luxu interim dissipantes omnia defendi à regibus & principibus. Nullus est qui uel mutire contra istos uel uerbulo audeat aut in mediū proferre quis sit uerus ecclesiasticarū opū usus. Recte itaq; dixit Iudas istos semetiplos pascere & suo arbitrio uiuere. Quondā monachorū monasteria fuerūt bonarum literarum scholæ, & pauperum xenodochia, nunc sunt equorum & uenaticorum canum stabula, inertium quoq; uentrium domicilia, & spiritualium prælatorum sue principum (ita enim salutari gaudent) aulæ. Erudite uero & pie hunc ludi locum cum Petri uerbis cōculit clarissimus uir D. Martinus Lutherus in illo suo libro nobili quem ante annos X VI. contra Ambrosium Catharinum ædidit, eius uerba si quis requirat hæc sunt, Labes & maculæ (sunt enim hi homines nihil nisi dedecora & lajes in populo dei, cum prorsus inutiles suis tantum delitjs & uitris in ecclesia saginati sibi seruiant) Delitjs affluentes in conuiuijs suis luxuriantes uobiscum. Mihi hic locus corruptus uī detur. Nam Iudas sic refert eundem, Hi sunt inter charitates uestras maculæ, inter se se conuiuantes abscq; ullo timore semetiplos pascentes. Pontificum enim & sacerdotum monachorumq; delicatam uitam describit, qui ijs quæ pia charitate fidelium ad ecclesiā collata sunt & conferuntur indies profusissimo luxu perdunt, nec dei nec honiūnum conspectum ueriti, nec scandalis infirmorum, nec odiis bonorum quicquam comoti. Seipso enim eximie curant & pascunt, nihil aliud quām maculæ, labes, dedecus, onus ecclesiæ facti, cuius debebant esse summa ornamenta, & luminaria, & columna. Nōnne ista iam dudum uidemus? Vnde Petri uerbum, Luxuriantes uobiscum, intelligi oportet, Luxuriantes uestris opibus: seu ut Iudas indicat, Vestris charitatibus, quia & uestris & uobis abutuntur ad luxuriam & pompam suam, sine timore. Nam quod Græcus Petri textus habet, In erroribus suis, quod noster reddit, In conuiuijs suis, puto factam errore librarij metathefim literarum, ἐν ταῖς ἀπάταις ἀντίθεσι, pro eo quod Iudas habet, ἐν ταῖς ἀγάταις ἀντίθεσι, id est in charitatibus uestris seu beneficijs uel eleemosynis. Haec tenus Lutherus. Nunc uenimus ad similitudines quibus hoc genus hominum pingit. Primo quemadmodum & Petrus ita & Iudas appellat ipsos nubes aqua carentes, & à uento circumactas. Habent enim speciem doctorum ueritatis, pollicentur docturos se doctrinam saluificantem, sed ueritate destituuntur & quouis circumaguntur doctrinæ uento, Ephes. quarto. Secundo uocat arbores quæ sub finem autumni proditis floribus mendacem fructus spem faciunt, cum mox emarcescant. Non solum autem infrugiferæ, ait, sed bis sunt mortuæ. Isti enim præter hoc quod uitam uiuunt euangelicæ doctrinæ parum respondentem, etiam alios secum cum peruersa doctrina tum exemplo prauo trahunt in perniciem. Imò eradicatae sunt arbores, haud secus inquam deplorati homines quām arbores radicitus euulfæ, quibus iam nulla spes superest reuirescendi. Tertio assimilat undis marinis sœuentibus & in altum se extollentibus, ita notans istorum turbas, motus, clamores contra ueritatem. Sed quemadmodum unda marina quo sœvius furit procellis hoc magis despumat sordes, turbatur & se se efficit luculentam, ita isti suis clamoribus, seditionibus nihil aliud efficiunt quām ut probra suaq; dedecora omnibus exponant. Videtur hæc parabola sumpta esse ex 57. capite Isaiae, ubi legimus, Impij autem sunt sicut mare motum quod quiescere non potest, sed aquæ eius ejciunt lutum & ccenum. Quarto nuncupat stellas erraticas. Sibi enim uidentur stellæ, illuminati uidelicet doctores, lumina mundi, profundissimi professores, sed quia sibi non constant, neq; constantem sequuntur ueritatem, sed magis obsequuntur affectibus, imprudentes coniuncti in naufragium. Post hæc omnia interminatur iphis iudicium, & ait, Quibus caligo tenebrarum in æternum seruata est. Quasi dicat, Etsi nunc uideantur regnare, iudicium tamen domini nequaquam effugient. Seruat enim hos deus æternum cum satana puniendos in caligine tartarea.

Prius autem his uaticinatus est septimus ab Adam Enoch, dicens: Ec NN 4

ce uenit dominus in sanctis millibus suis ut faciat iudicium aduersus omnes, & redarguat omnes ex eis qui sunt impij, de factis omnibus quæ impij patrarunt, deçq; omnibus duris quæ loquuti sunt aduersus eum peccatores impij.

Ex apocryphis profert testimonium, quo approbat seductores illos deo iudici daturos penam, Nec est quicquam in hoc testimonio quod non de uerbo ad uerbum reperias in scriptura canonica. Nullibi enim nō obuium habes, deum & dicta & facta nostra iudicaturum, præcipue autem puniturum quod in ipsum & ueritatem ipsius libere imò temere dictum fuerit. Cæterum cur Iudas tam frequenter utatur apocryphis conieciu- ram meam paulò ante exposui.

Hi sunt murmuratores, queruli, iuxta cōcupiscentias suas ambulan- tes, & os illorum loquitur tumida admirātes personas utilitatis gratia.

Iterum describit seductores à studijs suis. Hi, inquit, cum ambulent secundum concu- piscentias suas, hoc est cum toti in hoc sint ut quod carni uolupte est sectetur, obmurmuru- rant quoties aliquid incidit afflictionis, quod quidem uitium est maximū seuere admo- dum in Israëlitis per desertum errantibus punitum. Sunt præterea queruli dolentes de hominum miserabili conditione, querentes de morborum uarijs incōmodis, deçq; bre- uitate uita, futurā etenim non norunt neq; credunt, qui nihil quām præsentem curant. Interim tument superbia, crepitant nescio quæ de uirtutibus oracula, omnia tamen pe- store ficto. Neq; enim ex animo ueritatem & virtutes amāt. Nam quidlibet quæstus gra- tia obeunt, non loquentes ea quæ ipsa res poscebat & ueritatis ratio, sed quæ blanda & grata sunt à quibus sperat aliquid compendij. Palpones ergo sunt ac adulatores turpissimi, admirantes personas, qua re nihil est cæcum & improbum magis.

Vos autem dilecti memores estis uerborum, quæ ante hac dicta fue- runt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, quod dixerūt uobis in ex- tremo tempore futuros illusores qui iuxta suas impias cupiditates am- bularent. Hi sunt qui segregant, animales, spiritum non habentes.

Civilius nunc infert & hortatur ut sibi caueant sancti ab impostoribus illis & impi- tate maxima, maneant autem in doctrina apostolorum, atq; in hoc producit fideles apo- stolorum Christi commonitiones. Quasi dicat, Cauebitis scio ab illis. In memoria enim tenaci inhærent sanctæ apostolorum admonitiones, Priusquam enim ex hoc modo ad Christum concederent in celos ecclesiæ dei cautum uoluerunt, & ideo prædixerūt uen- turos illusores &c. Quod si loca & nomina apostolorum requiras de quibus hæc sint ex- ponenda, proculdubio Petru citauit eadem scribentem in posteriori epist. cap. 2. & 3. item apostolum Paulum qui huius generis multa scripsit in omnibus epistolis, præcipue aut in 2. ad Thess. cap. 2. & in 1. ad Timoth. cap. 4. & in 2. epist. cap. 4. Est autem diligenter ob- seruandum quod tantum apostolum non puduit usurpare adeoçq; allegare coapostolo- rum scripta: at hodie inuenias arrogantia ingenia quæ nolint aliorū bene dicitis uti, imò nihil recte dictum aut factum putent nisi quod fecerint ipſi. Denuo uero ad finem no- tis quibusdam impostores notans ait, Hi sunt qui segregant, id est qui mouent dissidia contra doctrinam quam didicistis, Roma, 16. Deinde animales sunt, uacui scilicet spiritu Christi, tantummodo inseruientes uoluptatibus, nihil spectates nisi terrena & præsentia.

Vos autem dilecti sanctissimæ uestræ fidei superstruenteſ uosipſos per spiritum sanctum oranteſ uos inuicem in charitate dei seruate, expe- ñanteſ misericordiam domini nostri Iesu Christi in uitam æternam.

Idem dicit quod nunc dixit, adhortans ut perseuerēt in ueritate, & operā dent pietati. Iacta inquit sunt fundamenta fidei sanctæ. Fundamētum aliud ponī non potest q; quod positiū est, Iesus Christus lapis uiuus. Super hunc uos ceu uiui lapides coagmētemini in templum

templum uiuum dei. Et quia hæc structura non potest uiribus perfici humanis, ideo frequenter nobis orandus est deus: orandus autem puris ac spiritualibus precibus. Cum item charitas illud glutinū sit quod cōpingit nos & cōglutinat in unū corpus uerūq; deo placent templū, aduigilandū est ut charitate mutua cohæreamus & nos in cōcordia retineamus. Quod quo fiat facilius spectandus est nobis finis omnibus propositus et quod omnibus nobis imminet iudicium in quo consequemur misericordiam & uitam æternam si fuerimus inuenti fideles & misericordes. Hunc ergo finem spectantes seruiamus deo in fide uera & charitate non ficta.

Ethos quidem commiseremini dum dñjdicamini, illos autem per timorem saluos facite, ex incendio rapientes, odio prosequentes, & eam quæ ex carne est maculatam tunicam.

Pertinent hæc ad charitatem & ad potissimum huius epistolæ scopum. Diximus enim Iudam inhortari sanos ut operam dent ne imprudentiores seducantur. Cum ergo nunc meminisset charitatis addit, Eadē illa charitas cupit seruare omnes, dolet enim de interitu miserabilium hominum. Sensus enim uerborum apostoli hic est, Dum dijudicmini, id est uosmetipſos separatis ab illorum cōsortio quos uidetis esse insanabiles, commiseramini eos & quodam cum dolore uices illorū deflete. Videamus enim id fecisse maxima authoritate & sanctimonia præditos uiros, Samuelem in primis & Ieremiam, quorum hic excidium Hierosolymitanum acerbissime defleuit, ille uero maxima cum commiseratione fatum Saulis luxit. Neq; uero satiis est, inquit, cum dolore deploratos istos deuittasse, nisi etiā omni studio aduigilemus ut quos uidemus adhuc esse curabiles quo uis modo Christo lucrifaciamus, præcipue autem urgeamus illos metu & minis iudicij dei, si hos ueluti ex incendio aliquo Sodomitico possimus eripere. Quia uero sani & extra periculum constituti propter humanam imbecillitatem nonnunquam pereunt una cum illis quibus ferunt suppetias, hoc est, quia meliores nonnunquam uincuntur à peioribus, ideo addit, Odio prosequentes. Quasi dicat, Nolo ut nimium familiares uos efficiatis malis aut ut colludatis cum illis, sed ut odio habeatis malos, non ipsam quidē mali personam, sed quatenus mala est. Huic enim addit, Et eam quæ ex carne est maculatam tunicam: id est, Volo ut odio prosequamini non ipsos quidem homines, sed turpes afflitus qui existunt ex carne & hominem polluant. Per tunicam enim maculatā aliud non intellexit quām exuuias ueteris Adami, concupiscentias & opera carnis. Contrarium ei est quod Paulus iubet induere dominum Iesum, quod Euangelion iubet nos induere uestem nuptiale. Sunt autem hæc loquutiones symbolicæ.

Ei uero qui potest illos seruare à peccato immunes, & statuere in cōspectu gloriæ suæ incontaminatos cum exultatione, soli sapiēti deo seruatori nostro gloria & magnificētia & imperium & potētas nunc & in omnia sæcula, Amen.

Iubilo quodā & gratulatione concludit epistolam. In hac autem conclusione ostendit quis seruat à peccato, unde sint uires perseverantiæ & operum bonorum, unde sit uita æterna, à deo uidelicet, cui soli debeatur omnis gloria, nō nostris conatibus et uiribus. Deus est, inquit, qui seruat nos à peccato, hic nobis fideliter adeundus & orandus est; idem est qui efficit per Christum ut cum gaudio appareamus in cōspectu illius cum uel ex hoc corpore exeundum est, uel in iudicium tremendum abeundum. Is idem ille est qui confert nobis per misericordiam suam magnam, coronam uitæ. Huius ergo solius omnis gloria est. Huic sit laus confessio & gratiarumactio in sæcula sæculorum, Amen.

NON semel memini in Commentariis illis nostris libellorum de Testamento unico & æterno, item De utrag in Christo natura. Suadebant autem uiri boni illos appenderem Commentarijs, ne quid esset quod Lectorem remorarerur aut suspenderet. Plures enim esse qui illos nondum viderint. Acquieci ergo illorum consilio haud granatim, qui omnibus inseruire paratus sum. Appendi, lege tu & fruere, atq; in Christo, cuius omnis gloria est, Vale.

DE TESTAMENTO SEV FOEDERE DEI VNICO ET ÆTERNO HEINRYCHI BULLINGERI brevis Expositio.



Nomenclatura
Testamenti.

Luce 2.
Acto 3.

Fœderis ratio
& modus.

ICTVRVS breui compendio de Testamento seu fœdere dei unico & æterno, in quo explanando cum diuino spiritu inspirati prophete, tum ab ipso dei filio instituti apostoli iustos etiam libros ædidere, in primis spiritu tuum imploro Christe Iesu, quo imbutus clare, breuiter, sobrie & secundum analogiam fidei de re ardua necessaria pariter & utili disserere possim.

Primum autem uidetur certa quædam huius nominis ratio constituēda, quod uarius in sacris Testamentis fit usus, ut toti disputationi accedat & lux illustrior & certudo maior.

Vocula ergo בְּרִית quam LX, constanter uertunt Διαθήκη, Latini uero Testamentum, aliquoties ipsam significat hæreditatem quæ testamento obuenit. Nam διατίθεμαι testari est, & διαθήκης ην τestamento aliquid hæ redibus mando. Et Latinis Testamentū condere est supremam uoluntatem testari. Testamentum enim dictum uolunt quasi uoluntatis nostræ testimonium. Vlpianus iure consultus iustum uoluntatis nostræ sententiam dixit, quam quis post mortem suam fieri uelit. At Gellius & post hunc Laurentius Valla iurisperitorum etymologiam improbantes negant Testamentum uerbum esse duplex à mentis uidelicet contestatione compositum, sed simplex esse contendunt à contestatione productum, quemadmodum & facillum, quod non sit ex sacro & cella compositum, sed ex sacro diminutum. Porro à testor quod est testamentum condo, fit testator is qui testamentum condit. Atq; hac significatione usus est hac uoce Christus apud Matthæum in 26. cap. & Paulus in epist. ad Galatas 3. cap. & ad Hebraeos 9. Multus quoq; eius usus est apud iurisperitos. Rursus διατίθεμαι ἀντὶ τοῦ συντίθεμαι est pacifor & stipulo: unde διαθήκη numero singulari pactum & conuentum & pollicitationem, hoc est ἐπωφελία significat. Et apud Latinos à teste fit uerbum testor, quod proprie est testimonium dico & iureirando affirmo: unde Testamentum in sacris libris aliquoties ponitur pro promissione, nec quauis, sed iureirando firmata: sic Zacharias apud Lucam, Ut memor esset, inquit, testamenti sui saneti, iusfirandum quod iurauit patribus daturum se nobis. Et Petrus in Actis, Vos estis filii prophetarum ac testamenti, quod testatus est deus erga patres nostros. Item διαθήκη uel διαθῆκαι numero plurali pactum quoq; ac fœdus significat, cui maxime respondet Hebraeorum בְּרִית quod à בְּרִית hoc est pepigit aut fœdus iniit deriuatur: qua significatio usurpauit Moses in cap. 15. & 17. Sic & nos usurpabimus in expositione præsentis.

Fœdus autem Latinorum grammatici ex eo dictum putant quod in fœdere feriendo porca fœde, hoc est crudeliter feriretur. Proprie uero fœdus inter hostes fit dū à bello disceditur:

disceditur; ponitur tamen pro amicitia & coniunctione, sed quæ solenniter & certis cum ceremonijs tum conditionibus coñit. Nam in foederibus certæ priscis erant ceremoniæ, conditiones præscriptiones certæ, aut si maius appellare capita, quibus scilicet conditionibus coëat fœdus, quandiu uinciat. Accedit foederalis qui conceptis uerbis & ceremonijs pactum firmat: post quæ protinus scribūtur & tabula, rationem totius fœderis scripto comprehendentes transmittentesq; ad posteros. Quin & in testamentis haud dissimilis est ratio, siquidem primo scribuntur hæredes, deinde describitur hæreditas, item qui hæreditate possint excidere, quin & tabulis ne qua fraus fiat committuntur & obſignantur omnia. Interim uero dum mors testatoris non intercedit testamentum non ualeat. Sed quorsum hæc? Quod ipse deus qui humana appellatione mysterium hoc unitatis societatisq; diuinæ nuncupare dignatus est, idem & humanum morem propter ingenij nostri imbecillitatem in feriendo fœdere uel testamenti institutione sequutus est. Vnde cōmodissime uidebar facturus si hoc ordine perq; fœderis conditiones incedens de testamento dei unico & æterno differerem.

Quod autem deus hominum more fœdus nobiscum pepigerit, testabuntur sequentia Mosis uerba, quæ 17. Gene. cap. in hanc leguntur sententiam, Postquam uero nona-
ginta & nouem annorū esse cceperat Abram, apparuit ei dominus, dixitq; ad eum: Ego
deus omnipotens sive omnisufficiētia. Ambula coram me & esto integer. Ponamq; fœ-
dus meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sem-
piterno, ut sim deus tuus & semen tui post te. Daboq; tibi & semini tuo post te omnem
terram Chanaan in possessionem æternam, eroq; deus eorum. Et tu quidem pactum
meum custodies, tu & semen tuum in generationibus suis. Hoc est pactum meum inter
me & uos & semen tuum post te. Circumcidetur ex uobis omne masculinum. Masculi-
lus autem cuius caro préputiū circumcisā non fuerit delebitur anima illa de populo suo:
quia pactum meum irritum fecit. Hæc sunt uerba fœderis, non uerbotim appensa, sed
summatim collecta comprehensa: quæ si perpendas exactius, uidebis deum omni modo
morem retulisse humanum. Primum enim exponitur qui conuenerint, Deus uidelicet & semen Abrahæ. Deinde quibus conditionibus conuenerint, utiq; his, quod deus
uelit esse semenis Abrahæ deus, & quod semen Abrahæ integre coram deo debeat ambulare. Item quod fœdus inter ipsos feriatur perpetuum. Iam & ceremonia quadam san-
guinea firmatur omnia. Nam de tabulis non est quod moneam. Siquidem tabularum
loco sunt uerba Mosis, quæ iam nunc recensuimus, aut si copiosiora malis, uniuersa scri-
ptura canonica. Nihil igitur nunc restat, quām ut de singulis sigillatim dicam.

Est autem ineffabilis misericordiæ & gratiæ diuinæ argumentum quod ipsum numen, ipse inquam deus æternus, ipsum fœdus primus offert, nullis ad hoc hominum meritis adactus, sed mera & nativa bonitate impulsus. Nec scio an humanū ingenium hoc mysteriū uel plene concipere, uel dignis laudibus possit uehere. Quid enim in orbe maius factum aut auditum est unquam, quām quod æterna illa uis & maiestas, immortalis inquam ille omniscius & omnipotens deus, conditor uniuersi, in quo omnia subfi-
stunt, à quo omnia sunt, & per quem conseruantur omnia, fœdere se miseris & peccato corruptis iunxit mortalibus? Hæc nimirum religionis nostræ origo & illud caput pri-
marium est, sola dei bonitate & misericordia nos saluari. Hoc nimirū illud est quod propheta domini in hymno sacro, celebri præconio toti commendauit orbi, canens, Pius & Psalmo 102.
plenus gratia dominus, lentoſ ira, & magnus misericordia. Non in æternum contendit, neq; in æternum seruat odium. Non facit nobis secundum peccata nostra, & iuxta sce-
ra nostra non retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cœli erga terram præ-
ualet misericordia eius erga timentes eum. Secundum longitudinem Orientis ab Occi-
dente longe facit à nobis transgressiones nostras. Sicut miseretur pater filiorum, ita mi-
seretur dñs eorum qui se timent. Ipse enim nouit quale sumus figmentum, & quod ē pul-
uere sumus &c. Sic inquā diuinæ misericordiæ bonitatiq; debemus quicquid sumus, &
quicquid conditariū rerum in usus & delectationē nostri creatū est. Deus enī omnia pro-
pter hominē cōdidit. Imò & longe maiora misericordiæ suæ argumēta in ipso exhibuit

Gene. 3.

Gene. 8.

Qui sunt semen
Abrahæ.Veteres quoq;
spiritualis po-
pulus qui ha-
buit & pro-
missiones spiri-
tuales.Pueri fidelium
semē Abrahæ.

Galat. 3.

Luc. 18.
1. Corinth. 7.

homine. Perfidum enim collapsumq; erexit protinus & bene sperare iussit: cumq; tota Adæ progenies ac posteritas commeruisse flagitijs nefandis perdi funditus, iustitiam quidem suam diluvio terræ infuso exercuit, at misericordiam Noë & filijs abundantissime exhibuit. Quid quod eandem nunc foedere sempiterno cum Abraham & posteritate eius pacto ob oculos omnium mortalium statuit clarissime: ut nunc deo & bonitate eius hoc dicere possum, quod de Carthagine dixit Salustius, Satius esse silere quam pauca dicere. Atqui hisce omnibus hoc dictum uolo, Deum illum optimum maximum esse qui cum Abrahæ & semine eius pepigerit foedus: nunc de semine Abrahæ dicemus.

Atq; hic quidem facile quis impegerit nisi regia incesserit uia. Qui enim conditiones duntaxat foederis expendunt, gratiam uero & promissionem dei negligunt, infantes foedere excludunt: eò uidelicet quod pueri foederis capita non modo non obseruent, sed ne intelligent quidem. At qui foederis tantum sacramentum ceremoniam siue signum spectant, eos accensent foederi, qui re uera exclusi sunt. Cæterum si singulis tribus singula habeasq; non conditionum foederis modo, sed & promissionis siue misericordiae dei, ætatis ac rationis respectum, deprehendes credentes ex Iudæis & Gentibus esse illud semen Abrahæ cum quo foedus iniij dominus: interim uero sobolē, hoc est infantes istorum foedere nequaquam excludi: excludi autem ubi accidente rationis usu foederis conditiones negligunt. Non secus atq; uidemus liberos parentum esse liberos, imo & hæredes, tametsi per primos ætatis annos nesciant se esse parentum uel liberos uel hæredes. Abdicantur autem postquam ad rationis usum peruenientes parentum iussa negligunt. Tum enim parens illos non filios aut hæredes, sed profligatos appellat nebulae. Falluntur qui se nativitatis suæ prærogatiua nihilominus filios familiâs iactitant. Nam nihil à seruo distat qui iura pietatis in parètes uiolauit, imo seruo hoc deterior est, quo ipsa etiam naturali lege parentibus maiora debebat. Hinc uero nobis illa apud prophetas & apostolos enata est disputatio de semine Abrahæ, nempe quod nō omnis qui natus sit de Abraham sit semen Abrahæ, sed qui promissionis sit filius, hoc est fidelis, siue is Iudæus siue Gentilis sit. Iudæi enim iam grandes foederis negligebat conditiones, interim uero se nihilominus populum dei esse gloriabatur, freti circumcisione & quod parente Abraham essent geniti. Id uero pernegat & impugnat nō modo Christus cum apostolis, sed uniuersum etiam prophetarū collegium. Quod propter eos dicimus qui

in Nouo testamento primū spiritualis seminis Abrahæ mentionem fieri existimarentur. Conferatur uel unicum Ieremiæ cap. 4. quo differit propheta de circūcisione uera, cum secundo cap. Pauli ad Romanos: conferatur inter se quæ Isaias, Ieremias, Ezechiel, & cæteri prophetæ scripsierunt in generis Abrahæ fidutiam, cum ihs quæ Christus apud Ioannem in s. Paulus quoq; in Romanorum & Galatarum epistola disputauit, & liquido apparebit eundem esse spiritum qui per prophetas & apostolos paria ante & post Christum natum de uero semine Abrahæ tradidit. Proinde quæ iam in sacris contra carnale semen pro spirituali semine dicta sunt, aduersus eos dicta sunt, qui iam adulti suæ nativitati circuncisionicq; aut si maiis carni & initiationi fidentes, externisq; rebus gloriantes ueram animi pietatem negligebant. Interea uero non excludunt liberos natos parentibus fidelibus, qui ex gratia & uocatione promittentis, dei sunt. Nam ex gratia hoc loco promittit deus & ait, Ero deus tuus & seminis tui post te. Et multo clarius, Hoc est patrum meum inter me & uos, & semen tuum post te, Circuncidetur ex uobis omne masculinum. Rursus ne quis hoc ueteris testamenti hominibus non item noui dictum auerter, Paulum audiat loquètem Galatis, Quotquot Christi sunt, semen Abrahæ sunt. Item, Qui hæredes sunt, Abrahæ semen sunt. Rursus, Qui sancti sunt, Abrahæ semen sunt. His si adiungas, Sed pueri Christi sunt, hæredes sunt, sancti sunt, sponte consequitur, ergo pueri semen Abrahæ & in foedere sunt. Huc enim pertinent uerba Christi, Sinite paruos uenire ad me, talium enim est regnum celorum. Et illud Pauli, Sanctifica tur uxor incredula per maritum fidelem. Alioqui filij uestri immudi essent, nunc autem sancti sunt, certe ex gratia & misericordia domini. Verum hic obiectuunt quidam: Ergo dum parens infidelis est, puer qui ab eo progignitur foedere exclusus est, Et infidelē uocant,

cant,

cant, qui uita impuriore prophanat nomen domini quod aliâs ore cōfiteretur. Cæterum hi non expendunt quod parens semel populo dei inscriptus est, & quod parentum calpa nō redundat in filios; id quod dominus apud Ezechielem in 18. cap. multis indicauit. Circuncisi sunt filii Israel & populus dei appellati tametsi prognati fuissent parentibus malis, quos ob murmur impium dominus prostrauerat in deserto. Dixit enim, Pauli *Deut. 1.* uestrî & filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur, & ipsis dabo terram, & possidebūt eam. Item Apostolus in 1. ad Corint. cap. 7. satis indicat, quām proptius sit dominus ihs liberis qui altero duntaxat parente nomen domini confitente prognati sunt. Neq; uerisimile est deum illum clementissimum liberis nostris post missum saluatorem iniquiorem & inclemtiorem factum, quām fuerat erga istorum liberos, quos ante missum Christum in peculium elegerat. At satis constat liberos istorum uel malis ortos parentibus fuisse circuncisos & intra populum dei inscriptos: nihil itaq; dubitamus de Christianorum liberis, sed hos libere in ecclesiam fidelium baptimate suscipiendos censemus. Verum de his aliâs. Ex ihs quæ haec tenus disputata sunt clarere puto qui sint semen Abrahæ, & quod illud hoc ipsum semen sit cui debetur hereditas.

Nunc ad conditiones huius foederis descendimus. Qui enim connectuntur foederis, certis connectuntur præscriptionibus, ut quæq; partium suum norit officium, nempe quid hæc præster alteri, & quid uicissim illa expectet ab altera. Deus itaq; qui in hoc foedere primas obtinet, primo suum exponit depromitq; ingenium, qualem se nobis præstare uelit: inde subindicat quid uicissim à nobis exigat & quid nos facere conueniat. Itaq; disertis uerbis & magno cum pondere sic pronunciat, Ego sum deus omnisufficiens entia plenitudo & copia cornu, id est ea uis & illud bonum, quod solum homini satis est dei, & qualem se queat, quod nullius indigum rei omnibus omnia suppeditat, eternum per se uiuit mo se nobis hoc fouetur & agit. Hæc enim omnia semel significat inçp se comprehendit dictio Hebreæ 11. 1. dere offerat. Schadai, qua & unitatem & omnipotentiam bonitatem omnemq; virtutem suam mira & felici breuitate adumbravit dominus. Cum autem nimia breuitas plerunq; obscuritatem inducat, mox explicandi gratia addit, Postamq; foedus meum inter me & te & inter semen tuum post te, ut sim deus tuus & seminis tui post te. Non enim sat est credisse deum esse aut etiam omnisufficientem esse, nisi præterea credas illum deum omnipotentem omnium rerum conditorem tuum esse deum, immo remuneratorem omnium quærentium se. Iam ut liquido demonstraret quid sit esse deum omnisufficientem, deum fidelium & remuneratorem timentibus se, ceu uiuis exemplis suppactis addit, Daboq; tibi & semini tuo post te omnem terram Chanaan in possessionem æternam, eroq; deus eorum. Quæ tametsi de terra Chanaan promissa fint adimplenda carnaliter: nam in rebus quoq; ad uitæ usum pertinentibus bonitatem suam prodit dominus, attamen multis nominibus de æterna hereditate, uita utiq; cœlesti exponēda uidentur, in primis uero quod in hæc uerba Paulus ad Hebreos scribit, Luxa fidem mortui sunt Abraham, L. Isaac, Jacob cum non accepissent promissiones, & procul eas uidissent & credidissent salutem omnino caritatis. Benedic tibi & magnificabo nomen tuum erisq; bene Gene. 12. dictus. Benedic benedictibus tibi, et maledic maledictibus tibi; atq; in te bene dicentur uniuersæ cognationes terræ. Item, Noli timere Abraham, Ego protector tuus Gene. 15. & merces tua magna nimis. Rursus, Multiplicabo te sicut astra cœli & faciam te patrem multarum gentium. Ex his enim omnibus estimare possumus quid sit deum illum summum, nostrum esse deum, omnisufficientiam esse, nobis confederatum esse, quodq; illius promissiones atq; conditiones oblatæ non carnales tantum sed & spirituales sunt. Ipse enim in primis dominus Iesus, expositore ad Galatas Apostolo, Abraham promissus Gal. 3.

1. Corinth. 1. est, in quo est plenitudo omnis, iustitia, sanctificatio, uita, redēptio & salus, de cuius plenitudo nos omnes accepimus, gratiam pro gratia, quia in ipso complacuit patri inhabitatorem omnem plenitudinem, & per sanguinem crucis eius pacificare omnia quae in cœlo & quae in terra sunt, Atq[ue] ille idem illa ipsa hæreditas est quae hoc dei unico & æterno testamento credentibus legata est, cuius summa (si quis anacephalæsim petat) hæc est, Deus cœli summa illa & æterna uis ac maiestas, per quem sunt omnia, in quo consistunt & mouentur omnia, uult Abrahæ & seminis eius esse deus, hoc est, is offert se illis frumentum, utpote sufficientia omnium eorum quae homini necesse sunt, ut nunc opem & uires omnes his pollicetur, se scilicet istorum fore protectorem, satietatem, seruatorem, qui infirmum alias hominum genus animo & corpore fit confirmatus, & per Christum dominum à peccatis & æterna morte liberaturus, donaturusq[ue] uita sempiterna. Hæc de officio & partibus in hoc fœdere, dei, qui sub inuolucro terræ Chanaan & seminis benedicti, ueluti copia cornu & omnes cœlestes thesauros nobis aperuit, & ad frumentum omne genus hominum inuitauit; audiamus nunc quid ille uicissim à nobis exigit atq[ue] expectet.

Officia hominis & quæ ipsum deceant. Tu uero, ait, pactum meum custodies, tu & semen tuum in generationibus suis, Ambula coram me & esto integer, Hæc inquam nostrarum partium, hæc nobis obseruantia sunt. Tu, inquit, pactum meum custodies, id est me pro omnisufficientia tua unum ac solum in rebus omnibus habeto, uni mihi toto corde adhæreto. Sic enim & Moses ista in Deuteronomio exposuit, dicens, Dominum deum uestrum sequimini, ipsum timete, & mandata illius custodite & audite uocem eius, ipsi seruietis & ipsi adhærebitis. Quid quod protinus in ipsis pæcti uerbis sequitur? Ambula coram me: quibus uerbis ut nihil breuius, ita nihil potuit dici eidētius, nisi quod Ambulare ad morem Hebraicum pro conuersari posuit, qui idiotismus apud nos sic exprimitur, Schick dich wol vnd recht gewandlen vnd geläben. Coram me autem dixit, pro eo quod est ad nutum & placitum meum. Sensus ergo est, Vitam tuam per omnia ad uoluntatem meam institute. Cæterum quæ illa dei uoluntas sit, & quomodo coram deo possimus ambulare, denuo clarioribus exponi uerbis, his, Et esto integer. Nam fidei constantia & synceritas, deniq[ue] uitæ innocentia ac puritas, illa est integritas & uia recta qua coram deo ambulant sancti. Sic enim & Moses in Deuteronomio, Et nunc Israël, ait, quid dominus deus tuus petit à te, nisi ut tibi meas dominum deum tuum, & ambules in uis eius, & diligas eum, & seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua; Et Micheas, Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat à te: utiq[ue] facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicite ambulare cum deo tuo. Sed quid multis opus nostrarum partium est uni deo per fidem constanter adhærere, utpote uni & soli omnium bonorum auctori, & ad placitum eius in innocentia uitæ ambulare. Nam qui hæc neglexerit, & alienos quæsierit deos, impie quoq[ue] uel turpiter uixerit, ac deum ceremonijs rebūsue externis magis quam uera sanctimonia coluerit, hic fœdere exclusus, ex hac & abdicatus erit.

Omnis scriptura ad fœdus cœli et aliud omnium etatum sanctorum per uniuersam scripturam traditum constat, q[uod] hisce scopum referuntur. In hisce porro breuissimis capitibus fœderis tota consistit summa pietatis, immo nihil capitibus fœderis comprehensum est, nisi quod successione temporum singula fusius & clarissima exposita sunt. Quæcunq[ue] enim in scripturis sanctorum de unitate, potentia, maiestate, bonitate & gloria dei dicuntur, in hoc unico fœderis uerbo comprehensa sunt, Ego dñs omnisufficiētia. Quæcunq[ue] uero promissiones de beneficijs corporeis, de gloria, regno, uictorijs, opibus & uitæ necessarijs conscripta sunt, unico huic fœderis includūtur uerbo, Dabo tibi seminiq[ue] tuo terræ Chanaan, eroq[ue] deus eorū. Itē quæ post aliquot tempora de Christo dño tam in figura q[uod] in ueritate copiosius sunt tradita, quæ de iustitia eius, de sanctificatione & redēptione fidelium, de hostia, sacerdotio & satisfactione Christi, de regno & uita æterna, iste de uocatione omniū gentiū, de benedictione spirituali, de abrogatione legis, de gloria ecclesiæ collectæ ex Gentibus & Iudeis, in hac unica promissione prænunciata sunt, Et benedicent in te omnes gentes, Et tu eris pater multarū gentium; unde nomen tuū non Abram amplius, sed Abrahā uocabitur. Rursus quæ de fide in deū, de ua-

de uanitate idolorum, de adorando uno deo, de cibis unius dei inuocatione & cultu, de iustitia item uera, de iudicio, æquitate & charitate colenda, per leges uarias, per orationes prophetarum complutimas, per cibos apostolorum epistolas, deniq; per euangelicas historias sunt prodita, hisce paucissimis sunt inuoluta, Tu autem pactum meum custodies, ambulabis coram me, & eris perfectus siue integer.

Quod si libet confer hisce foederum capitibus legem prophetas & ipsas apostolorum Collatio totius literas, & deprehendes omnia istorum huc ceu ad scopum esse relata. Nam lex (ut de hac scripture ad primum dicamus) etiam ipso domino teste partim amorem dei, partim amorem proximi foederis capitula tradit. Hoc ipsum & foederis capitibus traditur. Quin ipse Decalogus conditionum Lex, foederis ueluti paraphras quædam esse uidetur. Nam quod hic brevibus dicitur, Ego dominus omnissufficientia, per decalogum copiosius exponitur, ad hunc fermè modum, Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti. Rursus quod uerbis Testamenti strictissime pronunciatur, Tu pax tu meum custodies, ambulabis coram me, eris cibis integer, idem in decalogo per enumerationem quandam sic exponitur, Non habebis deos alienos coram me, Non facies tibi sculptile, Non assumes nomen dei tui in uanum, Sabbathum sanctificabis, Honorabis parentes, Non occides, Non adulterabis, & si quæ sunt alia huius generis quæ ueram integratatem describunt instituuntur. De ceremonijs paulo post dicemus, ubi disputabimus de ratione ueteris & noui testamenti: Iudicialia Ciuitalia siue Iudicia quæ præcipiunt de conseruanda pace & tranquillitate publica, de punientia, dis sotibus, de bello inferendo & hostibus propulsandis, de defensione libertatis, oppressorum, uiduarum, pupillorum, patrum, de iustitiae & æquitatis legibus, de emptione, mutuo, possessionibus, hereditate, de cibis alijs id genus titulis iuridicis, an non & ipsa in ea foederis conditione comprehensa sunt quæ integratatem præscribit, iubetur ut coram deo ambulemus? Quod si cui hæc sententia nostra parum uidetur firma aut aperra, ipsa Abraham expendat facta qui ab Apostolo credentium pater appellatus certo in foede Roma. 4. re dei fideliter perstigit & coram ipso integre ambulauit. Is autem, quod iudicialia res ciuiles aut externas attiner, certas rationes in poniendis sotibus, in pangendis foederibus, in inferendo bello, in possessionibus & pace publica conseruanda, uidetur sequetus, nec alias quam quas dictabat animi integritas, fidei synceritas, amor cibis recti ac proximi, immo quas ipse longa post sæcula Moses (quantum attinet ipsam rei substantiam ac sum mam) dictante deo tradidit populo Iudaico seruadas. Sunt enim illa quoque pietatis officia, uel sanctissimis ecclesiis necessaria, adeo ut sine ipsis commode esse non possint, neque ipsis citra periculum unquam caruerint. Cum quod iuxta uerbum domini zizania etiam Matth. 13. in agro dominico semper fuerit nec unquam defutura sit. Quando enim dominus zizania tum maxime eradicari noluerit cum eorum excidium uergit etiam in perniciem tritici, hoc est, bonorum ac sanctæ ecclesiæ. Dixit enim, Sinite crescere utraq; ne dum colligitis zizania eradicetis simul cum illis & triticum: quis dubitet eadem illa iure quoque posse amputari falce iustitiae, ubi nimia & præmatura eorum uis seges cibis tenderit in subuersio nem ecclesiæ. Tum quod sancti qui non modo spiritu sed corpore quoque constant, & quoad in hisce terris agunt non omnino hominem exuunt ac proflus uertuntur in spiritum, sed & rebus externis ad conuersationem scilicet & usum uitæ pertinentibus sua etiam iura persoluere coguntur, & idcirco magistratus legum cibis ciuilium opera multis indigent nominibus. Quo magis mirandum est quæ illos agat dementia, qui magistratum ecclesia dei excludunt, quasi opera eius illa non indigeat, aut functiones eius sint eiusmodi, ut inter sancta & spiritualia populi dei opera non possint aut debeant numerari: cum interim ea facta Abraham quæ re uera iudicialia sunt, inter prima & præcellentissima opera laudentur à sancto dei spiritu. Quin & idem ille in uera Christianorum ecclesia, utpote pater omnium credentium ab Apostolo appellatus, & ante legem amicus dei uocatus, primas obtineat, qui nihilominus iudicialia exercuit. Verum à lege descendimus ad prophetas. Hi historiam alias conscribunt, alias Orationes, quas alij Declarationes, alij Sermones siue Homillas uocauere, contexunt. In historijs exempla quædam, immo nihil aliud quam exempla huius foederis, sicut & Moses in sua historia, pro-

ponunt, in quibus uidere est quomodo deus pactis steterit, deus seminis Abrahæ fuerit, hoc est, omnisufficientia defensor & salus, summaq; felicitas; item quomodo illud in terram Chanaan induxerit, in hac prouexerit in regnum augustissimum, rursus quomodo hostes seminis Abrahæ potenti manu attruerit, suos uero clementer seruarit; deniq; quomodo sancti coram illo ambularint in integritate, hoc est, quomodo uni per fidem ueram adhæserint, unumq; coluerint sanctimonia uitæ: præterea quomodo alij fœdus hoc neglexerint impietatisq; pœnas dederint. Proinde historiæ propheticæ huius fœderis tanquam uiva sunt paradigmata. Iam in orationibus suis nihil aliud tractat quædam eadem illa capita fœderis, docētes quale sit ingenium dei, quædam bonus ille, quædam iustus, potens, uerax, clemens, misericors, quomodo illi seruendum in ueritate, fide, iustitia & charitate. Grauissime item accusant scelera, in primis neglectum fœderis, idolatriam, desertionem & perfidiam: deinde homicidia, oppressionem pauperū, usuram, iniurias, stupra, luxum, adulteria, & reliqua huius generis flagitia: hortantur ad pœnitentiam, proponunt præmia & beneficia dei, minantur item plagas & dira dei supplicia. Rursus de semine Abrahæ, de Christo & benedictione eius, de regno & uniuerso mysterio eius, item de Gentium uocatione & gloria ecclesiæ quæ dilucidissime differunt, adeò ut non raro non uaticinium, sed historiam rerum præteritarum contexuisse videantur.

Christus obfignatio & uiua confirmatio fœderis. De Christo domino quid dicam, qui non tantum omni doctrina, sed ipsa admirabilis illa incarnatione sua, fœdus illud dei æternum cum hominum genere pactum mirifico ac uiuo quodam modo exposuit atq; confirmauit. Dum enim uerus deus uerum assumpsit hominem, iam non uerbis aut argumentis amplius egit, sed ipsa re toti orbi maximum illud attestatus est mysterium, quod scilicet deus hominem in fœdus & consoritum admisit, immo nexu indissolubili illum sibi summo amoris miraculo constrinxit, & quod deus noster fit. Inde nimirum & Christo nomen datum apud Isaiam credimus. Dicitus est enim Imanuel, quasi quis dicat, nobiscum deus. Inde nimirum euangelistæ tot tantisq; exemplis maxima eaq; innumera Christi recenserunt miracula ac beneficia. His enim declarauit deum esse beneficium, adeoq; generis humani copiæ cornu patrem ac Schadai. Quo & ipsa mors & resurrectio Christi referuntur. Sunt enim diuinæ misericordiæ iustitiae & uitæ restitutæ certissima testimonia, quibus se deus ob oculos nostros statuit & totum sese nobis impendit, benedicēs nobis & suscipiens nos per ipsum repurgatos in consortium & regnum æternum. Quæ omnia Ioannes euangelista paucis sed cœlestibus uerbis complexus dicit, In principio erat uerbum, & uerbum caro factum est, & habitavit in nobis, & uidimus gloriam eius, gloriam inquam quæ decebat unigenitum à patre, plenus gratia & ueritate. De plenitudine enim eius nos omnes accipimus gratiam pro gratia. Quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum exorta est. Audis hic maximum illud mysterium deum factum esse hominem, hoc est totum nostrum esse factum, habitasse in nobis. Audis potentiam & gloriam eius illustrisse orbi, nec alio cōfilio quædam ut pulcherrimis beneficijs alliceret nos in sui amorem, qui est plenitudo nostra deus Schadai. Nam & Paulus ait, In Christo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, & uos estis in illo completi absoluteq;. Ad hūc ergo modum ipse dominus Iesus fœderis alteram partem confirmauit exposuitq;, ipsa re indicans deum esse deum Schadai seminis Abrahæ benedictionem ac felicitatem æternam. Alteram uero partem, quam diximus explanare quid uicissim ille exigat à nobis, & quales nos esse conueniat, idem dominus non minore diligentia evidentiaq; nobis in Christo statuit ob oculos. Præscriperat conditionibus fœderis, Ambula coram me & esto in teger. Veniens ergo in hunc mundum Christus dominus, illamq; uiam dei ingressus uiuum nobis reliquit exemplum quod insequeremur. In Christi enim uita quam hoc diligenter descripterunt euangelistæ ceu in speculo quodam uidemus quid nobis insequendum fugiendumque sit, quid deo placeat, quid displiceat. Huc enim illæ domini sententiae pertinere uidentur quæ apud Ioannem extant, Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Item, Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, sic uos faciatis. Huc pertinet & illa sententia quæ est in Canonica

Isaie 7.

Ioan. 1.

2. Corinth. 6.

Coloss. 2.

Ioan. 4.

Ioan. 13.

nica Ioannis, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Hæc de uita & exemplo Christi uiuo. Iam quod doctrinam eius attinet non est quod multis agam. Quis enim nescit hanc ita esse institutam ut partim fidem in deum, partim amorem proximi tradat? Illa priorem scederis ratione exponit, hæc posteriorem. Fides enim credit deum summe bonum iustum & beneficium esse in hominem. Charitas uero ipsius innocentiae integratatisque fons est.

Venimus ad apostolos Christi domini præcones, qui & ipsi in hoc loco sunt ut doceant quod sit ingenium dei, quod solus ille bonus, iustus, saluans & Schadai, quod is benedictum semen Abrahæ promissum nobis dederit, quod in hoc uno benedictio, salus, uita & redemptio sit, item qui testamenti huius heredes sint, qui posteri Abrahæ, ut uideantur ceu ex professo sibi huius scederis sumpfissæ expositionem. Quid quod apostolus Paulus non semel testatur se nullū nouæ doctrinæ genus inuenisse, sed omnia Christianismi ex autoritate ueteris scripturæ tradere? In primo enim ad Rom. cap. dicit se apostolum esse creatum separatumque ad prædicandum euangelium dei, quod ante promisebat per prophetas suos in scripturis sanctis. Item coram rege Agrippa & Festo Iudeorum præside caussam suam agens Paulus palam testatur nihil se aliud docuisse, que quod prophetæ prædixerint futurum fore. Proinde cum apostoli agnoscant prophetas ut præceptores & fidei uerae magistros, certoque constet hos æterni illius ac unici testamenti esse interpres, quis non uideat ad testamentum siue scodus illud ceu scopum certissimum sacrae scripturæ omnia referri?

Ex quibus iam consequitur quod ordine tertium est testamentum siue scodus illud unicum & perpetuum esse. Planis enim uerbis ipse dominus inter cetera pacti uerba, testamentum Ponamque, ait, scodus meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus esse. suis scodere sempiterno, ut sim deus tuus & semen tui post te. Præterea multis haec tenus approbavimus nihil apud posteros de religione uera, quantum scilicet substantiam attinet, dictum fuisse, quod non audierint priores. Abraham certe ante circumcisionem & legem fine ceremonijs, fide duntaxat, iustificatus est; idem uidit diem domini Iesu & gaudiu- uisus est; idem æternam expectauit patriam, terrena hac cōtempta, & idcirco æterna con sequutus est, non carnalia & terrena tantum: idem ab apostolis Christi imo ab ipso Christo domino proponitur nobis ubique imitandus in fide & innocentia. Cæterum nulla similitudo aut æqualitas esse potest in rebus natura dissidentibus. Nisi ergo fides & innocentia Abrahæ uera & Christiana fuisset fides pietasque, perperam illum Christianis imitandum proposuisset dominus. Vnicum ergo testamentum est & una omnium ante & post Christum sanctorum ecclesia, unica ad celos uia, unica item constansque omnium sanctorum religio. Atque huius quidem rei cōplura adferrem testimonia, nisi ipsa res haec tenus tractata sua perspicuitate ac simplicitate uel repugnantem conuinceret: sed si quis testimoniorum uia magis afficitur, audiat ipsum dominum apud Matthæum ita pronuntiantem, Multitudo ab Oriente & Occidente ueniet & accumbet cum Abraham, Isaac & Jacob, filij uero regni ejcentur in tenebras extremas, illic erit ploratus & stridor dentium. Item apud Ioannem clarius de Gentium ecclesia congregando loquentem, Et alias oues habeo quæ nō sunt ex hoc ouili, illas quoque me oportet adducere, & uocem meam audient, & fieri unus ouile, & unus pastor. Huc quoque pertinent complures parabolæ apud euangelistas præclaræ, in primis ea quæ est de nuptijs, & illa quæ texitur de uinea. In his enim mutantur inuitati & coloni, iisdem nuptijs eademque uinea semper permanente. Quibus non absimilis est parabola Apostoli de olea & ramis conscripta. Eadem enim semper manet olea, arbor eadem, sed defractis ramis naturalibus inseruntur surculi de oleastro. Idem disertis uerbis ad Corinthios, Nolim, inquit, uos ignorare fratres quod patres nostri omnes eandem escam spiritualem edebant, & omnes eundem potum spiritualē bibebant. Bibebant enim de spirituali quæ illos comitabatur petra. Petra uero fuit Christus. Quod si cui hæc sententia nostra eiusque ex his Pauli locis cōfirmatio noua esse uidetur, is sciat D. Aur. August. ex hoc ipso Pauli ad Corinth. loco idem collegisse quod nos. Verba eius extant Tractat. in Ioan. 45. in hanc fermè sententiam, Ante aduentum do-

mini nostri Iesu Christi quo humilis uenit in carne præcesserunt iusti sic in eum credentes uenturum quomodo nos credimus in eum qui uenit. Tempora uariata sunt non fides. Diuersis quidem temporibus, sed utrosq; per unum fidei ostium, hoc est per Christum uidemus ingressos. Nos credimus dominum nostrum Iesum Christum natum ex uirgine, uenisse in carne, passum esse, resurrexisse, ascendisse. TOTVM HOC sicut uerba auditia præteriti temporis impletum esse iam credimus, in eius sunt fidei societate nobiscum & illi patres qui crediderūt de uirgine nasciturum, passurum, resurrecturum, in celos ascensurum. Illos enim ostendit Apostolus, ubi ait, Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptū est, Credidi propter quod loquutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. Propheta dixit, Credidi propter quod loquutus sum. Apostolus dicit, Et nos credimus propter quod & loquimur. Ut scias autē quod VNA SIT FIDES, audi dicentem, Habentes eundem spiritum fidei & nos credimus. Sic & alio loco, Nolo enim uos, inquit, ignorare fratres. Et quæ sequuntur. Notus est enim locus Pauli 32. quest. 4. ca. 1. Corinth. 10. Idem ille in Ioan. alibi scribens & de ecclesia loquens, Quæ, ait, peperit Abel & Enoch & Noë & Abraham, ipsa peperit & Mosen & prophetas tempore posteriores ante domini aduentum: & quæ istos ipsa & apostolos & martyres nostros & omnes bonos Christianos. Omnes enim peperit, qui diuersis temporibus nati apparuerūt, sed societate unius populi continentur, & eiusdem ciuitatis ciues labores huius peregrinationis experti sunt, & quidam eorum nunc experiuntur, & usq; in finem cæteri experientur &c. Ex his uero omnibus liquere puto unam esse duntaxat ecclesiam, Testamentum unum ueterum & nostrum.

Vnde nata noua
mina ueteris et
noui testameti.
Ieremias 31.
Ezechiel 36.

Ceremonia.

Galat. 3.

Gene. 22.
Gene. 3.

Lex instituta.

Cæterum cum multa inueniantur in sacris argumenta quæ prima statim fronte Temmata duo, spiritus duos, & populos duos, longe lateq; inter se uideantur secernere, quale illud est quod apud Ieremiam legimus, Ecce dies uenient dicit dominus, & feriam cum domo Israël & Iuda testamentum nouum, non iuxta testamentū quod pepigi cum patribus eorum &c. Item apud Ezechielem, Dabo uobis cor nouum & spiritū nouum ponam in medio uestri. Item ad Gal. 4. Hæc sunt duo testamenta, consequens est ut nūc edisseram unde ista enata sint, quóue sensu dicantur. Principio ergo certum est ueteris & noui testamenti sp̄ritus ac populi nomenclaturam non oriri ex ipsa foederis substātia, sed auctiñ quibusdam & accidentib; quæ temporum interuallis aliud atq; aliud pro diuersitate gentis Iudaicæ suadentibus, accessere, non ut perpetua & unice ad salutem necessaria, sed ut mutabilia & pro tempore & pro personarum & caussarum ratione enata, sine quibus ipsum foedus facile subsisteret: cuius quidē generis sunt Ceremoniæ, ipsum inquam sacerdotium Aharonicum, lex item præscribens sacrificandi, purgandi, feriandiq; modum, item ciborum delectum, quale extrui debeat tabernaculū, & id genus innumerā alia, istis enim caruere ueteres sancti, Enoch, Noë, Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, qui tamen deo per fidem impense placuerunt, atq; sine istis salutem cōsequuti sunt. Vnde & Paulus ad Galat. Abraham, ait, dictæ sunt promissiones & semini eius; nō dicit & seminibus tanquam de multis, sed tanq; de uno, Et in semine tuo qui est Christus. Hoc autem dico testamentum ante comprobatum à deo in Christum, lex quæ post annos quadringentos & triginta cœpit, non facit irritum, ut abroget promissionem. Proinde ueteres beneficio foederis non legis aut ceremoniarū saluati sunt. Nam quemadmodū Abraham ei creditit qui dixerat, In te benedicentur omnes gentes: ita patres Abraham tempora præcedentes ei crediderunt, qui dixerat, Semen mulieris calcabit caput serpētis. Non enim hoc primum omnium foedus est quod pepigit cum Abraham, sed illud primū est quod pepigit cum Adam. Vnde disertis uerbis in consequentibus pactionibus dicitur, Erigam uel confirmabo uel statuam pactum meum tecum, id est foedus semel initum firmiter seruabo. Sæpe em̄ renouatū est, idq; certas ob caussas, ut cum Noë post diluvium, nunc cum Abraham, postea cum Mose. Vnum tamen atq; idem foedus est quod confirmatur & statuitur cum illis omnibus. Ergo inquis legem citra consilium rationemq; certam sine utilitate instituit deus? Absit, sed dum seminis Abraham, hoc est Iudeorū anni in Aegypto diuina cohabitatione fuissent corrupti, ut non modo religionē auitam ipsumq;

ipsumqe fœdus propemodum ignorarent, sed indies magis magisqe deficerent ad Aegyptiacam idololatriam, omnemqe gentilium sacrorum rationem, tum placuit sapienti & clementi domino fulcris quibusdam fœderi collaberi subuenire. Primum ergo ipsa prisci fœderis capita restituit, sed copiosius exposuit, inqe tabulas lapideas proprio dighito inscripsit. In his autem nulla adhuc ceremoniarum mentio. Sat enim prescriptum erat fidelibus. Verum dum isti infideles & perfidi esse pergerent, iniectum est humeris missorum onus ceremoniarum, quo caruere prisci. Atqui in hunc finem atqe hoc consilio iniectum ex causa impellente constat, ne alienis diis instituerent sacra: propria ergo instituit, eaqe sibi ad tempus correctionis placere pronunciauit, quæ sine uero spiritu & *Psalmo 49.*

Isiae 1.

sine uera fide peracta adeoqe sine Christo negligebat, ut uel ista ratione testamentū confirmaret, præterea & Christi mysterium hisce uelut typis inuolueret, essentqe sacramenta & uerba quædam uisibilia. Nec istud quidem commentū nuper domi nostræ natum est, sed ex sacris erutum oraculis uerustorumqe patrum fide decerptum. Tertullianus enim 2. aduersum Martionem libro sacrificiorum quoqe onera, inquit, & operationum & oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat quasi deus sibi talia proprie desiderauerit qui tam manifeste exclamat, Quò mihi multititudinem sacrificiorum uestrorum: & quis requisiuit ista de manibus uestris? Sed illam dei industriam sentiat qua populum pronū in idololatriam & transgressionem eiusmodi officijs religioni suæ uoluit astringere, quibus supersticio sœculi agebatur, ut ab ea auocaret illos, sibi iubens fieri quasi desideranti, ne simulachris faciendo delinqueret. Sed & in ipsis commentis uitæ & conuersationis humanæ domi & foris & usqe; curam uasculorum omnifariam distinxit, ut istis legalibus disciplinis occurrentibus ubiqe, ne ullo momento uacarent à dei respectu. Hac Tertullianus. Iam ergo quod attinet Decalogum, imò & ciuilia nulla enata est testamento & populo dei diuersitas. Vbitqe enim amor dei & proximi, fides & charitas obtinent imperium ex hominum mentibus & testamenti ascitijs rebus oborta est diuersitas, ut testamētum quod apud omnes pios unicum est, ob ascititia quædam & homines superstitiones uetus & nouum, carnale & spirituale cœperit dici. Et uetus quidem dicitur (ut relatiuorum ratio poscit) propter consequēs nouum, quod quidem peccatorum remissionem pollicetur, imò & per Christum præstat, fidem quoqe & charitatem docet: quibus ex rebus omnino non potest dici nouum, cum nihil noui tradat. Nam ea quæ iam recensiimus ex ueteri traditione habet: proinde nouum dicitur ex eo 1. *Iordan. 2.* quod omnes ceremoniae à Christo, quem unice prædicat, impletæ sint, quatenus typi & umbræ erant rerum æternarum, eatenus enim obsoleuere: quodqe uetus illa religio quæ ante legem latam temporibus istis patriarcharum aureis, uigebat, innouata, adeoqe per Christū iam plenius & dilucidius ceu novo lumine orbi illato restitura absolutaçe etiam apud nouum populum, Gentes uidelicet, per totum mundum floreat. Sic enim & Paulus de hac re differuit cum ad Hebræos 3. tum ad Ephesios 2. Pari modo ac ratione scriptura uocauit Carnalem populum, non eum quidem qui in testamento dei per ueram fidem perstitit, sed qui carnalibus magis nitiebatur quam solidis & spiritualibus testamenti capitibus seu promissioni dei. Testem hic aduoco Paulum, qui priusquam diceret, Nam hæc sunt duo testamēta, præmisit. Dicite mihi qui sub lege uultis esse, legem *Galat. 4.* ipsam non auditis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habebat, unum ex ancilla, & unum ex libera. Inde enim colligimus carnalem populum eum esse qui uult esse sub lege. Deinde non omne protinus semen Abrahæ sub lege aut carnale esse. Carnale enim dicitur quod legalibus fine scientia & spiritu adhæret, perqe illa externa se saluari posse confidit. Habent enim & ceremonialia suum spiritum, quem multis Paulus in epistola ad Hebræos enucleauit. At isti spiritu & consilio ceremoniarū contempto aut non intellecto abutebantur lege. Veri porrò Abrahæ filii liberi sunt & promissionibus dei nuntiuntur. Proinde habuit quoqe uetus Israëlem spiritualem. Perperā enim indicant qui ex parte totum æstimant, ut solent qui non sine contumelia sanctorum dei omnes aduentum domini præcedentes patres carnalis Israëlis nomine notarunt, non expenden tes synekdocha uulgari scripturæ tropo hunc nodum esse rumpendum. Cæterum ne

isti clamitent Tropis sibi illudi, tametsi nostra superioribus satis approbauerimus, producam tamen in istorum gratiam tria maximorū in religione uirorum testimonia, assertentium Israēli fuisse populū spiritualem, imō & prophetas idem docuisse de legalibus quod apostoli tradiderunt. Primus ergo Ieremias in cap. 7. in hæc uerba scripsit, Hæc dicit dominus exercituū deus Israël, Holocaustomata uestra addite uictimis & uestras carnes edite. Quia non sum loquutus cum patribus uestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de uerbo holocaustomā & uictimarum, sed hoc uerbum præcepi eis dicens, Audite uocem meam & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus, & ambulate in omni uia quā mandaui uobis ut bene sit uobis. Ex his autem uerbis claret quæ fuerit doctrina prophetarum de legalibus, item quæ sit summa omnium mandatorum dei, ipsa inquam foederis summa, obedientia siue ipsa fides, qua & sanctos probari constat non legalibus. Præcepit quidem illa dominus, sed longe alio confilio, nempe ut collabenti subueniret foederi, utq; ab idolatria auocaret totosq; sibi agglutinaret fide, non ut illis cultores iustificaret, sed ut uenturam iustitiam Christum illis adumbraret. Quod cum intelligere nollent, grauissime accusantur hoc loco à propheta. Spiritum ergo non carnem uel in Israēlitis probauit dominus, idcirco uel ante Christū natum, populum ex Israēlitis spiritualem habuit, quandoquidem carnalem adeò improbauit. Sanctissimus quoq; martyr Christi Stephanus apud Lucā in Actis apostolorum cap. 7. infinitis propemodum ueterum exemplis comprobat quod fides in deum & ante legem, & in lege, & post legem deo placuerit, non ceremoniæ, & quod sancti, hoc est patriarchæ & prophetæ omnes inquam iusti ante natum Christum, deum fide & uitæ puritate coluerint nō rebus externis. En habes omnino spiritualem & spontaneum populum. Quid quod & apostolus Paulus eodem propè modo idem afferit in 11. capite ad Hebræos, exemplis patrum ab initio mūdi ad ipsa penē tempora Christi reductis? Quæcum ita habeant quis est qui non uideat ueteris & noui cum populi tum testamenti nomina non posse ipsum testamentū ipsamq; ecclesiam ueterum & nostram scindere. Spiritus quoq; idem est utrisq; sed respectu carnalium istorum transgressorūq; quos flagitia in Babylonem disturbabant dixit se nouum daturum spiritum, quo nihilominus & abundantiam diuitiasq; charismatum per Christum fidelibus impartiendas significauit. Verum de hac re in Commentarijs nostris in epistolam Petri non nihil disputauimus. Hactenus enim unitatem testamenti asserere cauissq; cur nouum & uetus dici cœperit indicare uolui.

Quibus rebus
præcellamus
ueteres.

LUCÆ 2.

Caput Matthæi

Iam ut nihil in hac re dissimulem & qua in re Christianorum ecclesia quæ post Christum natum constituta est, præcellat, breuibus indicem, principio ijs quidem qui sub legge agebant hoc nomine feliores sumus, quod omni ceremoniarum onere leuati, antiquum & primarium institutum, priscorum uidelicet patrum, quod sine ceremonijs fideli ac innocētiæ, id est foederis capitibus nitebatur, attigimus. Rursus quod umbris per fulgorē euangelij dispulsis & figuris impletis clara lātamur ueritate. Deinde uero quod omnibus patribus ante Christi aduentum mortuis nostram ecclesiam superiorem reddit illud est, quod nos Christum aduenisse, spiritum abundatissime contulisse, gloriam item suam nunc per totum orbem propagasse omniaq; absolutissime consumasse conitemur, quem illi ita uenturum credebant, & maximo expectabant desiderio. Hoc nomine Simeon ille grandæuus se maxime felicem reputā clamat, Nunc dimittis seruum tuum domine secūdum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israël.

Quod uero alij caput Matthæi 5. obiiciunt, non uident dominum Iesum illa sua eleganti & diuina concione non impugnare uel Mosen uel prophetas, quasi diuersum uel senserint uel tradiderint à dogmate Christiano, sed errorem vulgi corrigere uerumq; legis ingenium tradere uoltuit. Corruperat enim omnia & temporis iniuria, & phariseorum in scitia atq; auaritia. Vnde disertis uerbis priusquā legis expositionem aggredetur protestans ait, Nisi abundauerit iustitia uestra plusq; scribarum & pharisæorū, non poteritis

poteritis ingredi regnum cœlorum. Proinde pharisæos non ipsum legis aut prophetarum spiritum impugnauit Christus, qui paulò ante dixerat, Non ueni legem soluere sed adimplere. Docuit autem ea contione legem esse uoluntatem dei, quæ omnino sancta, pura & spiritus quidam sit mundissimus, qui hominis quoq; mentem affectumq; exigit, adeo ut uel concupiscere prohibeat. Id cum ab homine, corruptissima scilicet carne, non possit prestari, quis non uidet huc totius contionis consilium spectare, ut nos in nostri inducat cognitionem, quæ efficiat ut nobis prorsum abnegatis totos nos in misericordiam dei coniçiamus, interim uero omnia nostra cum cōfilia tum facta ad æternam summeq; puram uoluntatem, hoc est legem dei non uulgariter, sed summo studio & quām exactissime exigamus? Id demum est solicite ambulare cum deo sancto, qui sanctus est & cupit ut etiam nos sancti simus.

Pari errore hallucinantes non uident Paulum in 1. ad Corin., cap. contra pseudopostolos disputare, legalia (ut ex reliquis colliqueat epistolis) ecclesiæ Christi obrudentibus. Nam contra illorum superstitionem imò impietatem asserit Euangelij gloriam, quæ legalibus illustrior sit. Neq; enim eo loci de uniuersa lege, sed ea duntaxat loquitur, quæ aboletur; interim non iubet omnia legis & prophetarum reuocare ad literam: sed & spiritum non quiduis, ut illis mos est, appellat, sed ipsum dominum Iesum qui est perfectio legis ad iustificationem omni credenti.

Porrò calumniam struunt nobis obïcientes hæresim Hebionicam. De Hebionitis enim ad hunc modum scripsit Eusebius lib. Eccl. hist. 3. cap. 27. Custodiendam censem eum legem tiam legis obseruantiam, nec sufficeret (sic inquam illi Euangelio miscent legalia) ad salutem solam Christi existimant fidem. Corporalem ergo legis obseruantiam custodiunt. Apostoli autem epistolas omnes pariter respuunt & ipsum apostamatam legis appellant. Nec diuersa ab his referunt, Irenæus, Tertullianus & Augustinus. Quām uero doctrina hæc nostra de Testamento dei unico & æterno, deq; abrogatione legalium aliena sit ab istorum blasphemia nemo est qui iam nesciat.

Sed quid dicemus ad uerba domini quæ loguntur in hanc sententiam apud Mosen in Deut. cap. 5. Dominus deus noster pepigit nobiscum foedus in Horeb: non cum patribus nostris in hunc dominus pactum hoc, sed nobiscum qui in præsentiarum sumus & uiuimus. Augustinus ergo lib. quæstion. super Deut. 5. quæst. 9. synekdocha hūc locum exponit, nempe de ijs patribus intelligens quos plaga dei in deserto absumpfit. Illi enim, ait, qui non ingrediuntur in terram promissionis non pertinent ad hoc testamentum, sed filii eorum, illi inquam qui quamvis uiginti annorum & supra non essent quando deus in monte loquebatur ut numerari tunc possent, potuerunt tamen annorum esse decem & noueni & infra usq; ad puerilem ætatem, qua possent illa quæ facta & dicta sunt & uidere & audire & memoria retinere. At Ioannes Oecolamp. comment. suis in Ieremiā ad hunc penē modum explicat, Apud deum unum est foedus illud æternum, quod pro diuersitate temporum uarie disponitur. Et in interioribus quoq; hominis semper unum fuit & usq; manebit, non solum ut est in æterna prædestinatione: audi tamen qualemcunq; foederum diuersitatem. Verbis patet est cum Abraham dominus, nec aliud quām obedientiam stipulatus est ab eo. Sub Mose autē multa prodigia & horrenda accesserunt, nō uni duci nota, sed perspicua omni multitudini. Deinde tot circumstantijs uallatur legalibus, quæ omnes ad decem illa uerba tabula foederis referuntur &c.

Iam quod obïicitur de terra Chanaan, de bellis et uictorijs, de gloria & felicitate Iudei ca, quæ minime congruant cum moribus Christianis quos nihil manet quām crux & exilium, utpote de quibus scripture dicit, Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo persecutionem patientur, facile diluitur. Nemo enim negat promissionem terra Chanaan loco fuisse astriclam: at uero nemo uicissim negare potest eandem aut certe similiūm rerum terrenarum promissionem omnibus Gentibus ex æquo esse factam. Ipse enim Abraham cui obrigit promissio Chanaanicæ terræ ne pedis quidē uestigium (ut ait Stephanus) cōsequutus est, interim uero opes plurimas acquisivit, quemadmodū posteri eius, Isaac, Iacob & Ioseph. Tamerisi enim ne hi quidem terram possiderent pollicitam,

Mich. 6.

Leuit. 29.

Paulus in 1. ad Cor. 3. cap.

Rom. 10.

Locus Deut. 5.

cap.

Promissio ter-
ræ Chanaan.

Acto. 7.

divitij tamen maxime fuerunt illustres. Id quod à domino in exemplū omnibus Gen-
 Psalmo 36. tibus crediderim factum, quo discerent sibi quoq; defuturū nihil, si patrum more deum
 Matth. 5. timeant. Atq; huius generis plures promissiones passim inuenias. Quod autem felicita-
 A& 14. & 17. tem attinet patrum, certū est eos haud absoluta usos in hisce terris fortuna. Per crucem
 Hebre. 13. enim multasq; tribulationes ingressi sunt in regnum dei. Quis enim nescit quantum tæ
 Crux sanctorū. dij uorarit Abraham diutina illa sua (ut reliqua non commemorem) peregrinatione:
 pax & uicto- Iacob patriarcha nulla prospere fortuna unquam fuit usus, quam non grauissima
 ria. eaq; uaria interturbarent discrimina. De Mose, Iosue, Samuele, Dauide, &c reliquis uiris
 primarijs non est quod multa commemorem. Quis enim unus sufficiat enumerandis
 istorum ærumnis, calamitatibus laboribusq; propter dominū suscepis, cum ipsi etiam
 scriptores sacri ista uix multis absoluerint libris? Quid quod fidelis populus ludæ non
 minores persecutiones ob pietatem ac fidem nonnunquam à suis illis perfidis regibus,
 nonnunquam uero à tyrannis exteris perpessus est, quam ipsa Christi ecclesia à blasphemis & impijs Cæsaribus: Nam ut hæc suos habet Nerones, Domitianos, Maxentios, Lu-
 lianos, Decios, Seueros, Valerianos & Diocletianos: ita uetus ecclesia suos habuit Pha-
 raones, Achab, Ioas, Manasse, Iehoachim, Zedechias, Nabuchodonosores & Antio-
 chos. Imò ueteris ecclesiæ sacerdotes ac prophetæ meruerunt Christianorū martyrum
 Matth. 5. & 23. fieri exempla. Sic enim loquutus est apud Matthæū dominus, Beati qui persecutionem
 patiuntur propter iustitiam, quoniam illorum est regnum cælorum. Beati estis cum in-
 seclati fuerint uos homines propter me, Gaudete & exultate, quoniā merces uestra mul-
 ta est in ccelis. Sic enim persequuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos. Præterea dubiū
 2. Timoth. 3. non est multas sanctorum myriades semper in Christo pie uixisse, qui tamen fidei no-
 nunciam nonnunquam sunt uel in exilium eieci, uel capitis affecti supplicio. Paulus ergo istam
 August. lib. 2. sententiam, Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo persecutionem patientur, non ut
 cont. 2. epist. legem communem, sed ut consolationem afflitorum pronunciauit. Varia quoq; perse-
 Gaudemij capi cutionis genera sunt, ut non tantum persecutionem sustineat qui uel in carcerem con-
 tc 13. nicitur uel ab arbore suspenditur, sed is quoq; qui uarijs exercetur aduersitatibus tentationibusq;, id quod pierunq; usu uenire solet pijs otio & securitate alijs utentibus. Nam
 & apostolus Paulus sæpiissime tutus à persecutorum insidijs ac furijs, sed & fratribus offi-
 cijs refocillatus, grauissimos animi æstus sensit. Christiani enim animus etiam alieno
 Roma. 12. afficitur malo. Vnde Apostolus dixit, Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Quis offen-
 Hebre. 13. ditur, & ego nō uror? Huc accedit quod sanctissimus uates Ieremia in ijs capitibus quibus
 2. Corinth. 11. Ecclesiam ex toto terrarum orbe colligendam describit, in quæ & reges uenturos di-
 Isaiæ 49. cit, non omnino & semper cædibus exponendam docuit, ut quæ in hac terra omni sit
 Psal. 2. & 47. caritura pace, felicitate & uictoria. Et D. Aurelius Augustinus libro de Ciuitate dei 5.
 capitibus postremis de quorundam Christianorum regum uictorijs & felicitate mira-
 eaq; lectu iucunda & utilia prodidit. Idem uicesimo secundo libro contra Faustum Ma-
 nicheum à 64. capite usq; 30. multis disputat de bello & iure belli, quæ longius profe-
 qui non est nostri instituti. His enim omnibus exponere uoluimus quæ sint conditio-
 nes foederis, quod foedus illud unicum & æternum, & unde noui & ueteris nomenclatu-
 ram adeptum fiti subiiciemus iam paucula de ceremonia & sacramento foederis.
 De sacramento Qui seriebant foedera, sumebant uel arietem uel buculam, uel capram, secabantq;
 foederis circuici has in partes duas, deinde uero per partium transibant medium, obtestantes ni pactis
 sione. stent, sic se deus diuidat perimatq; penitus. Indicia huius ritus uidere est Geneeos 15.
 & Ieremiæ 34. Ad hunc ergo modum alludens deus sanguine foedus hoc dedicat, pla-
 niscq; uerbis expositionem addit dicens, Et præputiatus masculus cuius caro præputiū
 circumcisā non fuerit, delebitur anima illa de populo suo. Id quod non modo de pelli-
 cula præcisa, sed magis de toto foedere intelligentum est, quod scilicet æterna sit maledi-
 citione perimendus qui hoc foedus neglexerit. Sequitur enim causæ redditio talis, Quia
 pactum meum irritum fecit, aut dissoluit. Dissoluit autem qui per contemptum foede-
 ris & instituti dei, sacramentum dei ut inutile negligit, aut ut non negligat, suscepto ta-
 men foederis symbolo, ipsum foedus perfidia & impuritate prodit. Vnde nos colligi-
 mus

mus infantes qui nascuntur ex fidelibus, moriuntur autem priusquam uel uiuere coepit infantes sine si-
rint, uel sacro foederis signo intra populum dei scribi potuerint, non posse huius loci gno foederis de-
præsidio damnari. De contemptoribus enim foederis & de adulis loquitur. Id quod & cedentes.
uerba ipsa satis coarguunt quæ in hunc modum pronunciantur. Et præputiatus masculi
lus in cuius carne præputium non fuerit circumcisum, exterminabitur anima illa de po-
pulis suis, &c. Istos autem misericordia & gratia dei credimus saluari, cui non præiudi-
cant, qui illos secundum ministerium ecclesiæ tantum iudicant. Habuit Circumcisio &
mysterium quodpiam aliud. Nam Paulus, Testamentum, ait, in mortuis ratum est: Heb. 9.
quandoquidem nondum ualet cum uiuit testator. Deus autem testator est: deum ergo
mori oportuit. Sed cum is sit immutabilis & immortalis, semen Abrahæ assumptum, &
in assumpta carne patitur sanguinemq; fundit, ac eo modo testamentum, ut sic dicam,
ratificat. Cæterum ut hoc mysterium patribus in figura traderet, ipsum semen Abrahæ
uoluit circumcidere, significans uerum Abrahæ semen Christum dominum morte san-
guineq; suo foedus illud confirmaturum. Huius rei gratia ipse dominus Iesus apud Mat Matth. 26.
thæum, de sacramento noui foederis loquens, ait, Hic est sanguis meus, qui est noui testa-
menti, qui pro multitudine effunditur in remissionem peccatorum. Hinc etiam sacra-
mentum uetus mutari oportuit, & institui nouum. Postquam enim morte Christi om-
nia consummata, & ipsum testamentum confirmatum esset, signa certe illa quæ futu-
ram mortem præfigurabant oportuit mutari, imo & in locum eorum substitui quæ si-
gnificatione absolucent, aut perfectissimam iustificationem significantur. Id quod Ba-
ptismi & Eucharistia tribuimus mysterio. Illa enim institutore deo noui testamenti po-
pulo symbola cuperunt esse foederis & gratiæ diuinæ iam per Christum confirmatae.
Præterea significabat circumcisio cordis præputium esse resecandum, ac deo seruen- Deute. 10.
dum in obedientia fidei. Quibus ergo dabatur Circumcisio, ihs primo per ministerium Teremæ 4.
institutumq; dei offerebatur gratia & foedus dei, qui non dedignatur etiam paruulo-
rum esse deus, qui item prior ex mera gratia se nobis obtulit & dixit, Ego deus uester.
Deinde eadem circumcisione obstringebat sibi deus deuotos, iubens ut ipsi hæreant fi-
de & innocentia. Ex quibus patet etiam sacramento foederis totum contineri foedus:
quemadmodum & sacramentis nostris Baptismo & Eucharistia continetur tota inno-
uati foederis ratio. Verū de his ad plenum in præsentiarum differere longius ab institu-
to abstraheret. Satis fuerit iam didicisse deum in instituendo foederis sacramento confu-
lere uoluisse rebus mortalibus, qui ut corpore quoque, non anima tantum, constant,
ita rebus & signis uisibilibus non raro in inuisibiliu considerationem inducuntur.
Dedit ergo deus sacramenta quæ prisci ea de causa uecarunt inuisibilis gratiæ signa ui-
sibia. Dedit autem ueteribus Circumcisionem & Pæsa, nobis autem qui post Chri-
stum passum eius populus sumus Baptismum & Eucharistiam. Cæterum quæ in his
uisibilia aut inuisibilia sint, quæ uis & efficacia, alibi traditum est, nunc dicemus de
tabulis.

Conscribuntur autem, quod ultimum in testamentis ac foederibus est, literæ aut si Tabula testa-
mauis tabulæ, rationem omnem ac testimonium rei transactæ comprehendentes trans- menti conscri-
mittentesq; ad posteros. At hæ etiam foederis siue Testamenti nomina sortiuntur. Vo- buntur.
camus enim tabulas de testamento seu foedere cōscriptas ipsum uel foedus uel testamen-
tum, cum re uera testamentum uel foedus non sint, sed rerum gestarum & conditionum
expositio duntaxat ac testimonium. Quanquam uero dominus priscis illis patribus nul-
las conscribi curarit tabulas, nam illi foedus digito dei cordibus inscriptum gerebant,
posterioris tamen quod ueram religionem à patribus ceu per manus acceptam propemo-
dum expectorassent totam, lapideis insculptum tabulis per Mosen dedit, quas & foede- Vetus & arcis
ris tabulas & Testamentum appellauit, nimirum eo cōfilio & ea ratione quam iam inscribebat ta-
bulis quæ diu-
exposuimus. Præterea ne quid desiderari posset à quoquam ipsum impulit Mosen, de-
inde prophetas, mox & apostolos Christi domini, integros & iustos super hac rē turna perpe-
scribere libros, qui ex ipsa re quam tractant Veteris & Noui testamenti titulum à tuaq; uolebat,
pud omnes & omnibus sacerdotibus meruerunt. Nimirum quod illi fulissime traderent,

quomodo fœdus illud cum Abraham initum, ueteri populo fuerit præstitum, & quomodo illum per uarias rationes, figuræ ac uias in religione ad uitam sub spe uenturi Christi duxerit. Hi uero doceant quomodo ipsum fœdus per Christum in nouatum nouoq[ue] modo dedicatū, quomodo omnia typica per hunc sint impleta, & nouus populus multitudo scilicet Gentium in unitatem fidei uocata atq[ue] in religione uera instituta, & in uitam æternam per Christum inducta sit. Atq[ue] hi sunt libri isti ueritatis ac iustitiae, ad quorum præscriptum omnes omnium sacerdorum docti & sancti uiri perpetuo uitam fidemq[ue] cultorum ueri dei uere institui posse crediderunt. Isaias enim clamat, Si dixerint uobis, Consulite phytōnes, diuinos, sortilegos & incātatores, Nónne quæcūq[ue] gens suos deos consulit tam de uiuis quam mortuis? Ad legem ergo & ad testimonium magis accelerare. Imò Christus dominus, Habent, ait, Mosen & prophetas, audiāt illos: & si hos non audiunt, neq[ue] si quis ex mortuis resurrexerit credent. Præterea si lis aliqua oriatur de hæreditate inter hæredes, protinus tabulas consulunt, illisq[ue] ita fidem habent testantibus, ut omnia secundum tabularum præscriptum agant. Proinde si qua oriatur cōcertatio in religiōis negotio de uero uel falso dei cultu, tabulas cōsulamus fœderis utriuscūq[ue] testamenti libros, illis credamus, secundum hos omnia instituamus. In his enim omnem pieratem & iustitiam absolute comprehensam esse abunde testantur duo maxima religionis nostræ lumina, David Psalmi 18. & Paulus 2, Timoth. 3.

Epilogus, in quo de antiquitate religionis Christianæ.

Ista sunt, Lectores candidissimi, quæ de testamento seu fœdere dei unico & æterno, nempe qui in hoc conuenient, quibus conditionibus, quousq[ue], quóue sacramento, & quibus mandatum sit tabulis, pro gratia mihi à domino collata, uobiscum communica re uolui. Partim ut hac re fratribus toties nobiscum expostulantibus, magnaq[ue] improbitate hanc expositionem poscentibus inseruirem. Partim uero ut Scripturarum & religionis nostræ, quæ hodie apud multos male audit, quasi sit hæretica, claritatem, simplicitatem & ueritatem indicarem obiter. Veruſtissima quidem est Gentilis religio idolatria siue simulachrorum cultus, & ueruſtior quidem quam suppudent magni aliâs nominis uiri. Sunt enim qui iouis temporibus, uel paulò ante tempora & nouoru[m] deorum cultum instituta credunt. Cæterum ueruſimilior uidetur esse sententia Herodoti in 2. libro historiarum & Strabonis in 17. Geograph. lib. Hi autem Aegyptios asseruere primos fuisse & cultores & authores deorum, à quibus & cæteræ Gentes idolatriam acceperint. Evidem diligenter tempora suppulantibus perspicuum est louem aliquot sæculis Moseiuniorem esse. At Moses testatur non modo Iudaicam gentem idolatria in Aegypto imbutam ad exemplum Aegyptiorum in deserto statuisse deo simulachrum Apis, sed & patriarcharum temporibus uiguisse idolatriæ studium. Nam & Iudaica religio ueruſta est, eam intelligo quæ circumcidione & legalibus circumscrubitur, utpote quæ partim Abrahæ, partim Mosis cœpit temporibus. Verum istis longe ueruſtior est Christiana. Prius enim iustificatus in sacris libris pronunciatur Abrahæ quam circumcidus. Ueruſtiores hoc quoq[ue] sunt Noë, Enoch, Seth, Abel, Adam, qui sine circumcidione per fidem deo placuerunt. Piget autem nunc Turcicam & Papisticam religionem inter antiquarum religionum species recensere. Illa enim nō multis ante sæculis anno ferme à Christo nato DCXX. à corruptissimo simulacrum imp̄fissimo authore Mahometo exorta ueritatem blasphemauit. Hæc autem nihil penè antiquior, Christi instituta, traditionem propheticam & apostolicam simplicitatem, puritatem, ueritatemq[ue] obscurauit. Nihil hic loquor de ea fide quam duodecim complexam articulis ore nobiscū contentur: de papisticis & dogmatis & ritibus loquor, quibus illi ut certissimis, ueruſissimis & infallibilibus nituntur: cuius generis sunt Missæ, Simulachra, Monachismus, & alia multa quæ nesciuit Primitiva sanctaç[ue] dei ecclesia. Scholasticorum enim Theologorum primipilos Albertus magnus Gregorium Pontificem Romanum eius nominis primū, qui uixit circa annum domini DC. Missæ ordinatorem uocat. Idem Gregorius testatur in epistola quadā ad Serenum Massilien[um]. episcopum, ueruſtatem admisisse, (suis utor uerbis) ut in uenerabilibus locis sanctorum depingerentur ad institutionem rudiū historiæ. Sed quam ille ueruſtatem intellexerit nescio, hoc scio quod Lactantius ille Firmianus

Firmianus Magni Constantini *σωτηρος* disertis uerbis dixit, Non est dubium, quin religio nulla sit, ubi cuncti simulachrum est. Quibus haud absimilis est sancti Epiphanij Salmiæ Cypri antistitis sententia qua interprete D. Hiero. palam pronunciauit, contra *Epiſtola ea ex authoritatē scripturarum & contra religionem nostram, in ecclesia Christi hominis* *tat tom. 3. fol. 73.*

poni imaginem. At D. Hierony. authorib. Eutropio & Prospere Aquitanico excessit anno domini CCCCXXII. Quam ergo potuit Gregorius ueruſtate pro pictura templorum producere? imo ut maxime producere potuerit, propheta tamen domini per ironiam de simulachris loquens, Illâne, ait, docerent te; lam uero ipse etiam Gregorius simulachrum cultum in eadem illa epistola sua impugnauit, quem tamen Pontificij non modo admiserunt, sed etiam praeceperunt. Et Benedictus ille Cassinensis abbas quem omnium ora Monachorum patrem appellitat paulo ante Gregorij floruit tempora, annis forsan L X. si uera est supputatio Bedæ de temporū ratione, Paulus enim & Antonius quorum meminit Hierony. monachatui pontificio nihil patrocinantur. Lam uero si hæc tempora priscis conferas, inuenies religionem Papisticam prorsus esse nouitiam, & prioribus ueruſtate nullatenus conferendam. Atqui cum isti hanc nihilominus omnibus alijs praeferant & de ueruſtate & certitudine eius multa commententur, multo iustius nos de antiquitate fidei nostræ gloriamur, utpote quæ & Gentilitia & Iudaica antiquior, ab initio mundi ad hanc usq; diem durauit, annos nimirum 5508. Computantur enim à Christo nato in hanc usq; diem anni M. D. XXXIII. at ab exordio mundi ad natalem Domini 3974. Eusebius in Chronicis colligit annos 5199. quibus si addas 1534. habebis ab initio mundi 6731, sed nos sequi maluimus sacra Biblia quam Græcorum Commentaria. Etenim probauimus fidem Abrahæ, Adæ & Christi fuisse eandem. Sed & Eusebius lib. eccl. histo. cap. i. idem nobiscum afferit, cuius uerba non pigebit ascribere, non tamen omnia. Locus enim prolixior est, sed multis nominibus dignus qui diligenter legatur. Omnes illi, ait, qui ab Abraham sum uersus usq; ad primum hominem generationis ordinem conscribuntur, etiâsi non nomine, rebus tamen & religione Christiani fuere. Cum enim nomen Christiani hoc indicet quod Christo quis credens per eius doctrinam fidem pietatem ac iustitiam teneat & studijs diuinæ adhæreat sapientiæ, atq; omne quod ad uirtutem pertinet exequatur, si inquam hæc sunt quæ uocabulo nominis Christiani indicantur & ueræ eum religionis sectatorem designant, hoc erat etiam illi sancti, de quibus supra diximus, uiri quod Christiani nunc esse confitentur. Neq; enim aut corporalis eis inerat circumcisio, aut obseruatio sabbati (sicut ne nobis quidem) aut ulla de ciborum obseruatione religio, uel cætera quæ posterioribus per Mosen figuraliter magis & mystice obseruanda traduntur. Cum igitur absq; his omnibus obseruationibus fuerint religiosi illi, quorum supra meminimus uiri, sequuti sint autem fidem eius quem nos nunc sequimur Christi, quem frequenter apparuisse eis et edocuisse uel monuisse ea quæ ad fidem & pietatem pertinent, in superioribus approbauimus, quomodo dubitabitur ab illis cœpisse, & ab illis esse deductam huius gentis originem, qui & eundem deum authorem & ducem uitæ sequebantur & in simili religionis obseruantia perfistebant. In tantum deniq; hæc in illis premissa & præformata religio est, ut ne ipso quidem nomine (quod certe solum differentiam facere uidetur) habeantur alieni, sed et ipsos iam tunc non solum Christianos, sed & Christos esse appellatos diuina testantur eloquia. Et post alia quædam argumenta, infert, Non igitur nouella neq; peregrina est Christianorum religio uel nuper exorta, sed si fas est libere indicare quod uerum est, prima omnium atq; ex ipsa simul mundi origine descendens, eodem Christo deo doctore & institutore iam inde ab initio speciem formamq; suscipiens. Hactenus recensui uerba sancti Eusebij. Nunc ergo quem obsecro pigeret penitentia laboris uel difficultimi pro testamento dei suscepti, posteaquam constat in hoc omnes sanctos dei ab ipsa mundi origine deum coluisse, imo pro hoc ipso charas posuisse animas? Quem uero in medijs iam sudantem laboribus non animaret uehementissime quod æternus ille deus iureirando se nobis æternum astrinxit, quod is fecerit illud æternum omnibus ab initio sanctis sanctissime seruavit? Sæpe enim in pericula coniecti sunt sancti, sæpe ipsa ruinam minitata est religio,

sæpius fusa & sepulta uidebatur, imò ipse deus frequentius suos putabatur deseruisse sed mature satis exurgens fusis & oppressis impijs, ueram religionem afferuit semper. Idem immutabilis & æternus est. Idem ergo uel hodie non deerit suis illis sibi fœdere æterno nexionis, ut ut insania mundus. Ipsi gloria.

PSALMO XXV.

Omnis uia domini sunt gratia et fides his qui scruant testamentum et fœdus eius.

HEINRYCHVS BVLLINGERVS OMNIBVS VERBI MINISTRIS PER AGRVM TIGVRINVM
Christum prædicantibus.



RATIA uobis & pax à deo patre & Iesu Christo domino nostro. Habetis hic typis excusam, fratres & symmictæ charissimi, Assertionem nostram, quam ferijs Felicis & Regulæ in celebri conuentu nostro recitaui, & quam tantopere cupiebatis pro fratum & ecclesiarum utilitate typis in multa transcriptam exemplaria vulgari. Obtemperauit uestris monitis, uos uideritis interim quām bene consuleritis, & quām feliciter aliena fruamini opera. Ego certè negotium istud magnificum & inenarrabile alijs simplici quadam ratione, subtilitatibus illis ac tricis imaginarijs prætermis, exposui. Video enim & in sacris ista quām simplicissime tradi, & inexquisita fide percipi. Proinde neq; singulis hereticorum argutijs, obiectionibus & blasphemis respondi. Nam simplicem ueritatem perspicue proposuisse exposuisse est argumentis hereticorum mendacium astruentibus respondisse. Præterea hæc disputatio de essentia dei instituitur, quam nemo hominum facile exposuerit. Recte enim dictum est, Deum comprehensibilem non esse deum. Dei enim proprium est incomprehensibilem esse. Recte item dictum est, Abyssum palma mensuratos esse, qui essentiam dei uti est concipere, & humanis uerbis efferre uoluere. Quanto prudenter consuluit Ecclesiasticus, dicens: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scruians fueris, sed quæ præcepit tibi deus illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt uidere oculis tuis: ne ergo in pluribus operibus eius fueris curiosus. Hæc inquam expendamus ô fratres, in his simus. Nostrum est clementiam, bonitatem, ueritatem, omnipotentiam, sapientiam & institutam dei inculcare, mysterium Christi, meritum redemptoris eius & fidei uitrium commendare, item charitatis & innocentiae studium urgere. Ab his ad pugnas uerborum imò & ad curiosissimarum absconditarumq; rerum scrutinium auocare cogitat satan. Materiam ergo contendendi uberem suppeditat, nimur ut necessarijs & hisce utilibus rebus neglectis, omnia & studia & dicta & facta nostra ad pugnas uerborum dirigamus. Vigilemus itaq; sobri, prudentes, pi, fideles, constantes in uero ac diligentes simus, sub inde orantes dominum, ut rebus bene gestis, illum aliquando cum uniuersa ecclæsia cui nos præfecit, uideamus sicuti est. Vos intremate, & ecclæsias uobis commissas diligite. Tiguri Mense Octobri, Anno M. D. XXXIIII.

VTRIVSQUE IN CHRI- STO NATVRAE TAM DIVINAE QVAM

HUMANAE, CONTRA VARIAS HAERESES, PRO

confessione Christi catholica, Aſſertio orthodoxa, per

Heinrychum Bullingerum.



R R A T I M O blasphemat uulguſ, dum ſumma cum Ex euangelica in gratitudine & perfidia omnes hærefes ueritati euangelicæ accepitas refert. Veritas enim ex deo eſt: at deus uertur hærefes. ſumme bonus purus & sanctus non conuofionis turba rūmūe, ſed pacis & unitatis author eſt: proinde ex ueritate euangelica pax exiſtit & concordia: mendacium ue- rō & diſſidium, hærefes & ſchismata ex ſpiritibus oriuntur defectoribus. Nam dominus apud Ioannem aduerſus iudeos ueritati reclamantes diſputans inter cetera ait, Vos ex patre diabolo eſtis, & defideriſ patris ueſtri uultis obſequi. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non ſterit, quia non eſt ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt atq; mendacijs pater. Ego autem ueritatem dico uobis, nec interim mihi creditis. Neq; iam primum ut quiritantur complures & diuinarum & humanarum Temporibus apō rerum ignari felix atq; fecūda eſt hærefes, ſoboles. Semper enim ueritatis antiftites an- tigonistas habuere hæreticorum phalanges, & quo clarius euangelicæ ueritatis iubar runt hærefes. mundo illuxit, hoc crassius ſele ingeſſit interim hærefes, ſqualor. Testantur hoc apō- stolorum tempora, quæ ut Nazareos, Hermogenem, Alexandrum, Phygelum & Hyme- nœum non commemorem, protulerunt certe dina eaq; execranda capita, quorum alterum diuinitatem, humanitatem uero negauit alterum. Ut enim illius execrandum do- gma refelleret Ioannes, euangelicam historiam tali aggressus eſt exordio, In principio e- rat uerbum, & uerbum eſt apud deum, & deus eſt uerbum. Propter huius autem bla- sphemias in Canonica ſua idem ille, Omnis, ait, ſpiritus qui conſitetur Iesum Christum in carne ueniffe, ex deo eſt; & omnis ſpiritus qui non conſitetur Iesum Christum in car- ne ueniffe, ex deo non eſt. Ceterum dum adhuc uiuerent apōſtoli, non uſq; adeo impu- denter & temere in harenam dēſcēdabant hæretici. Vbi uero apōſtolorum chorus & pseudoprophe omnis illa ætas quæ à domino ſuſceperat uiuæ uocis auditum (Egesippi uerbis utimur) tas, hoc eſt hæ- de hac luce diſcessit, tum uelut in vacuam domū, falsæ doctrinæ impius ſe error immer- fit, & tanquam ubi nullus iam diuini censuſ defenſor exiſteret, nudato, ut aiunt, capite ſiæ ueteris. Omittimus hic corripientes arma mendacijs oppugnare apōſtolicam ueritatem nituntur. Sed oppoſue- reſe apōſtoli eruditione & pietate clarissimi uiri Ignatius, Polycarpus, Iuſtinus, qui iu- ſtum librum aduersus omnes hærefes ſcripſit, Apollinaris quoq; episcopus Hierapolitanus, Musanus, & Bardesanes Syrus, deinde uero & Irenæus & Tertullianus, quorum ille aduersus hærefes libros, hic uero plures conſcriptiſ. Quid quod doctior Philaſtrio Epiphanius apud Auguſtinum in hæreticorum Catalogo, ad Quod uult deum recenſeret hærefes non agint? Philaſtrius numerat ante domini aduentum uiginti & octo: poſt ad uentum uero centum uigintiocto, quibus & nonnullas alias adiecit Auguſtinus. Atq; Ioannes euāge- hæ omnes statim ab apōſtolorum temporibus ad Auguſtini uſq; tempora, fermè intra trecentos emerſere annos, tum uidelicet cum omnium purissime ecclesijs traderetur ue- ritas euangelica. Quare ergo hodie propter hærefes copioſius ſuppullulantes male au- dit ueritas, quaſi nulla unquam tempora habuerint plures, aut illæ non alio maneant nato 103. quā ueritatis & euangelicæ prædicationis fonte. Alia omnino origine iſta prodeunt. Origo here- Aduentu enim Christi prostratus inimicus ueritatis ſatan, uidens idola derelicta, & per ſewy.

nimum credentium populum indies regnum suum destrui, atq; templa quām plurimā subueriti, neq; illud incendium sanguine martyrum extingui posse, excogitauit nouam (ut Cyprianus ait) fraudē, ut sub ipso scilicet Christiani nominis & ueritatis titulo fallat incautos. Hæres ergo in hoc inuenit & schismata, quibus subuerteret fidem, ueritatem corrumperet, scinderet unitatem. Proinde quos detinere non potuit in uiæ ueteris cæcitate, eos circumscrabit & decipit noui itineris errore. Itaq; rapit de ipsa ecclesia homines, & dum sibi appropinquasse iam lumini atq; euafisse sacerdōtē uidetur, alias ne scientibus tenebras rursus infundit, ut cum euangelio Christi & cum obseruatione eius non stantes, Christianos se uocent, & ambulātes in tenebris habere se lumen existimēt, blandiente aduersario atq; fallente, qui secundum Apostoli uocem transfigurat se uelut angelum lucis, & ministros subornat suos uelut ministros iustitiae, afferentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristum sub uocabulo Christi, ut dum uerisimilia mentiuntur, ueritatem subtilitate frustringantur. Constat præterea iusto dei iudicio ingratam & superstitionis curiositatem, neglectamq; fidei inexquisitam simplicitatem puniri per hæreses. Merito enim erroneis seducentur opinionibus, qui nec ueritati credere uolunt, nec deo pro simplicitate puritateq; fidei grati sunt, sed curiosa, superstitionis ac impia sectari, animi quoq; in potentia indulgere malunt. Sunt enim quos rerum obiectat nouitas: sunt quos gloria uexat inanis, qui scilicet nouam aliquam lucem orbi primum intulisse uideri uolunt, aut certe uidisse aliquid egregij, quod ante ipsos uiderit nullus: sunt alii qui uel mundo dogmatis nouis placere, uel aures stulta libidine pruriētes titillare, eoq; modo uel opes corradere, uel in honores & functiones publicas penetrare, uel iniurias quas sibi ab ecclesia sticis illatas existimant, dentata charta vindicare, hoc est præfides ecclesiarum persequi, odiosius calumniari, atq; adeo ecclesiæ inuisos reddere, se uero commendare ac ingerere interim, uel certè suscepit aliquam opinionem & arrogātius & pertinacius, ne errasse aut aliquid nescisse uideantur, afferere uolunt. Atq; hinc existunt hæreses, hic omnino hæresis pons est, non ipsa ueritas aut euangelij prædicatio sancta. Præterea constat hæresibus probari pios. Dicit enim Apostolus, Oportet hæreses in uobis esse, quo qui probati sunt inter uos manifesti fiant. Idem testatur & Moses Deuteronomij 13. Decet ergo nos ò fratres, sobrios, prudentes & uigilantes esse tenentes mysterium fidei, habentesq; conscientiam bonam, quibus repulsi multi circa fidem naufragium faciunt. Nos cogitationes artesq; satanæ posthac uel ex his qua diximus ignorare non possumus. Diu ille ueterem ecclesiæ quassavit persecutionibus tyrannorum, postea & hæresibus prophaniorum quorundam hominum cōcussit. Idem uidemus illum & moliri & agere nostro etiam saeculo. Conatus est ille statim ab ipso religionis initio Christi gloriam labefactare, opprimere, penitusq; conculcare, adeò ut omnes penè hæreses ac hæretici satana duce à uera Christi cognitione aberrantes in Christum ceu scopulum impegerint. Nec aliud hodie nobis quoq; expectandum. Conabitur proculdubio pro ingenio arteq; ueteri prophanorum hominum opera Christi domini nostri gloriam, fidei & pie-tatis prætextu obscurare. Vigilandum itaq; nobis & orandum, ne in hac tentatione graui lumen amittentes uerum à uia aberremus recta. Ego certe pro gloria domini nostri Iesu Christi, & ut ignita satanæ iacula, laquei item errorum & hæresum uarij euitentur facilis, statui in præsentiarum de Christo uero deo & homine differere ea qua possum breuitate & simplicitate cōtra hæreses omnes pro confessione Christi catholica: in qua dissertatione primo loco recensebo uarias super hac re hæreticorum opiniones, quibus secundo loco opponam confessionem fidei de Christo catholicam & orthodoxam. Postremo expositionem atq; confirmationem huius subiçiam, ita interim temperatam ut hæreticorum simul refellantur opinione blasphemæ.

Confiliū huius
Assertionis.

Heretice opiniō-

nones.

Equidem optandum uniuersas priscom hæreticorum opiniones simul cum hæreticis animabus ita in auerni phlegetontem esse submersas, ut nullæ uel nominum uel dogmatum eorum restarent reliquiae, si non easdem noua subinde specie uariegatas obtruderet orbi satanæ: cum uero is sui semper similis idem perpetuo uoluat saxum, haud citra insigne

Causæ hære-sum.
2. Theſſ. 2.

2. Corinth. 11.

insigne dei beneficium crediderim factum, quod & celestissimorum hominum nomina & opiniones ipsorum ad nos usq; peruererūt. Voluit enim diuina bonitas diris istis & blasphemis perfidorum hominum exemplis ab erroribus ad confessionem fidei simplicissimam uocare, adeoç docere nos aliena stultitia bene frui. Atq; hoc nomine confiōne nunc recenseo ueterum hæreticorum de diuinitate & humanitate Christi opinio-nes, quas interim toto corde execramur, & ore pleno abnegamus.

Noētus Praxeas Hermogenes & Sabellius, qui & Patrispassianorum communī no-tantur titulo, substantiam dei non in tres personas sed in tres uoces distinxerunt, ut pa-ter mundum cōdiderit, idem ipse filij nomine carnem assumpserit ac passus sit, commu-tatoç nomine iam & spiritus sanctus uenerit in discipulos. Istos alij Unionitas, alij ue-ro Personarum confusores appellarunt. Arrius cum suis dissimilem dixit patri filium: ccepisse enim in tempore, adeoç & creatum, imò nec uerum illum nec naturalem dei fi-lium, neq; patri consubstantialem esse. Pari modo & Photinus & Artemon initium filij duxerunt ex uirgine, quasi ab æterno cum patre non fuerit. Ita & Eunomius & Aetius filium patri per omnia dissimilem existimarunt. Ebion quoq; Basilides, Cherintus, Car-pocrates, Paulus Samosatenus & Theodocion, Christum merum confessi sunt hominem, ex uiro & scemina aliorum hominū more natum, licet animam habuerit propheti-cam, & filius dei dictus sit, hoc enim factum esse secundum adoptionem gratuitā, iuxta quam omnes etiam Christiani dicantur filij dei. Hos omnes Prudentius poëta Christia-nus Homunctionitas nominauit. Omnes enim diuinam in Christo negarunt naturam.

Marcion uero Cerdon & Manichæus perhibent Christum phantasma assumpisse, Qui errarint non corpus uerum. Valentinus autem tametsi corpus Christi omnino non abneget, in in humanitate ficiatur tamen id de uirginis assumptum esse substantia: cœlitus enim allatam fingit. Apelles uero corpus illi tribuit aëream & carnem sydeream, quam ab elementis sibi con-traxerit in aëre, & per uirginem uelut aqua per canalem trâfierit. Istos Aurelius Pruden-tius communī appellatione cognominauit Phantasmaticos. Iam & Arrius, ut testatur Epiphanius, Christum dixit solam assumpsi carnem sine anima, uerbum enim illi ani-mæ loco fuisse. Sequutus dein Apollinaris animam Christo tribuit, sed ademit ei men-tem, hoc est rationem præcipuam uidelicet animę uim, qua omnia dijudicat, & maxime ab omnibus alijs animantibus differt. Atq; hi sunt qui de humanitate Christi senserunt impurius & minus orthodoxe.

Sed & in assumptione hominis & unione & proprietate naturarum in Christo uehe-menter absurdā tradiderunt hæretici. Eutyches constituit in Christo unicam modo na-turam eamç ex diuina & humana compositam. Dicti sunt & Monothelite, unicam duntaxat in Christo uoluntatem afferentes. Hanc carbonariam uitans Nestorius, inci-dit in calcariam. Confitens enim duas perfectas in Christo naturas, totidem quoq; fecit personas, negans uerbum carni unitum in personam eandem, sed inhabitasse modo. Vnde & Mariam uirginem falso dei matrem appellari contendebat. Timotheani quoq; hæretici à Timotheo quodam sic dicti naturas inuicem confudetunt. Et Apollinaris hanc diuini euangelistæ sententiam, Verbum caro factum est, exponebat, Verbum trans-mutatum est in carnem. Atq; hæc quidem confessio de Christo hæretica, ueluti aditum quendam aperit ad confessionem Christi orthodoxam, quæ omnino fatetur contrari-um. Est autem huiusmodi:

Credimus in unum deum, patrem omnipotentem, omniū conditorem. Et in Iesum Christum dominum nostrum uerum & uiuum ueri & uiui dei filium, genitum ab æter-no de substantia patris, ideo & coæqualem siue ὁμοθετοῦ, id est, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos & propter nostram salutem incarnatus & uerus homo factus est, constans rationali anima & carne nostra uera, quam neq; de cœ-lis secum tulit, neq; de aëre uel syderibus finxit, sed cooperante sancto spiritu ex substan-tia intemerata uirginis Mariæ assumpfit, homo utiq; uerus & perfectus, sicuti deus ue-rus & perfectus, manens in duabus illis substantijs siue naturis, non ipsis quidem inter-sese commixtis uel conuerfis, sed societate & modo quodam ineffabili in unam perso-

nam inseparabilem unitis. Non enim duos Christos aut filios confitemur, sed uerum deum & hominem unum filium, traditum quidem in mortem ob peccata nostra, & resuscitatum propter iustificationem nostri, assumptum quoq; in cœlos, sedere ad dextram patris, inde uenturum cum claritate ad sumēdos sanctos in uitæ æternæ & promissorum cœlestium fructum, & ad prophanos iudicados igni perpetuo, facta utriusq; partis resuscitatione, cum carnis uera restitutione. Credimus & in spiritum sanctum, eiusdem essentia, potestatis & gloria cum patre & filio, à quibus procedit, qui loquutus est per prophetas, in unam sanctam & apostolicam ecclesiam, in qua omnes sancti gratuito huius opera sanctificantur, in quam & lauacro regenerationis, sacro scilicet baptisimi symbolo, suscipiuntur, collato in nomen patris, filii & spiritus sancti.

In hanc confessio- Hæc est catholicæ fidei in primis utriusq; in Christo naturæ orthodoxa confessio, sionem confen quæ una ac sola simplicitate & puritate sua facile discuit omnem erroris ac hæresum casit totus orbis, liginem. Hæc confessio sincere & illibate custodita est ab initio à sanctis & electis dei omnibus. Hæc quoq; toties ab hæreticis impedita uictrix semper perstigit immota. Habuit enim propugnatores & fortissimos & in factis exercitatissimos, uiros quorum paulò ante meminimus apostolicos, & post hos nihil segniores ecclesiarum uigilantissimos epis copos, & ecclesiasticos scriptores. Recensuit Beda ille in libro de Temporum ratione sy nodos sex, in quibus ueræ & catholicæ confessionis Christi negotium diligentius tractatum adeoç; aduersus impias hæreses defensum est. Primo enim Constantini magni temporibus, anno Christi CCCXVIII. ex toto terrarū orbe congregata est Niceæ in Bithynia contra Arrium CCCXVIII. patrum Synodus. Deinde sub Gratiano principe Anno Christi CCCLXXXIII. Constantinoli synodus patrum CLXXX. coacta est aduersus Macedonium & Eudoxium. Porro contra Nestorium in Epheso CC. patres conuenerunt, imperante Theodosio magno, Anno Christi CCCCXXIII. In Chalcedone autem sub Martiano principe anno Christi CCCCLIII. congregatur Synodus DCXXX. patrum contra Eutychen & Dioscorum Alexandrinum episcopum. Cæterum in Synodo V. & VI. quarum utraq; Constantinoli celebrata est, Nestorij & Eutychis Monothelitarumq; damnata est hæresis. Atq; non hæc modo, sed cæ teræ quoq; damnatae sunt, non placitis humanis, sed scripturis sacris. Testatur hoc præ clara eorum temporū monumenta episcoporum, tam Latinorum quam Græcorum, Athanasij in primis, Basilij, Nazianzeni, & Cyrilli, Hilarij quoq; Augustini & Ambrosij: quorum opera p̄fissima & elaboratissima, si quidam tam sincero animo legerent, quam temerario & prompto de rebus nondū intellectis pronunciant, inuenirent quod morbis ipsorum mederetur ualidissime. Quin & apostolus Paulus, Omnia (inquit) probate, quod bonum est tenete: sed dum illi non modo pertinacius suis nititur capitibus, sed & sanctorum dei hominum aspernantur scripta, merito erroribus circumacti cæci & amentes tandem concidunt. Atqui sic inquieti oppugnabant olim Pontificij ueritatem reducem, obijcientes patres & Consilia. Cæterum nos neq; patribus neq; conuentibus sanctorum nitimur, nisi quatenus constat illos consona scripturis & dixisse & statuisse. Neq; par ratio est. In istam enim confessionem quam professi sumus, non semel totus consensit orbis, imò nemo pius de religione Christi aliter sensit unquam. In Pontificiam autem religionem paucissimi consenserunt, præterea præcipui ecclesiæ doctores de certis præcipue articulis Pontificiæ religionis uel aliter fenserunt, uel illos prorsus nescierunt. Certè monarchiam Romani pontificis nesciit primitua ecclesia, neq; uila eius ratio habita est in Synodis priscis. Simulachra in templis ueteres episcopi non tulissent. Aperta eius rei argumenta reluent ex Athanasij operibus & Epiphanius factio apud diuum Hieronymum, sed & omnes historiæ acerrimum illum conflictum inter Orientales atq; Occidentales ecclesiæ propter simulachrorum usum, quid utrinq; sanctum, quomodo utrinq; coacti conuentus episcoporum, alterç; alterius statuta resciderit atq; damnarit, copiosissime narrant. Incidit autem is conflictus in Constantinorum & Leonum Cæsarum tempora, dum numerarentur anni à Christo nato, paulò minus septingenti quadraginta. Et Platina in uita Agathonis disertis uerbis fateatur Ioannem Portueñ,

Portueñ, episcopum Constantinopoli primum Missam celebrasse in templo Sophiæ sa
cro, eumq; ritum sacrificandi, quem Romana (ut ait Sabellicus) sanxisset ecclesia, appro
batum fuisse à Græcis: at qui is annus erat à nato Christo septingētus tertius. Tran
substantiationem sero tandem definiit Turonicum Vuercellense ac Romanum Consi
lium. Prisca ergo patrum sœcula uel illa quæ Pontificij ut ueruissima mirantur, nescie
runt, uel aliter de ipsis senserunt: ut nunc non sit par ratio Pontificiorū qui nescio quos
patres & conuentus nobis obiiciunt, & nostrorum qui in confessione Christi aberran
tibus, ueruissimam istam Christi confessionem opponunt. Verum ut isti videant con
fessionem nostram non ex traditionibus humanis, sed sacrarum literarum arcanis peti
tam adeo puram, simplicem & ueram esse, primo de diuinitate, secundo autem loco de
humanitate Christi ex scripturis disputabimus.

Qui Christum negant uerum esse deum, timent ne Christum confitentes plures cum De unitate &
ethnicis fateantur deos. Sic enim nouit satan ueritatem defendendo cōcitere, Vnicum trinitate dei,
deum vindicat, ut de unico hæresim faciat, nempe ut mundo persuadeat patrem incar
natum & passum uenisse in discipulos: atq; hoc proponens putat se ueram possidere ue
ritatem, dum unicum deum nō aliás putat credendum, quām si ipsum eundemq; & pa
trem & filium & spiritum sanctum dicat, quasi non sic quoq; unus fit omnia, dum ex
uno omnia, per substantiæ scilicet unitatem, & nihilominus custodiatur ὁμοομία (ut
Tertullianus habet) sacramentum, quæ unitatem in trinitatem disponit, tres dirigens,
patrem & filium & spiritum sanctum. Tres autem non statu, sed gradu: nec substantia,
sed forma: nec potestate, sed specie. Vnius autem substantiæ, & unius status, & unius po
testatis: quia unus deus, ex quo & gradus isti & formæ & species in nomine patris & fi
lii & spiritus sancti deputantur. Vnum ergo & nos fatemur esse deum, sed hanc appella
tionem tres complecti personas, quæ sint proprietatibus quidem distinctæ, sed substanc
ia interim coæquales. Ordinem enim recipit trinitas, quæ inæqualitatem aliás nescit,
neq; quicquam uel temporis uel corporis habet. Pater solus à nullo est, filius à patre sine
initio genitus est, ab utroq; uero procedit spiritus sanctus. Trium tamen una est deitas,
coæqualis maiestas. Non enim tres dij sunt, sed tres unus deus. Sed offendunt forrassis
quæ nonnullis uideri poterant noua & à scripturis aliena uocabula, substantiæ siue es
sentiæ, personæ, consubstantialis & coæqualis. Cæterum id negotio theologico syncro
nous aliás ac plano usuuerit quod contractibus humanis, qui cum apud priscos propter in religionis ne
morum integritatem & simplicitatem & omni fuco carerent, uafricie tamen & dolis ho
minum corruptissimorū cō redacti sunt, ut hodie ne uerbosissimis quidem instrumen
tis à mendacijs & dolo repurgari præseruariq; queant. Olim post chirographum debiti
testimonium nihil exigebat à debitore creditor, sed & paucissimis strictissimisq; uerbis
ipsa quoq; instrumenta scriebabantur ueteribus. Ita satis quoq; erat quondam confiteri,
Credo in deum patrem, filium & spiritum sanctum: curiositas prophanorum quorun
dam hominum effecit, ut eandem rem nunc cogamur explicatoribus effari uerbis. Iam
ut res non ex uerbis quibus effertur, sed ex ipso iure & re ipsa quæ est, æstimatur: sic ni
mirum quilibet pius hoc negotium non ex uerbis, sed ipsa re ac ueritate æstimabit, qua
libuscunq; tandem effetur uerbis. Diuus Ambrosius de fide contra Arrianos cap. 5.
egregie ait, Quomodo dicas Arriane in scripturis diuinis non inueniri ὁμοδοτοπ? Qua
si ὁμοδοτοπ aliud sit quām quod dicit dominus, Ego & pater unum sumus. Ego de pa
tre exiui, & ueni in mundum. Ego in patre, & pater in me. Qui quum esset in forma dei,
non rapinam arbitratus est ut esset æqualis deo. Hæc est tamen nominis ratio, ut in pa
tre & in filio unitatem substantiæ credas, licet rem ipsam quæ est inenarrabilis definire
non possis, ut siue lumen de lumine dicas, siue uerbum de uerbo, siue spiritum de spiri
tu, siue dominum de domino, quodcunq; de eo dixeris, unius tamen essentiæ patrem &
filium credas. ὁμοδοτοπ enim Græci dicunt, quod nos cum uno aliud ipsum. Iam & D. Persona.
Aurelius Augustinus multis agit de significatione personæ libro de Trinitate septimo.
In quinto autem libro capite nono paucis uerbis totum penè hoc negotium expediens,

Dicimus, ait, unam essentiam vel substantiam, tres autem personas: quemadmodum muliti Latini ista tractantes, & digni auctoritate dixerunt, cum alium modum aptiorem non inuenirent, quo enunciarent uerbis, quod sine uerbis intelligebant. Re uera enim cum pater non sit filius, & filius non sit pater, & spiritus sanctus ille, qui etiam Donum dei uocatur, nec pater sit nec filius, tres utiq; sunt. Ideoç pluraliter dictum est, Ego & pater unus sumus. Non enim dixit, Vnum est, quod Sabelliani dicunt, sed, unum sumus. Tamen cum queritur quid tres magna prorsus inopia humanum laborat eloquium. Di-

Non ut tres dijctum est tamen tres personæ, non ut illud diceretur, sed ne taceretur. Paulò uero significarentur, sed cantius & simplicius hunc nodum dissecans Gregorius ille Nazianzenus D. Hieronymum unitas in terim afferitur, dicimus una ὁντα & tres ἑπόσαστες, illud quidem naturam designat deitatis, hoc autem netaceretur aut trium proprietates. Idem consimiliter sentientibus Latinis, sed propter linguæ suæ andissimularetur personarum distinctionem in scripturis, ab ὁντα ἑπόσαστες, propterea induxerunt personas, ut non tres essentiæ recipiantur. Et sane ἑπόσαστες, idem est quod ἴδιοτης, & quod πρόσωπο natura scilicet subsistens. Vnde & Dionyfius de deo loquens, οὐδὲ τρίποστος dicit, id est, unitatem in triplici natura subsistentem. Sed quid rem simplicem obscurioribus ac copiofioribus inuoluimus uerbis, cum ipsa scriptura, quæ unitatem dei unice propugnat in natura eius explicanda ubiq; distinctis utatur uocabulis: Si enim trinitas non est, quorsum pertinent patris, filij & spiritus sancti nomina? Personas ergo, gradus, hypostases, species, formas, siue partem, filium & spiritum sanctum nomines, perinde est, dummodo credas & intelligas unitatem dei subsistere in trinitate, & hanc sua habere propria. Nec id quidem difficile, cum sermè simile quidpiam cernatur in rebus creatis. Sol enim cum unus sit, gignit tamen ex se radios, tum ex utroq; proficiscitur calor. Quemadmodum uero Sol fons est luminis, ita pater fons est filii, qui est lumen de lumine. Et ut à Sole simul & radijs manat calor, ita ab utroq; tam patre quam filio procedit spiritus sanctus. Si iam fingas Solem qui nunquam uel esse cceperit uel esse defitus sit, nonne ab hoc sempiterno sempiterni nascitur radij, & utrinq; proficisceretur calor & que sempiternus? Tertullianus aliud singit simile, fruticis scilicet radicis & fructus. Augustinus uoluntatis, rationis & memorie, quæ una sint anima. Verum ista quæ de trinitate tradit scriptura, inuisibilia ineffabiliaq; sunt. Rectius ergo Ambrosius, Si aliquam, ait, comparationem de rebus his quæ uidentur in deo facias, ipsa dissimilitudine rerum non rationem ostendes, sed alterationem disputationis induces, ut cuius uoce descriptum est, Cui me comparabis? Cum ergo assimilari non possit deus, sufficiat nobis credere quod ipse de se credi uoluit, & quod nobis in sacris literis præscriptis. Dixit ille, Baptizate eos in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Item de Christo, Hic est filius meus dilectus. Tum & spiritus sanctus apparebat in specie columbae. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Item scriptū est, Verbo domini cœli facti sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Tres apparuerunt Abrahæ, & unum adorauit. Ioannes quoq; Baptista dixit, Qui è cœlo uenit super omnes est, & is quem misit deus uerba dei loquitur. Non enim huic ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit illi in manum. Item, Spiritus domini super me eo quod unixerit me, ad euangelizandum pauperibus misit me. Cum uenerit paracletus quem ego mittam uobis à patre, spiritus ueritatis, qui à patre procedit, ille me glorificabit, quia de meo accipiet & annunciat uobis. Omnia quæcunque habet pater mea sunt, propterea dixi quod de meo accipiet & annunciat uobis. Sunt innumera alia huius generis passim in scripturis testimonia, personarum proprietatem & distinctionem plane significantia. Quibus non repugnat quod alibi dicitur, Audi Israël, Dominus deus tuus deus unus est. Si enim hæc sententia uera est, dissoluta est tota hæresis compages. Cogit enim nos fateri distinctas istas personas inseparabiliter sibi esse nexas, & patrem, filium & spiritum sanctum unum esse deum uerum. Si enim non est unus, duo sunt: si duo sunt, mentitur qui dicit, Dominus deus tuus deus unus est: mentitur qui dicit, Videte quoniam ego sum deus, & non est aliud præter me.

Simile unitatis
& trinitatis
dei.

Matth. 28.
Matth. 3.
Gene. 2.
Psalm. 32.
Gene. 18.
Ioan. 3.
Luc. 4.
Isaie 61.
Ioan. 15.
&c 16.

Deute. 6.

me. Sed quia deus uerax est, & mentiri non potest, pater, filius & spiritus sanctus, hi scilicet tres unus deus sunt. Quæro enim an hic locus Mosis de Christo intelligendus sit, an non sit? Si de Christo intelligendus est, consequens est patrem & filium unū esse deum. Si uero de Christo intelligendus non est, duo erunt dñs & duo domini. Nam & filius paulam in sacris dicitur deus & dominus. Similiter quæro, cum Augustino, quis apud prophetam dixerit, Ego sum dominus, & non est alius præter me, pater ne an filius? Si pater hoc dixit, non uerum dixit. Nam & filius dominus & deus est. Si uero filius dixit, ne ipse quidem uerum dixit, quia est alius dominus pater. Si autem hoc dixit trinitas, profecto & uerum dicit, & omnes falsum dicere ostendit, qui personas confundunt, uel propter personarū distinctionē inēqualitatem in diuinitate uel plures deos inducunt. Trinitas enim unus dominus noster est, & præter ipsum alias non est; atq; in hac trinitate, quæ deus est, pater deus est, & filius deus est, & spiritus sanctus deus est, & hi tres unus deus. Comprehenduntur hæc inexquisita fide, quæ sanctis dei oraculis curiositate postergata, sincere credit. Recte enim magnus ille Alexandriæ Athanasius, Deus comprehensibilis (ait) non est deus. Nam si nec angelos nec animas nostras, quæ sunt res creæ, apprehendere ualemus, quanto magis decet ipsum illorum conditorem incomprehensibilem? Quæ omnia partim aduersus illos disputauimus, qui piaculum credunt, si Christum fateantur deum, quasi hoc confitentes, protinus plures fateantur deos; patti aduersus eos qui personas in trinitate confundunt.

Nunc testimonia subiiciemus, quibus approbabimus Christum Iesum dici & esse deum uerum & naturalem dei filium, genitum ante sæcula, patri per omnia similem atq; deus est. consubstantialem.

Primum autem prodeat Thomas, qui apud Ioannem in 20, cap. ex eo quod Christum uideret superata morte rediuiuum astare, confessus libere, exclamauit, Dominus meus & deus meus. Quæ confessio sola omnem erroris destruit blasphemiam. Deinde prodeant & prophetæ, in primis autem Isaías prophetarum princeps. Is prosopographia egregia Christum in capite nono depingens, Puer inquit, natus est nobis, & filius datus est nobis: & erit principatus super humerum ipsius, & uocatum est nomen eius Mirificus, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater in æternum, Princeps pacis. Iam si quis contentiosius asserat Isaiam Christo non ipsum dei nomen incommunicabile tetragrammaton יְהִיְהִי tribuere, sed ἡν, id quod etiam dñs falsis, rebus quibuslibet magnis, iudicibus & angelis ascribatur, ideoq; prophetam nil augustius dixisse quam si Christū uocasset magni consilij angelum: is expendat quod per consequentia attributa, Fortis & Pater æternus, conuincitur, quod uocabulum ἡν pro ipso uero deo positū est, cum scriptum sit, Et patrem Matth. 23,

nolite uobis uocare super terrā. Vnus est enim pater uester qui in celis est. Quid quod Ieremias in cap. 23, Christo plane tribuit nomen dei tetragrammaton, dicens, Ecce dies uenient, dixit dominus, & suscitabo David gerumen iustum, & regnabit rex & prosperabitur, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda & Israel hababit confidenter: & hoc est nomen eius quo uocabunt eum lehouah, id est Deus, iustitia nostra. Qua sententia quid obsecro dici potuit planius? Imò ne quis istud prophetæ existimet excidisse temere, idem īsdem uerbis repetitur & inculcatur in capite trigesimo tertio.

Iam & Psal. 45, de Christo rege & sponsa eius ecclesia, scilicet contextum esse, non modo conuincit authoritas apostolica ad Hebr. 1, cap. sed & hic uersus, Dilexisti iustitiam, et odisti impietatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiae præ confortibus tuis. Hunc uersum protinus sequitur alius in hanc sententiam, Audi filia (sic enim loqui inducitur pronubus) & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populi tui & dominus patris tui, & concupiscet rex decorum tuum. Quoniā ipse dominus tuus, & adorabis eum. Matth. 4,

Qui locus non tam dei sue domini & adorandi uerbo efficax est, quam quod in Deut. scribitur, Dominum deum uestrum sequimini, ipsum timete, mandata eius custodire, & Deut. 13,

audite uocem eius. Ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis.

Ipse quoq; dominus apud Ioannem nō semel diuinitatem suam approbans in 5, cap.

id præcipue agit, & inter alia multa argumēta diuinitatis suæ clarissima, Pater meus (ait) ad hoc usq; temporis operatur, & ego operor. Ex quibus uerbis uel stupidi illi Iudæi intelligebant quod se patri diceret esse consubstantialem. Sequitur enim, Propterea ergo quærebant eum magis interficere Iudæi, quia non solum soluisset sabbatum, sed & partem suum dixisset deum, & qualem se faciens deo.

Ioan. 10. Ques meæ, ait, uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam de manu mea. Hanc positionē mox sic approbat, Pater meus qui dedit mihi illas, maior omnibus est, id est, maximus omniū est, & super omnia est (cōparatiuus pro superlatiuo) & ne mo rapiet de manu patris mei. Hic subintelligenda illatio huc positio, ergo nemo rapiet eas de manu quoq; mea. Sequitur enim confirmatio, Ego & pater unum sumus. Cum ergo nemo possit eas rapere de manibus patris, ego uero & pater unū sumus, nemo poterit & de manibus meis rapere. Vnitas igitur illa patris & filij non de concordia tantum, ut quidam garriunt, sed de unitate substantiæ, gloriæ & potentiæ intelligitur, quod scilicet filius patri per omnia sit & qualis, unus utiq; deus uerus cum patre & spiritu sancto. Interim uero obserua quod non dixit, Ego & pater unum sum, sed unum sumus, quo notata est personarum impermixta distantia. Iste porrò uerbis perciti Iudæi lapides corripiunt ut lesum sternant. Atqui is respondit & ait, Multa præstisti uobis beneficia, ob quod illorum melapidabitis? Respondent, Ob beneficia non lapidabimus te, sed ob blasphemiam, & quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. En Iudæi ut ut occlusis palpēt oculis, oculatores tamen Arrianis, intelligunt hanc Christi sententiam, Ego & pater unum sumus, eò pertinere, quod filius patri consubstantialis est. Imò ipse dominus & perfidiam illorum increpitans, & diuinitatem suam afferens, subiugit, Si scriptura quæ falsa esse non potest, iudices propterea deos nominat, quod uerbum dei ad eos factū est, id est, quod ipsis potestas à deo facta est: quanto iustius ego me deum esse fateor (obserua interim ista per comparisonem, non & equiparationem dici, quasi se ea ratione deum dixerit, qua iudices dīj nuncupati sunt: id quod nonnullis imponit) ego inquam, qui à patre sanctificatus & in mundum missus sum, quemq; ipsa opera diuina probant esse deum? Credite ergo quod pater in me sit, & ego in pare, hoc est, quod unū sum in essentia cum patre. Quod enim paulò ante dixit, Vnum sumus, hic significantius dicit, Ego in patre, & pater in me: nimirum ne quis unum de concordia & amicitia, non unitate substantiæ intelligerer.

Ioannis 14. magna libertate & uerborum luce absq; omni ænigmate palam ad discipulos dicit, Ne turberetur cor uestrum, Creditis in deum, & in me credite. Ego sum uia, ueritas & uita. Qui uidit me uidit patrem. Non creditis quod ego in patre sum, & pater in me? Cum autem constet Christum esse doctorem ueritatis, cōsequens est, quod non seduxerit eos quos sibi fidere iussit. At fidei obiectū deus est. Creatura enim id esse non potest. Christus itaq; deus est. Alibi enim clarissime dicit, Ego sum panis uiuus qui de celo descendit, qui confidit mihi habet uitam æternam.

Ioannis 17. pari perspicuitate pronunciat & ait, Pater uenit hora, glorifica filiū tuum, ut & filius tuus glorificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut quotquot dedisti ei det eis uitam æternam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christū. Quibus uerbis & unitatem dei afferuit contra ethanicam religionem, qua plures dīj coluntur, & personarum distinctionem insinuauit, interim clare prædicans se uerum & solum esse deum cum patre, unum inquam non plures, rametsi distinctæ notentur personæ.

Paulus quoque apostolus non uno loco apertis uerbis Christum uerum fateretur esse deum, unius scilicet essentiæ cum patre. Ad Romanos enim scribens 9. capite utramq; in Christo naturam significantissimis afferuit uerbis, dicens, Iudeorum sunt patres, ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem, qui est in omnibus deus laudandus in sæcula. Quæ uerba ut nulla expositione egent, sic fideli homini satis in hac re faciunt, & omnes hæreses facile confringunt,

In 1. ad Corinth. s. capite, Tametsi sint, ait, qui dicantur dij siue in celo siue in terrar: quemadmodum sunt dij multi, & domini multi: nobis tamen unus est deus, qui est pater ille ex quo omnia & nos in illum: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per illum, Vnum hic deum patrem, unum dominum Iesum Christum dixit: non quod Iesus Christus non sit deus, sed ne Gentilibus scribens, plures uideretur asserere deos, Vnum ergo confessus est, interim uero unum quoq; dominum confitetur, ut intelligamus hunc quidem specie distinctum esse à patre, sed eundem in potentia. Hac etiam de causa adiecit, Ex patre ut fonte esse omnia. Per filium uero ut uerbum ipsius esse omnia. Una igitur utriusq; essentia, personæ distinctæ sunt. Scriptura certe indiscriminatim ferè dei & domini utitur uocibus. Vtranq; Christo attribuit Thomas.

Ad Galatas 1. cap. idem Paulus sic asserit diuinitatem Christi, ut interim non neget fuisse aut esse hominem, sed augustius quippam in eo agnoscit quām recipiat uulgaris, ipsum inquam uerum esse deum. Dicit ergo Paulus apostolus non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christum ac deum patrem, qui illum suscitauit à mortuis, uocatus &c. Ad Titum capite 2. Apparuit, ait, gratia dei salutifera omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegata impietate, pie uiuamus expectantes beatam illam spem & apparitionem gloriae magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, &c. Sed quando hæc Pauli sententia cuiquam uideri poterat anceps, quę tamen re uera simplex est, audiat Ioannem illum tonitru filium minime obscuris uerbis testificantem dicentemq; Scimus quod filius dei uenit & dedit nobis mentem, ut cognosca= 1. Ioan. 5. mus illum qui uerus est, & sumus in uero, in filio eius Iesu Christo, HIC EST VERVS DEVS ET VITA AETERNA.

Tametsi iam ex ijs quę posuimus testimonia satis perspicuum sit Christum esse ab Christus aeterno secundum naturam diuinam, naturalemq; hoc est, uerum dei uiui filium, subij- ciemus tamen & huius rei clara aliquot testimonia, si id prius monuerimus scripturam patris filius. Filii nomine personarum proprietati patrocinari. Filius aliás, authore Apostolo, dicitur quod hæres constitutus sit omnium, & quod sit splendor gloriae, & expressa imago substantiae paternæ. Idem dicitur Primogenitus, quia ante omnia genitus: & Vnigenitus, Primogenitus quia solus à deo genitus. Omnia enim alia quę sunt, facta sunt. Solus filius ab aeterno dicatur genitus ex substantia patris. Proinde filium dei uiui confitentes Christum, hunc uerum deum esse confitemur.

Et Petrus quidem apostolus à Christo interrogatus plus in ipso agnoscit quām animam propheticam: erant enim qui tum quoq; crederet Christum esse uel Ieremiam uel Heliam, uel ex prophetis alium quempiam, adeoq; ut nonnulli uel hodie dicunt, Prophetam dei magnum: at Petrus libere confitetur, Tu es Christus ille filius dei uiuentis. Et apud Ioannem in cap. 6. Domine uerba uitæ aeternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quod tu es Christus filius dei uiui. Ita & Ioannes Baptista apud Ioannem in primo capite, Vidi (inquit) spiritum descendenter specie columbae de celo, & mansit super eum, & ego non noueram eum, sed qui misit me ut baptizarem aqua is mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendenter ac manentem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto: & ego uidi & testatus sum hunc esse filium dei.

Huc quoq; pertinet illud patris testimonium apud Matthæum in 3. & 17. capite, Hic Quomodo est filius meus dilectus in quo placata est anima mea, ipsum audite. Dicimus quidem & Christus filius nos qui credimus filij dei in sacris: uerum per adoptionem. Nam natura filij iræ sumus, dei, & quomo & propter Christum dilecti & filij. Christus uero uerus & naturalis filius dei, non alieno merito, sed suapte natura filius est, adeoq; dilectus patri, ut propter ipsum uniuerso mortaliū generi placatus fit. Hunc ergo nobis doctorem præfecit. Hanc uiam toti mundo monstrauit. Hunc uere sapientem & uiuificantem esse pronūciauit. Habet enim uerba uitæ aeternæ, & spiritus sanctus super eum manet, sed & spiritu sancto baptizat, imo & super hunc uiuum uiui dei filium ædificatur tota structura ecclesiæ, quæ sane nobis nemo sanus ascriperit, ut ut dicamur filij dei. Nos ergo per adoptionem filij sumus, Christus natura patri per omnia coæqualis, increatus, aeternus, immensus & omnipo-

tens. De quo pluribus in ad Coloss. Paulus.

Matthæi 26. dicit princeps sacerdotum ad Christum, Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, an tu sis Christus filius dei uiui? Dixit illi Jesus, Tu dixisti. Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus coeli. Quam quidem sententiam mutauit dominus ex 7. Danielis capite, ubi inter cætera legitur, Videbam in uisione noctis, & ecce cum nubibus cœli, tanquam filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & coram eo fecerūt appro pinquare eum. Porrò quid aliud est peruenire ad antiquum dierum, quam patri per omnia esse coæqualem? Certe dominus apud Ioannem in 5. cap. eandē fermè repetens sententiam, Sicut pater, ait, habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semet ipso; & potestatē dedit ei iudicandi quoq; quia ille filius hominis est, de quo scilicet Daniel uaticinabatur.

Christus quo= modo dicatur aliqua acce= pisse.

Nolo autem quenquam in expeditissimo hoc negotio remoretur modus loquendi scripturæ creberimus, quo filius quædam narratur accepisse à patre. Multi enim hæretici in æ qualitatem patris & filij approbare uoluerunt isto loquendi modo. Cæterum D. Athanasius de Arriana & Catholica cōfessione ad Theophilum libro 8. hoc sophisita dissoluit, Quod autem accepit filius, secundum hominem accepit, id est secundum seruilem formam, secundum nostræ conditionis naturam, ipso domino in Euangelio dicente, Et iudicium dedit ei facere, quia filius hominis est. Sed D. Aurelius Augustinus libro de Trinitate 1. cap. 12. exposuit Dare pro generare, id quod istis apud Ioannem uerbis, Sicut habet pater uitam in semetipso, ita dedit filio habere uitam in semetipso, confirmat dicens, Neq; enim iam existenti & uitam non habenti dedit ut haberet uitam in semetipso cum eo ipso quod est uita sit. Hoc est ergo, Dedit filio uitam habere in semetipso, genuit filium incommutabilem uitam, quod est uita æterna. Sed redimus ad testimonia.

Ioannis 8. dicit dominus, Amen amen dico uobis, antequam Abraham fieret aut nascetur, ego sum. Non dixit, ego factus sum: sed de Abraham dixit, Priusquā fieret aut nascetur. Fieret ergo ad humanam naturam, sum uero ad diuinam pertinet substantiam. Necq; enim de confilio aut promissione Christi loquutus est, ut nugantur quidam, sed de substantia, id quod uel ex præcedentibus liquet. Neq; uero uel de carne sua loquutus est Christus. Nam de semine Abrahæ secundū carnem natus est. Proinde secundum substantiam siue naturam diuinam ab æterno est.

Locus Ioan. 1. cap. tractatus. Clarissime autem in primo capite Ioannes æternitatem filij dei & æternam ex patre natuitatem ostendens dicit, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, illud uidelicet quod in principio erat apud deum. Uerbum autem uocavit filium dominum nostrum Iesum Christum, non consilium aut promissionem in deo conceptam de filio; id quod hisce duobus argumentis approbamus. Proutus subiicitur, Omnia per uerbum esse condita, sed constat per filium, non per promissionem omnia esse condita, uerbum ergo filius est. Deinde sequitur, Et uerbum caro factum est: prædestinatio autem uel promissio incarnata non est, filius dei incarnatus est, testâte angelo, Quod nasceretur sanctum filius dei uocabitur; proinde per uerbum nihil aliud intellexit Ioannes quam filium. Hic erat, inquit, in principio. Principium autem longe alia significatione hic inducitur, quam apud Mosen dicentem, In principio creauit deus cœlum & terram. Ibi enim principium ordinis est, relationē habens ad consequentia: quasi dixerit, Primo quidem condidit deus uniuersitatem & uastam illam molem, deinde digessit ipsam. Hic uero principium nota est infiniti & æternitatis, ut intelligamus filium dei esse in principio, id est ab æterno. Nam & Micheas in cap. 5. Et tu, inquit, Bethlehem Ephrata paruulus quidem es in millibus Iuda, sed ex te mihi egredietur qui erit dominator in Israel: & egressus eius à diebus æternitatis. Præterea Erat dixit, non coepit aut factum est, sed Erat. Ita & in 8. cap. dixit, Priusquā Abraham fieret, ἐγώ μει ego sum, non fui: quasi nūc per incarnationem id esse desierit quod erat. Deus enim incommutabilis & inconuertibilis est. Filius ergo dei in principio est, qui alibi seipsum etiam principium appell-

appellitat. Atqui ne quis sibi nūicem misceret personas, patrem existimans esse qui uerbum est: statim addit, Et uerbum erat apud deum. Neq; enim quod est apud deum, & deus apud quem uerbum est una persona est, sed duæ sunt. Rursus ne quis propter personarum distantiam separaret diuinam essentiam, euestigio infert, Et deus erat uerbum, id est, filius unus & uerus deus est cum patre, una ergo utriusq; diuinitas, coæqualis maiestas & gloria. Quid uero multis opus? constat Euangelicam historiam in hoc scriptam esse toram, ut credamus Iesum esse filium dei. Nam in calce Euangeli sui Ioannes, Hæc scripta sunt, inquit, ut credatis quod Iesus est Christus filius dei, & ut credentes uitam habeat per nomen eius. Omissis ergo testimonij, proferamus nunc etiam argumenta aliquot, sed & ipsa uel ex scripturarum testimonij petita, uel scripturarum robore confirmata: si forsan quis hac ratione magis instituitur atq; reuincitur.

Deus in scripturis ineffabilis, infinita & omnipotens definitur esse existentia, quæ sci Argumētis col-
licet suapte uirtute subsistat, & omnibus esse tribuat. Sic enim legimus Exodi tertio, Et ligitur Christi
ait Moses ad dominum, Ecce ego ueniens ad filios Israel, dicam eis, Deus patrum uestro diuinitas.
rum misit me ad uos, & si dixerint ad me, Quod est nomen eius? quid dicā eis? Et respon-
dit dominus Mosi, Sum qui sum, sic ergo dices ad filios Israel, S V M misit me ad uos. Iam
uero legimus Christum apud Ioannem in s. cap. dixisse, Priusquam Abraham fieret ego
sum. Item, Si non credideritis quod ego sum, moriēmini in peccatis uestris. Christus er-
go non per adoptionem, aut appellationem, aut communicationem, sed per ueritatem
uerus naturalisq; deus est.

Omnis item substantia quæ creatura non est, deus est. Vniuersitas enim rerum diuidi Christus nō est
tur in creatum & increatum. Filius autem dei Christus dominus creatura non est. Nam creatura.
scriptum est, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est,
Christus igitur deus est.

Item per deum uiuimus, mouemur & sumus, ut inquit Paulus Acto. 17. sed per filium Iesu Christus
uiuimus. Nam is uita est fidelium, Ioan. 1. 14. & 1. Ioan. 5. filius ergo deus est. Solius enim uita est.
dei uiuificare est. Viuificat autem filius, ut ipse testatur Ioannis 5. & n. capite, unde
deus est.

Apud Isaiam in 43. & 45. cap. ait dominus, Ego sum, ego sum dominus, & nō est absq; Iesu Christus
me saluator, non est ultra deus absq; me, Deus iustus & saluans non est præter me, At le- salus est.
remias in 21. cap. Christum filium Dauidis, & deum, & iustitiam nostrā uocat. Præterea
idem Isaías de Christo uaticinans, nomine patris ad filium dicit, Dedi te in lucem Gen-
tium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. Proinde dum nullus alius deus præter u-
num, nulla alia iustitia & salus præter unam est, Christus autem ille deus, illa salus & iusti-
tia est, consequēs est Christum uerum esse deū, patri per omnia coæqualem. Huc quoq; Iesu Christus
pertinet quod idem Isaías in eodem 45. cap. Per meipsum (ait pater) iurauit, exhibet ex ore adorandus.
meo in iustitia uerbum & non retractabitur, quia mibi flectetur omne genu, & iurabit
omnis lingua. Atqui ad Philip. 2. scripsit Paulus, Donatum est Christo nomen quod est
supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne se genu flectat coelestium, ac terrestrium &
infernorum, omnisq; lingua confiteatur quod dominus sit Iesu Christus, ad gloriam
dei patris: id est, Cum uero Christo flectitur genu, cum is adoratur & colitur, cum illum
fatemur deum siue dominum nostrum esse, id quidem non cedet ad dei ignominiam.
Nam Ioan. 5. scriptum est, Pater omne iudicium (id est, omnia iura, ut uocant, & priuile- Gloria Iesu
gia, alle rächty vnd gerächtigkeit) dedit filio, ut omnes honorent filium, sicut honorant pa- Christi.
trem. Qui non honorat filium, non honorat patrem qui misit illum. Atq; hæc quidem
eius dei gloria est, qui denuo apud Isaiam, Ego, ait, Iehouah dominus deus, hoc nomen
meum, et gloriam meam (גְּבָרָה) alteri uel alieno non dabo. Cum autem ex superioribus
testimonij constet omnem dei gloriam filio esse datam, irrefragabiliter consequitur Ie-
sum Christum dominum nostrum non alienum esse deum, nec alterum, id est separa-
tum à substantia patris, sed eundem. Quid quod ipse dominus Iesu apud Ioannem in
27. hanc gloriam sibi ut propriam, non autem ut oblatam acceptam uendicat cum ait,
Et nunc glorifica tu me pater apud temetipsum gloria, quam habui priusquam hic mun

QQ

dus esset apud te. Quam habui, non quam accepi, ait: id quod propter eos dicimus qui dispensationis rationem intelligere nolentes, foede & per malitiam quandam abutuntur dandi & accipiendi uocibus. Ista uero tam dilucida, tam euidentia & solida sunt dei tatis Christi uerae testimonia, ut uniuersa hæreticorum phalanx aduersus hanc claram ueritatis lucem & inuictum fidei robur nihil possit, ut ut ringatur, insaniat, & frustra si bi uictoriā pollicetur. Vicit mundum Christus, & regnabit deus in sœcula semper.

Iesus Christus
sapientia dei.

Prouerbiorum quoq; octauo capite loquitur diuina sapientia, Dominus possedit me in initio uiarum suarum antequam quicquam ficeret. Ab æterno ordinata sum, à capite, ab antiquis terræ, antequam conderetur terra. Quum non essent abyssi genita eram, nondum eruperant fontes, nondum montes & colles constiterant, adhuc terram & flumina non fecerat. Quum præpararet cœlos, ibi ego, cum eo eram cuncta componens. Paulus uero in 1. ad Corinthios 1. capite, Nos, ait, prædicamus Christum dei potentiam ac dei sapientiam. Christus ergo ab æterno uerus & naturalis est dei filius. Atq; hic Solomonis locus nonnullos ueterum mire tortuit. Græcos enim sequuti legerunt, Dominus creauit me in initio uiarum suarum, ideoq; multa hic commenti sunt, ne hæreticis urgentibus dare cogerentur Christum esse creaturam & in tempore conditum. Arqui propheta, teste ueritate Hebraica scripsit, יְהוָה יְהוָה, Dominus possedit sive acquisivit me, quod perinde est ac si dixisset, Dominus genuit me: sed possidendi uerbum innuit sapientiam deo inseparabiliter & naturaliter semper esse innexam, quam scilicet ab æterno habeat, & ceu peculum possideat.

Coloss. 1.
Hebreæ 1.

Iesus Christus
uia & doctor.

Iam & similitudo & imago non diuersarum inter se rerum, sed similiūm & parium sive æqualium est. Cum itaq; Apostolus Christum planis uerbis appellat imaginem dei inconspicui, & characterem sive expressam imaginem substantiæ dei, necessarium est filium patri per omnia esse consubstantiale & coæternum.

Christiani apud Micheam in capite 4. dicunt, Omnes Gentes ambulant, unaquaq; in nomine dei sui, nos autem ambulabimus in nomine dei nostri. Ambulant autem in nomine ac uia domini Iesu, hic ergo deus est. Quò illud quoq; pertinet quod ipse pater, cœlitus uoce delata testatur, & ait, Hic est filius meus dilectus in quo placata est anima mea, ipsum audite. Si enim huic componas quod dominus Deuteronomij 10. dicit, Dominum deum uestrum sequimini, custodite mandata illius, & uocem eius audite; necessitate quadam compulsus confitebitur Christum esse deum uerum.

Iesus Christus
pastor.

Ezechielis 34. capite dicit dominus, Solus ego pascam gregem meum: at paulò post addit, Pascet eum seruus meus Dauid. Iam si solus deus pascit, & Christus pascit, oportet sane filium patri consubstantiale esse: alijs non pascere unus deus.

Iesus Christus
remittit peccata.

Nemo item potest remittere peccata, nisi solus deus, ut testatur scriptura Marci secundo. Christus remittit. Est enim agnus dei qui tollit peccatum mundi: ergo Christus deus est. Quod autem sanguini eius, quod uerbo Euangelij tribuitur remissio, item quod baptismo, non ut sanguini, sed ut sanguini filii dei tribuitur, alijs ut per fidem in filium dei efficacibus.

Iesus Christus
Messias.

Præterea necessarium est Messiam uerum, omnipotentem & æternum esse deum. Regnum enim Messiae æternum, omnium ætatum, temporum & hominum est, ut regem huius regni oporteat esse omniscium, æternum, omnipotentem, omnibus præsentem, & cordium scrutatorem, quæ quidem uni deo competit. Iam uero dominus Iesus ipse est Messias uerus, in lege & prophetis promissus. Cuius rei clara extant testimonia, Danielis 9. Ioannis 4.9. & 10. Item Acto. 13. cap. uerus itaq; deus Iesus est.

Iesus Christus
mediator est.

Christus item Iesus mediator est dei & hominum. Oportet autem mediatorem utriusq; naturæ participem esse, proinde oportuit Christum non hominem purum, sed etiam deum esse uerum. Alijs enim non potuisset mediare sive intercedere inter deum & hominem.

Iesus Christus
spes nostra.

Et Ieremiæ 17. capite propheta clamat, Maledictus omnis qui spem suam collocat in homine: beatus uero qui deo fudit. De Christo autem scribitur Isaiae 11. In ipso Gentes sperabunt. Et Paulus Christum spem nostram dixit: immo ipse Christus dominus non

non semel dixit, Amen amen dico uobis, qui fudit mihi, habet uitam æternam: necesse est igitur Christum non purum hominem, sed deum esse uerum, uiuum, æternum, patri per omnia consubstantialem.

Verum molestus fortassis sum ista & testimoniorum & argumentorum copiosa turba, sed utile est Christi domini hostibus, sed & ueræ fidei studiofis infirmioribus aliâs, opes ueritatis & fidei catholicæ firmamenta solida ostentare, nimirum ut illi suffundantur rubore, & uel reclamantes reuincantur, hi uero in fide confirmantur, atq; discant hæreticorum uitare blasphemias.

Nunc de uera & humana carne Christi disputabimus, quæ non tam cruce & ignominia Iudaica, quâm ingratitudine & perfidia hæretica indignissime blasphematur. *Christus uerus homo est.* Dum enim hi nunc sydeream, nunc aëream, mox cœlestem, item & phantasticam carnem fingunt, quid aliud quâm ipsum Christum abnegant & blasphemant? Si enim ueram carnem non assumpit Christus, ipse nec uere natus, nec mortuus, nec suscitatus, neq; uero & in cœlos susceptus est. Omnia enim illa per umbram & fascinum quodpiam falso & mendaciter egit, totiçp mundo imposuit. Sed absit ut pia mens istud uel per somnium suspicetur; interim tamen hæc incommoda, imò execrables alia sequentur blasphemiaz, si ueram carnem nō induisset dominus: atqui ueritas minime obscuris uerbis testatur dominū nostrum Iesum Christum uerum dei filium, uere esse incarnatum, hoc est natum de substantia uirginis Mariæ.

Huc enim pertinet illa prima de Christo seruatore promissio, quæ legitur Genesios tertio, Semen mulieris calcabit caput serpentis. En tibi, Christus dicitur semen, adeoçp mulieris semen, id est uerus homo de uero homine, & tamen non ex uiro uiri semen, sed mulieris alicuius præclaræ, id est uirginis semen. Isaias enim in capite 7. Ipse dominus (ait) dabit uobis signum, Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabis nomen eius Immanuel. Butyrum & mel comedet, usq; dum sciat reprobare malum & eligere bonum. Dicit autem propheta, Non excidet promissis deus propter scelus & perfidiam regis Achaz. Huius autem rei hoc erit signum, Concipiet uirgo & pariet filium. Decreuerunt quidem duo reges Syrus & Israëlitæ excindere regnum Iuda, sed frustrabütur spe sua. Non enim auferetur sceptrum de Iuda, donec ueniat Christus: priusquam uero ille uenerit, excidentur duo illi reges, atq; ita omni liberabitur periculo Iuda. Interim uero utrancp Christi indolem pulchre describit. Diuinam naturam perstringit parcus, dum ipsam unico notat nomine Immanuelem appellans Christum. De humana differit fuis, Virgo, inquit, concipiet & pariet filium: uirgo inquam non cœlum concipiet. Et angelus apud Lucam in primo capite adiecit, Concipiet in utero, ut notaret carnem Christi de substantia uirginis fore assumendam. Sed & sancta illa Elizabeth secundum uaticinium & promissionem Psalmi 132. Benedicta tu, inquit ad Mariam, inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Iurauerat enim dominus Dauidi ueritatem quam mutare non potuit, De fructu uentris tui (dicens) ponam super solium tuum. Proinde & Isaias propheta, Pariet, ait, filium, id est, uerum hominem, adeoçp ueram carnem, non sydeream aut aëream, sed filium, filium inquam de semine & lumbis Dauid: quod quidem de nullo potuit intelligi uiro. Quæ enim Immanuelem dicitur conceptura & partura, ea uirgo concipere & parere debet. Proinde consequens est quod caro Immanuelis accepta sit de substantia uirginis, quæ erat de domo & familia Dauidis. Ad uerā Christi humanitatem designandam faciunt & illa quæ sequuntur in propheta, Butyrum & mel comedet, usq; dum sciat reprobare malum, & eligere bonum. His enim ceu notis uerum pingit hominem, qui auctib; quibusdam crescit, eoçp fouetur & pascitur cibo, quo pueri uesci solent, imò qui & puerorum more fastiditis amaris, suauia malit.

In quinquagesimo tertio capite idem propheta mira hypotyposi Christum secundum carnem describens, ait, Crescit hic coram domino tanquam uirgultum, & sicut rādix in humo siticulosa. Non erit ei species aut decor, cum intuebimur eum, nulla erit ei forma, neq; reputabimus eum. Despectus & contemptissimus erit omnium, uir dolorum & ægritudinum peritus. Sic inquam despectum & nullius reputauimus, ut uultus

nostros ab eo auerteremus. Quapropter labores nostros tulit ipse, & dolores nostros portauit: nos autem existimabamus eum à deo plagatum & humiliatum. Cum tamen ipse à transgressionibus nostris uulneretur, & propter iniurias nostras conteratur. Et quæ sequuntur. Nam integrum illud caput abunde testatur à Christo ueram carnem esse assumptam. Phantasma enim vulneribus non confoditur, & corpus sydereum aut aëreum non angostatur, cōteritur aut doloribus angitur. Illa omnia ueri, humani, mortalis atq; passibilis corporis attributa sunt. Hoc pertinet & Psalm. 22.

Paulus item ad Galatas 4. quām simplicissime afferit Christū ex muliere esse factum, nihil nunc de conditione matris dīputans, quam ex alijs scripturæ locis virginem esse didicimus, sed de sexu & substantia Christi secundum carnem loquitur, quod illam assumptionem ex corpore mulieris, ueram utiq; Nam in 1. ad Timotheum 2. capite, Vnus inquit, est deus, unus etiam mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semipsum premium redēptionis pro omnibus. Idem ad Hebræos 2. capite, posteaquam pluribus dissenseret de diuina Christi natura, tum & de humana, tandem prolatō in mediū Isaiae testimoniō, Ecce ego & pueri quos dedit mihi deus, infert, Postquam igitur pueri commētium habent cum carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem, ut per mortem aboleret eum qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum, & liberos redderet eos quicunq; metu mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti. Nusp̄iam enim angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, ut misericors esset & fidelis pontifex, in his quæ apud deum forent agenda, ad expiandum peccata populi. Nam ex hoc quod ipse tentatus est, potest & ijs qui tentantur succurrere. Hactenus Paulus, qui singulis penē uerbis ueram carnem Christi propugnauit, & phantasmā atīcorū cœlestem, aëream atq; sydeream carnem impugnauit, adeoq; dissoluit. Primo enim, Vt pueri carnem & sanguinem habent, sic ipse quoq; eorundē particeps factus est. Deinde, In hoc ait, assumpsit carnem ut mori posset, & mortem sua morte aboleret. Atqui phantasticum, quod uocant, corpus mortem simulat, non moriatur. Hinc dicit, Per omnia similis factus est fratribus. Ceterum nos carne uera & anima rationali cōstamus, carne ergo uera & anima rationali constat Christus. Qui & tentatus dicitur, quod iterum ueræ carnis argumentum est, sicut & misericordia & fidelitas. Illud uero omnium est euidentissimum, quod palam dicit, Nusp̄iam angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Per angelos uero intelligit omnes substantias spirituales aut subtiliores, cuiusmodi est Valentini corpus cœleste, aëreum siue sydereum Apellis, phantasticum uero Marcionis, uno uerbo istas fabulas semel concutens, Nusp̄iam, inquit, in sacris legas Christum assumpsisse angelos: assumpsit enim semen Abrahæ, id est, uerum hominem de prosapia Abrahæ. Et sanè proprius ueram natu ram humanam ex prima promissione dicitur ubiq; in prophetis semen. Probe ergo Ioannes ap. stolus, Omnis, ait, spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse ex deo est: & qui non confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo non est: & hic est spiritus Antichristi, de quo audistis quod uenturus sit, & iam nunc in mundo est.

*Christi caro be
nedicta ex uirgine nata pure.* Aduersus hæc tam perspicua & solida scripturæ testimonia audent homines quidam prophani execrandas sub ueritatis pietatisq; prætextu proferre blasphemias. Vere quig; nuncius percontanti virginis, Quomodo concipiā & parā filium, quando ui-
rum non cognoscō respondit, Spiritus sanctus superueniet, id est ccelitus descendet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Id iam uocans uirtutem altissimi seu omnipotenti-

*Exponitur lo-
cus LUC. 1.*

tis, quod iam iam dixerat spiritum sanctum. Deinde quod obscurius dixerat, Superueniet in te, hic dilucidius effert, Obumbrabit tibi, id est, & umbra alarum suarum te proteget atq; incorruptam seruabit, & secundam reddet. Nam ut nimis Solis ardor sterilitatem aruis inducit, ita umbra non raro fertilitatis causa est: quo nimis allusit angelus qui statim subiuxit, Quapropter & quod nascetur sanctum vocabitur filius dei. Audiant & expendat hæc clara & euidentia angeli uerba haeretici. Nascitur Christus de uirgine, & qui nascitur & filius dei & sanctus est, sancto separatoꝝ à communi nascendi modo, quod maledictionem attinet, æditus in lucem, purus omnino, quia purissimi dei filius, in quem nulla labes uel macula recidere potest, quippe cum puritate sua nostram quoq; impuritatē eluerit. Preuidit istud sanctissimus dei uates Dauid, qui in Psalmo mystico no. de Christo domino conscripto, natuitatem eius purissimam & mirificam per stringens canit, In magnificentijs sanctitatis ex utero auroræ tibi ros natuitatis tuæ. Nam sic habet ueritas Hebraica, בָּרוּךְ מֹשֶׁה לְרַלְוָתְךָ. Atqui perturbation uerborum construictio sensum planum alias obscurat non nihil. Si ergo sic ordines, Ros natuitatis tuæ tibi ex utero auroræ in magnificetijs sanctitatis: sensus erit, Magnifica quadam sanctitate & more mirabili nasceris. Nam natuitas tua se habebit ut generatio toris, qui ex aurora pura ueluti matrice nasci uidetur. Elicit enim interdiu sol è terra uaporem, ut & ipse in Metheoris indicat Aristoteles, qui ob calidi sursum ducentis paucitatem temperatè noctis uel uesperarum frigore deorsum ducitur, atq; in aquam soluit, guttatum singulis inhærens herbarum apicibus. Plinius quoq; in 18. naturalis historiæ libro, In noctibus, ait, serenis & omni aura quiescente, neq; in nube, neq; in flatu cadunt rores. Edò iam alludens propheta dixit, Ut Sol è terra elicit humorem & rem creat: sic Sol iustitiae Christus è terra, hoc est, corpore uirginis ceu aurora pura nascetur, mirifice quidem & modo quodam sacro sancto. Iстis autem & illorum elisa est blasphemia, qui dominum nostrum aliorum hominum more natum esse mentiuntur, è coniugio scilicet Ioseph & Mariæ, cum tamen Matthæus istud scelus hisce uerbis manifeste reuulserit, Priusquam conuenissent deprehensa est grauida è spiritu sancto. Porro Matth. 1. Ioseph maritus eius, quoniam erat iustus & nolebat illam infamare, uoluit clanculum ab ea diuertere. Hæc autem cum is in animo uersaret, ecce angelus domini in somnis uisus est illi, dicens, Ioseph fili Dauid, ne metuas adiungere tibi Mariam uxorem tuam, nam quod in illa conceptum est, à spiritu sancto profectum est. Patiet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Quibus in uerbis præter puram natuitatem complura etiam relevant ueræ carnis argumenta, qualia infinita penè & in secundo capite Lucæ inuenias. Ibi enim non temporis modo, loci ac generis Christi fit mentio, sed & earum circumstantiarum, quæ ueræ carnis natuitati adhærent. Dicit enim, Postquam completi sunt dies pariendi, peperit filium suum primogenitum, ac fascijs eum inuoluit, reclinavitq; in præsepi. Veræ sane carnis hæc sunt indicia, non putatiui aut aërei corporis. Cætera iam breuitatis gratia transimus, paulò post plura de hac ipsa re dicturi, ubi utramq; in Christo naturam demonstrabimus. Hactenus enim de uera carne, sed pura, immaculata supraꝝ benedicta disseruimus ea qua potuimus breuitate & luce.

Qui autem Christo animam ademere rationalem, uerbum substituerunt animæ loco, uidetur protinus sibi excidisse ne scisse ꝑ redemptionis mysterium. Ab initio enim dominus hominem ex anima & corpore fecit, qui postmodum peccando periret. Christus autem uenit ut saluum facheret quod perierat. Primum ergo uidendum nobis est quid nam illud sit quod perierit, ex quo facile deprehendemus quid dominus ueniendo saluarit. Periret autem totus homo ex corpore & anima perfectus. Hic enim legem à deo accepit. Idem ille & legem dei contempnit: totus ergo transgrediendo peccauit, & proinde totus iam sui peccati uitio periret. Si autem totus periret, totus saluatoris beneficio indiguit: & si totus saluatoris beneficio indiguit, totum Christus ueniendo saluauit: & si totum ueniendo saluauit, non corpus aut animam, sed corpus & animam, qui bus totus homo constat, & quibus peccasse uidetur, assumpsit. Quid quod testimonij scripturæ apertissimis animam assumptissime Christus conuincitur? Apud Ioannem to-

Exponitur lo-
cus Psal. 110.

ties ingeminat. Animam meam pono pro ouibus meis. Nemo tollit eam à me, sed ego ponam eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Item, Et nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Pater seruato me ex hac hora. Et iterum, Cœpit Iesus affici dolore & mœstitudine, & dixit, Tristis est anima mea usq; ad mortem. Quæ omnia animæ rationali, non uerbo mirifico & incōmutabili comprehendunt. Diuus quoq; Ambrosius libro de Incarnationis dominicæ sacramento capite septimo hunc Lucæ locum tractans, Proficiebat Iesus ætate & sapientia & gratia apud deum & homines. Quomodo, ait, proficiebat sapientia dei? Doceat te ordo uerborum. Profectus ætatis & profectus sapientiae, sed humanæ estrideo ætatem ante præmisit, ut secundum hominem crederes dictum. Aetas enim non diuinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientia hominis. Sapientia autē sensu proficit, quia à sensu sapientia. Iesus autē proficiebat ætate & sapientia. Quis sensus proficiebat? Si humanus, ergo ipse suscepit est. Si diuinus, ergo mutabilis per profectū. Quod enim proficit utiq; mutatur in melius: sed quod diuinum est non mutatur: quod ergo mutatur non utiq; diuinum. Sensus igitur proficiebat humanus, sensum ergo suscepit humanum. Hæc Ambrosius. Certe si carnem modo suscepisset, nescio quid nobis contulisset brutæ per se modo carnis assumptio. Verum multo religiosius Paulus, Habentes igitur, inquit, pontificem magnū, qui penetrauit cœlos, Iesum filium dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit affici sensu infirmatum nostrarum, sed tentatum per omnia, iuxta similitudinem absq; peccato. Accedamus igitur cum fidutia ad thronum gratiæ, ut consequamur gratiam. Qui locus solus satis fuerit pietati studiosis aduersus inanimatæ carnis Christi assertores.

Hactenus uero apertis, opinor, scripturæ testimoniis tum & firmis solidisq; argumentis approbauimus Christum cum deum uerum, tum hominem esse uerum: consequens nunc est, ut de proprietate & unione harum dicamus naturarum.

Quomodo uerbum caro factum?

Quæredum ergo quomodo uerbum caro factum sit, utrum ne in carnem mutatum sit, an ne carnem induerit assumptur. Cæterum deum immutabilem & informabilem credi necesse est ut æternum. Transfiguratio autem interemptio est pristini. Omne enim quocunq; uel mutatur uel transfiguratur in aliud, definit esse quod fuerat, & incipit esse quod nō erat. Deus autem neq; definit esse, neq; aliud potest esse quam est. Iam uero constat uerbum sive filium dei unius esse essentia cum deo, qui quandoquidem mutari aut transformari non potest, consequens est quod uerbum intelligatur caro factum, dum sit in carne, & manifestatur, & uidetur, & contrectatur per carnem, aut dum assumit carnem: ut iam illa sententia. Et uerbum caro factum est, Ioannes nil aliud dicere uoluerit, quam deus assumpsit hominem. Neq; uero ueritatem peregrino corrumperimus, ut quidam nobis falsò impingunt, glossemate. Nam ipse Ioannes in Canonica sua usus est ueniendi uerbo. Dixit enim, Omnis spiritus qui cōficiet Iesum Christum in carne uenisse, ex deo natus est. Paulus uero assumendi. Dixit enim, Nuspianum assumit angelos, sed semen Abraham assumit. Expende item quid sequatur protinus in eodem Ioanne. Et habitauit in nobis, hoc est, illud uerbum quod carnem suscepit hoc habitauit in nobis, hoc est, in carne habitauit humana, & inter nos hominum more cōuersatum, inde & Immanuel dictus est. Quid quod alibi scriptum legimus, Qui peccatum non fecit, factus est peccatum? Hic si secundum canonem hæreticum hanc quoq; exponamus sententiam, cōsequens erit filium dei non in carnem modo, sed & in peccatum esse conuersum. Cæterum fides intelligit Christum pro nobis hostiam & expiationem esse factum pro peccato. Legimus præterea aquam uinum esse factum. Atqui nemo nesciat quā illam ita esse in uinum uersam, ut nihil prorsus remanserit de natura aquæ, tota enim iam commutata uinum erat. Ergo si quis nunc contendat pari modo dictum esse, Verbum caro factum est, consequetur deum incarnatione prorsus mutatum esse in hominem, adeoq; deum posthac esse nullum. Huc scilicet abducuntur blasphema ista uerititia & subtilitate sua. Certe Eutyches parum sanè auspicatus, Abbas Bizantinus, subtilitate execribili seductus duas naturas in Christo, quod & initio monuimus, ita confundebat

Lucus 2.

Hebreos 5.

fundebat ut humanam assumptam quidem, sed assumptionis conditione abolitam esse doceret, nec in Christo mansisse amplius quam diuinam naturam. Hominem ergo deo absumentem, nec sinebat carni assumpta in Christo locum. Nos autem credimus æternum patris uerbum ita assumpisse naturam humanam, ut quælibet per se natura imper mixte genium suum retineat. Aliud est enim quod assumit, & aliud quod assumptum est. Proinde non eadem potuit esse carnis diuinatisq; natura. Huius nunc testimonia non singula sed præcipua, cū ex scripturis diuinis, tum ex scriptoribus sacris proferemus.

*Due naturæ in
Christo.*

Isaias in 7. capite, Virgo, inquit, concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Immanuel. Fatetur ergo Messiam tam hominem quam deum esse appellandum. Nam & in 9. capite, Puer, ait, natus est nobis, & filius datus est nobis. Atq; in eo quidem testimonio filius datur, nam ab æterno est: & puer nascitur, nam in tempore secundum hominem incepit. Sic apud Micheam in 5. nascitur secundum carnem in Bethlehem, sed secundum diuinam naturam egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Zachariæ 13. legimus patrem pro populo quadam compellare gladium siue afflictionem, ac dicere, Gladi excitare super pastorem meum, & super uirum (יְהוָה) coæqualem meum, dixit dominus exercituum, Percute pastorem, & dispergantur oves gregis. Quo testimonio primum discimus pastorem istum, qui Christus est, patri esse coæqualem deum uerum, & tamen eundem hoc minorem esse secundum naturam humanam, iuxta quam passibilis est & percutitur.

Quin ipse dominus Iesus apud Matthæum in capite 22. Phariseos interrogans dixit, Quid uobis uidetur de Christo cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens, Dixit dominus domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo Dauid uocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Quasi dicat, Cum re uera filius sit Dauidis, interim uero & dominus, consequens est Messiam esse uerum deum & hominem. Ad hunc modū & Danielis 9. capite primo quidem legimus, Et nuncaudi deus noster orationem serui tui & deprecationes eius, & illumina faciem tuam super sanctuariū tuum desolatum propter dominum, id est, propter Messiam uerum dei filium promissum, qui in Ierusalem regnaturus sit, & de Zion apostolos in totum orbem terræ emissurus. Deinde uero planissimis uerbis, Et post hebdomades, ait, sexaginta uas occidetur Christus, confessus est itaq; Daniel in Christo tam diuinam quam humanam naturam.

Paulus ad Romanos 1. utramq; naturam in Christo agnoscens, Paulus, ait, seruus Iesu Christi, segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo qui genitus fuit ex semine Dauid secundum carnem, qui declaratus fuit filius dei per potentiam, spiritum sanctificationis & resurrectionem ex mortuis, Iesus Christus dominus noster. Fatetur ergo Iesum Christum uerum esse deum & hominem. Nam secundum hominem illius nativitatem reducit ad stirpem Dauidis. Secundum diuinam naturam nihilo minorem imò coæqualem patri facit, declaratq; deitatem eius tribus argumentis, Potentia scilicet signorum, de qua pluribus agit ipse dominus apud Ioannem in 5. & 10. capite. Spiritu sanctificante, & Resurrectione ex mortuis, qua euicta, incredula Thomæ mens clamauit, Dominus meus & deus meus. Porro qui ansam erroris sui querunt in dicti uncula definitus siue declaratus, nodum quæ runt in scyropo. Græce enim est ὅρθεντος, quasi quis dicat certo pronunciatus, & uelut certis demonstratus argumentis, quæ & subiungit protinus.

Ad Philippenses 2. capite idem Paulus longe apertissimis uerbis utramq; in Christo Locus Apostoli naturam confitens, ait, Is affectus fit in uobis, qui fuit & in Christo Iesu, qui cum esset ad Philip. 2. tra in forma dei, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis deo, sed semetipsum inaniuit etatus. forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Habes hic apertissimum testimoniū non modo incarnationis, sed & in ipso totum totius Christi mysterium mira breuitate & luce expositū. Iesus Christus, ait, in forma dei fuit. Quid est in forma dei esse? Sequitur, Formam serui sumpsit. Sed id perinde obscurum est. Sub

ditur ergo, In similitudine hominum constitutus, id est, factus est ceteris hominibus similis. Sequitur enim quod & hoc explicet, Et figura repertus ut homo. Id quod lingua nostra significantius sic exprimimus, vnd gestalt halben erfunden wie ein mensch sin sol, id est omni modo ut uerus homo repertus. Quid ergo est esse in forma dei? nimurum omni modo uerum esse deum, deo per omnia coequalis. Id quod per consequens dilucidius declaratur, Non rapinam arbitratus est ut esset aequalis deo. Id est, hoc ipsum quod deo aequalis erat, non ita reputauit ut solent qui per rapinam aliquid possident, misere timentes ut si ab eo uel latum, quod dici solet, unguem discedant, possessione exciderint. Vel, Non ita sibi putauit faciundū, ut faciunt qui rapinam tuentur. Augustinus libro secundo contra Maximinum Arrianorum episcopum capite 5. Rapina, ait, res est aliena quae per iniuriam possidetur. Cum ergo dei filius natura esset filius, deo per omnia aequalis, non rapina, id est alieno modo, sed natura erat aequalis deo. Et tamen cum sic esset, aequalis deo, inanuit semetipsum: non utiq; quod is esse desineret qui ab initio erat, cum deus sit inconuertibilis, sed ea re se exinanivit, quod ueluti regia trabea posita, serui formam assumpit. Obserua autem quod dixit Assumpit, quod uerbum praesens illud de inaniatione (ut sic dicam) exponit. Quod enim assumitur non deperditur: & quod assumit, seipsum re assumpta non perdit, sed assumptum in cōsortium admittit. Quid quod manifestissima statim sequitur interpretatio? Humiliauit seipsum, Proinde inanuit se, idem est quod humiliauit se. Videmus ergo unum illum Iesum Christum duas habere naturas diuinam & humanam, non sibi inuicem immixtas, sed proprietate distantes.

Huc enim faciunt permultum iste apud Ioannem antitheses, Pater maior me est. Et, Ego & pater unum sumus. Item, Qui fudit mihi habet uitam aeternam. Et, Qui credit in me non credit in me, sed in eum qui misit me. Alterum enim ad diuinam, ad humanam uero naturam refertur alterum.

Scriptores ecclesiastici de utraq; in Christo natura.

Verum ista iam olim summa cum diligentia à maximis religionis nostrae uiris ac scriptoribus tractata sunt. Ex uetusissimis plurimi hoc negotium exposuere, Athanasius in primis in epistola ad Epictetum Corinthiorum episcopum, Tertullianus quoq; in libro aduersus Praxeam, sed & Irenaeus in Cōrtio aduersus hæreses libro, & Ambrosius de Incarnationis Dominicæ sacramento. Ex uetusioribus uero de utraq; Christi natura scripsere Leo primus eius nominis, & Gelasius Romani Pontifices. Vigilius item martyr & episcopus Tridentinus lib. 5. & Ioannes Cassianus libros 7. Nos aliquot saltem ex uetusissimis proferemus testimonia.

Hippolytus.

HIPPOLYTUS martyr, & Arabum metropolis episcopus in memoria Hæsum, Christus, ait, procedens in mundū, deus & homo apparuit. Et hominem quidem eius facile est intelligere cum esurit, & fatigatur, & laborat, & sitit, & formidat, & fugit, orat, contristatur, & super cervical dormit, & calicem respuit passionis, & anxius sudat, & ab angelo confortatur, & à Iuda traditur & contumeliam patitur, à Caiapha & Hero de despicitur, à Pilato flagellatur, eiq; à militibus illuditur, & à Iudæis ligno affigitur, & ad patrem clamans commendat spiritum, & inclinato capite emitit spiritum, latus quoque lancea perforatur, inuolitus in sindone ponitur in sepulchrum, & à patre die tertia resuscitatur. Diuinitatem uero eius uidere rursus clarum est, quando laudatur ab angelis, & hoc à pastoribus inspicitur, & expectatur à Symone, & ab Anna testimonium perhibetur, & queritur à Magis, & à stella designatur, & aqua in nuptijs operatur uinum, & increpat mare violentia commotum uentorum, & ambulat super mare, & cæcum ex natuitate uidere facit, & mortuum Lazarum quatriduanum resuscitat, & uarias facit uirtutes, datq; discipulis potestatem.

Amphilochus.

AMPHILCHVS Iconij episcopus, Noli, ait, passiones carnis uerbo impassibili applicare. Deus enim sum & homo hæretice. Deus sicut profitentur miracula. Homo sicut testantur passiones. Quia ergo deus sum & homo, dic quis passus est? Si deus passus, dixisti blasphemiam. Si uero caro passa est, cur non passioni applicas, cui iniūcis quoque formidinem? Alio enim paciente alter non timeret, & homine crucifixo non perturbatur deus.

EYSTA

E V S T A T H I V S episcopus Antiochenus aduersus Arrianos scribit, Insaniunt, *Eustathius.*
debacchantur, & insano aguntur furore, imò & suis excesserunt mentibus, qui deo uerbo passionem applicare præsumunt. Si enim in Christo plenitudo deitatis inhabitat, primum quidem aliud est quod inhabitat aliud quod inhabitatur. Si autem naturæ differunt ab alterutris nullam mutationem plenitudini diuinitatis coexistere quisquam facteri debet. Illa seorsim applicanda sunt ei qui ex anima constat & corpore.

A N T I O C H V S Ptolemaidis episcopus in sermone contra hæreticos, Noli, ait, *Antiochus.*
confundere naturas, & circa dispensationem non contremiscas. Tene deum, da deo decentia: fuscipe hominem, da homini decentia. Esurij iste, qui secundum te: pauit ille, qui ultra te est. Situit, qui hodie natus est: ambulauit supra mare, qui sine tempore splenduit.

T E R T V L L I A N V S aduersus Praxeam dicit, Videmus ex scripturis duplēm sta *Tertullianus.*
tum, non confusum, sed coniunctum in una persona, Deum & hominem Iesum Christum. Et adeo salua est utriusq; proprietas substantiæ, ut & spiritus res suas egerit in illo, id est uirtutes, & opera, & signa, & caro passiones suas functa sit, esuriens sub diabolo, si tiens sub Samaritide, flens Lazarū, anxia usq; ad mortem, deniq; & mortua est. Quod si tertium quid esset ex utroq; confusum, ut electrum, non tam distincta documenta patarent utriusq; substantiæ, &c.

I O A N N E S C H R Y S O S T O M V S Constantinopolitanæ urbis episcopus in *Ioan. Chrysostomus.*
epistolam Pauli ad Timotheum priorem, homelia 7. scribit, Enimuero mediator utrisq; stamus.
eis debet societate coniungi, quorum mediator est. Id quippe mediatoris est proprium,
utrorumq; participem fieri, quorum fuerit mediator. Quemadmodum enim loci cuiuslibet medium utramq; partem contingat necesse est: ita & naturarum ambarum me-
diū oportuit utrasq; naturas contingere atq; connectere. Quemadmodum igitur homo
factus est, ita etiam deus erat. Homo quippe purus mediator nunquam penitus fieret. Oportebat enim huiusmodi mediatorem cum deo colloqui. Deus item solus mediator esse non posset. Neq; enim eum suscepissent hi, quorum mediator accederet. Sed fit hic finis testimoniorum utriusq; in Christo naturæ, quarum utraq; in sua proprie-
tate permanet.

Dicendum porrò erit de coniunctione naturarum Christi inseparabili, quam quidem alij unionem, alij communionem, alij mixtionem & societatem uocant, ipsam scili turarum Christi cet connexionem, &c. ut ita dicam, cohærentiam duarum naturarum personam Christi sibi inseparabilis constituentium. Et sane si de uocum ratione aliquid dicendum est, Coniunctionis uolis, cabulum uidetur longe inter alia tutissimum esse, quo & sanctus Augustinus legitur usus libro de Trinitate 13. capite 9. Unionis uero & Communionis uoces si consideres proprius parū tutæ sunt, licet & Augustinus non infrequenter Unionis & Hilarius & unionis & communicationis, deniq; & societatis uoce utatur. Sanctus Ireneus usurpat uocabulum Mixtionis, suo quidem tempori non incommodeum, at nostro propter irruptiones exortasq; hæreses admodum pericolosum. Veruntamen ut ut habeat ratio uocabulorum, id tamen longe certissimum est duas esse in Christo naturas diuinam & humanae easq; manere impermixtas, ita ut neutra de altera (nisi per communicationem idiomati) participet, sed proprietatem suam utraq; seorsim illæsa custodiat. Est & illud indubitatum plane quod hæ proprietates in Christo permanentes unitatem persone non dissociant. Cohæret enim in unitate personæ nexus indissolubili, sed & ineffabili diuinæ naturæ humana. De qua quidem audacius disputauit humana præsumptio, cum multo satius sit parcissime de illa loqui, & intra scripturarū metas magna cum religione teneri. Isaias enim clamat & ait, Generationē eius quis enarrabit? sentiens omnino unionē illam naturæ diuinæ cū humana inexplicabile esse. Ioannes quoq; iste dñi dilectus discipulus qui in sinu dñi recubuit, quiq; omniū perspicacissime diuina illa tremendaq; dei mysteria uidisse credit, ueluti renuens quæ impiū sit humanū animū scrutari, paucis et simpliciter, Verbū, inqt, caro factū est, & habitauit in nobis, &c. Ita & Paulus breuib. sed certis id negotij absoluēs, Citra contrauerſā ait magnū est pietatis mysteriū, deus manifestatus est

in carne, justificatus est in spiritu &c. Habis puram & apostolicam simplicitatem, nec est quod meliora & apertiora expectes. Vno illa est incarnationis mysterium quo deus homo factus est. Hanc simplicitatem, id est hoc uerbum incarnatum & hunc Christum dominum duarum naturarum inseparabili coniunctione constantem ecclesiæ cum occidentis tum orientis simplici purissimaç fide confessæ sunt, donec Nestor præsul Constantinopolitanus furijs contra ueritatem percitus unitatem hæc personæ solueret. Nec enim fabebatur Christum natura esse dei filium sed adoptione et merito, ideoç nō credebat unum Christum in uerbo dei & carne sed separatim atq; coniunctum alterum filium dei alterum filium hominis prædicabat. Sed audiamus quid contra hunc ueritas catholica proferat, Verbum, ait, caro factum est. Sed & fidelis testis ueritatis S. Cyrilus episcopus Alexandrinus Anathematismo primo, Dum, inquit, dicimus uerbū carnem esse factum, non confusionem, non mixturam, nō conuerzionem, aut immutationem contigisse dicimus circa eum : sed unitum potius ineftabiliter & inenarrabiliter sancto corpori animam habenti intelligibilem. Quod autem uniri dicitur, non omnino confunditur, sed fit in assumptione magis alterius. Affirmamus igitur ex deo patre uerbum in assumptione factum, sanctæ & animatae carnis, unitumq; secundum ueritatem inconfuse, ex matrice ipsa processisse hominem, permanuisse autem etiam sic deum uerbum : ideoç & merito & iure sanctam uirginem dici genitricem dei. Id quidem optime & piis simile sed tamen nonnihil obscurius dictum Holdrychus ille beatæ memorie Zwinglius, Tigurinæ ecclesiæ episcopus, exponit pari ratione, sed paulò clarius in Ratione fidei ad Carolum Augustum, locis aliquot scripturæ inductis. Naturarum, inquit, distinctæ proprietates & opera, personæ unitatem non dissociant. Non magis quam in homine animus & caro duas personas constituant. Ut enim ista natura diuersissima sunt, ita diuersis quoq; proprietatibus & operationibus possunt. Attamen homo qui ex his confitit, non duas personæ sunt, sed una est. Ita deus & homo unus est Christus, dei ab æterno, & hominis à temporis dispensatione, in eternum filius, una persona, unus Christus, perfectus deus, perfectus homo. Ita ut etiam quæ diuinæ sunt naturæ propter personæ unitatem & perfectionem nonnunquam humanæ tribuantur, & quæ humanæ sunt interdum de diuina dicantur. Filium hominis sese dicebat esse in celo, cum corpore cœlos nondum concendisset. Pro nobis perhibet Christum passum esse Petrus, cum sola humanitas pati possit. Sed propter personæ unitatem uere dicitur, Et filius dei passus est, Et filius hominis dimittit peccata. Nam & is qui filius dei & hominis una persona est, pro humanæ naturæ proprietate passus est: & is qui filius dei & hominis una persona est, pro diuina naturæ proprietate peccata dimittit. Tantum ille. Habis nunc quid sentiat ueritas & quid recte confitearis de insolubili illa naturarum nexu. Quibus si conferas caput Ioannis sextum complurima huius generis inuenies, imò totus in hoc est loquannes, ut hunc fine periculo legere non queas, nisi pleraq; ad hunc scopum referas.

Iam & Gelafius episcopus Romanus pulchre uidetur totum hoc unionis naturarum Christi negotium tradidisse in eo libello quem scripsit contra Eutychem & Nestorium, eius uerba hæc sunt. Certe sacramenta quæ sumimus corporis & sanguinis Christi, diuina res sunt: propter quod & per eadem diuinæ efficimur consortes naturæ, & tamen esse non definit substantia uel natura panis & uini. Et certe imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebrantur. Satis ergo nobis evidenter ostenditur hoc nobis in ipso Christo domino sentiendum, quod in eius imagine profitemur, celebramus & sumus, ut sicut in hanc scilicet in diuinam transeunt sancto spiritu perficiente substantiam, permanent tamen in sua proprietate naturæ: sic illud ipsum mysterium principale, cuius nobis efficientiam uirtutemque ueraciter repræsentant, ijs ex quibus constat proprie permanentibus, unum Christum, quia integrum uerumque permanere demonstrant. Sed Apostolus (inquit) dixit de Iudeis, Si cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Ecce (inquit) dominus maiestatis est crucifixus. Planè hoc dicimus, hoc sentimus, salua impassi-

impassibilitate deitatis. Deitas enim impassibilis, semper sine ambiguitate persistit. Sicut enim legitur dominus maiestatis Christus, sic utiq; legitur etiam hominis filius. Itaq; & dominus maiestatis filius hominis est & homo est, & filius hominis deus est maiestatis & homo deus est, & quicquid deitatis est habet homo filius hominis, & quicquid humanitatis est habet dominus maiestatis. Beatum Petrum audiamus dicentem, Christo igitur carne passo omnes eadem fide armemini. Carne passum dixit, non deitate, cum tamen ipsa deitas totum suum faciat quicquid caro perpessa est: sicut & filius hominis suum habet totum quicquid est dei, & sub una persona merito unus atq; idem dicitur pati quicquid ut deus homo patitur, non infirmitate & conditio ne passibili, sed dignatione suam faciens passionis iniuriam, adunatione particeps, sed si ne passibilitate compatiest: sicut unus idemq; uirtutes operatur quicquid ut homo deus operatur. Si enim quamvis corporeis obnoxia anima passionibus sit humana, & eorum uel mulceatur blanditijs, uel afficiatur aduersis, & compatiendo sentiat ipsa quicquid conditioni carnis infertur, non tamen secundum seipsa quæ est animæ substantia ullo uulnere sauciatur, uel quibuslibet plagis uezationibus cōtingitur. Vnde dictum est, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quomodo posset fieri ut deiras his subiaceret rebus, quibus anima non subiacere cognoscitur; cum tamen, ut dictum est, diuinitas non passibilitate, non cruciatione, non afflictione, non uulneratione passibilis sit, sed ea dignatione qua suscepit hominem, sibiq; uniuit, suum facit quicquid hominis est, quia homini tribuit quicquid dei est, ita tamen ut ab omni passibilitate prorsus intemera permaneat. Hanc regulam catholice fidei orthodoxæq; doctrinæ, quam à cunctis patribus catholicæq; magistris ecclesiæ, sicut eorum dicta testantur, quæ recensere perlongum est, ex diuinis manantia fontibus, ad nos usq; transmissa suscepimus. Haec tenus Gelasij illius uerba recensuimus, quæ quod nostrum attinet institutum planiora sunt quam quæ ullam recipient expositionem.

Ex illis tamen ipsis uerbis mysterium quoq; Eucharistiæ nobis elucescit. Nam ex ratione sacramenti Eucharistiæ, ceu paradigmate quodā ostendit hominem deo in unam personam sic esse unitum, ut neutra interim substantia suam amiserit naturam. Nam per digressionem & uinum sic esse corpus Christi, ut interim panis & uinum maneant, diuina accedit substantia, & sic ex utriscq; unum fiat sacramentum. Prudenter autem & orthodoxe intertexuit. Et certe imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebratur, nimis ne quis putaret creaturam panis & uini in eum honorem esse subiectam in quem constat humanam esse assumptam. Hæc enim ineffabiliter unita est deitati, adeo ut & ipsa uiuifica dici possit, id quod de pane nemo dixerit, nisi per liberam quandam hyperocham imaginem propterq; unionem panis cum uero corpore Christi sacramentalem. Secundum hanc enim dixit Chrysostomus, O ingens miraculum, ô magnam dei humanitatem erga nos, qui supra confidet patri illa ipsa hora omnium tenetur manibus, & dat se uolentibus fouere & amplecti. Monet ergo Augustinus ubiq; sacra menta nostra non carnaliter aut sensibiliter, sed spirituali mente esse iudicanda expendendaq;. Præcipue autem 3. de Doctrina Christiana libro capite 9. de nostris loquens sacramentis. Non graui, ait, operatione signorū onerati sumus, sed pauca quædā pro multis eademq; factu facilima & intellectu augustissima & obseruatione castissima ipse dominus & apostolica tradidit disciplina, sicuti est Baptismi sacramentum, & Celebratio corporis & sanguinis dominii: quæ unusquisq; cum perceperit, quò ferantur imbutus agnoscat, ut ea non carnali seruitute, sed spirituali potius libertate ueneret. Ut aut literam sequi, & signa pro rebus quæ his significatur accipere seruulis infirmitatis est: ita inutiliter signa interpretari male uagantis erroris est. Reciſſime igitur Chrysostomus homelia in Matthæum 8. Credamus itaq; (ait) ubiq; deo, nec repugnemus ei etiam si sensui & cogitationi nostræ absurdum esse uideatur quod dicit, sed sit etiam rationibus & uisu magis ratus sermo eius. Sic & in ipsius sacramentis faciamus, ne solum speiemus in ea quæ proposita, sed & uerba eius retineamus. Nam uerba eius decipere nequeunt, sensus uero noster facile decipitur. Illa nunquam excidunt, hic sæpiſſime fal-

Duo sacramenta
agnouit & Ter
tullianus.

Fide, non sensu
hec percipi.

*Contemplatio-
ne fidei in Coe-
na adest Chri-
stus.*

litur. Quoniam ergo ille dixit, Hoc est corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis metalibus ipsum videamus. Nihil enim sensibile tradidit nobis Christus, sed res quidem sensibiles sunt, omnia autem intelligibilia sunt. Sic & in Baptismo per rem quidem sensibilem sit aquæ donum, quod autem perficitur, nempe regeneratione & renouatione mente percipitur. Nam si tu incorporeus es, nuda tibi haec omnia tradidisset dona, quia autem corpori coniuncta est anima tua, in rebus sensibilibus ea quæ mente percipiuntur tibi tradidit, &c. Audis nimirum omnia hic esse intelligibilia & mente percipi, Christum nihil sensibile tradidisse. Quo sit ut impij signum corporis, non ipsum corpus edant, & panis non uertatur in ipsum naturale corpus Christi. Aliás enim illi eo quoq; uesperentur, qui tamen mente carent, qua sola editur Christus. Nec tamen inutiliter uisibile sacramentum instituit dominus. Nam nos non mente sola, sed etiam corpore constamus, quod sensibili imagine ad considerationem (ut Dionysius ait) diuinarum rerum subuehi oportuit. Vnde & Canon Nicenæ Synodi in haec uerba præscribebat, Iterum etiam hic in diuina mensa ne humiliter intenti simus ad propositum charistia.

*Non est cibus
corporalis.*

panem & poculum, sed exaltata mente consideremus situm esse in sancta illa mensa agnum dei tollentem peccatum mundi, qui non uictimarum more à sacerdotibus sacrificatur, & pretiosum illius corpus & sanguinem uere lumentes nos credere haec esse nostræ resurrectionis symbola. Propter id enim non multum accipimus sed parum, ut sciamus quod illa non ad satietatem, sed sanctimoniam percipiuntur. Dixit autem iterum etiam hic, quod in superiore Canone de sacro baptisme dixerat, Baptisma nostrū non sensibilibus oculis sed mentalibus considerandum est. Aquam uides? Considera diuinam uim quæ in aquis latet. Nos enim spiritu sancto & igni baptizari tradunt sacra eloquia, &c. Haec uero per digressionem occasione à uerbis Gelasij sumpta necessario diximus, propter illos maxime qui aiunt nos in sacramētis nullum recipere mysterium, sed nudum duntaxat asserere signum, nil nisi purum panem & uinum. Dum enim nos iuxta Augustini præceptum neq; literæ adhærere, neq; iuxta seruilem infirmitatem signa pro rebus ipsis accipere uolumus, illi calumniātur nos inutiliter signa interpretari. Sed sit hic finis digressionis de Eucharistia, redimus ad institutum nostrum de Vnione siue coniunctione naturarum Christi, addimusq; nunc quoq; locos aliquot maximorum in ecclesia uirorum & maxime orthodoxorum doctorum, Augustini uidelicet & Hieronymi, idcp; hoc potissimum nomine ne quis (ut lapsus in his facilis est) unionis huius uirtute Christi domini corpus extendat per omnia, imo non iam propter unionem inseparabilem naturarum, sed & propter accidentem corpori resuscitato clarificationem, illocabile credit, quod feratur per omnia, exura prorsus corporis aut carnis humanæ proprietate. Quanquam haec possint à paulo diligentioribus, uel ex ihs quæ hacenus disputata sunt caueri, uerum proderunt & haec opinor parum exercitatis.

*Vnitas perso-
ne non exten-
dit corpus Chri-
sti per omnia.*

D. ergo Aurelius Augustinus epistola 57. ad Dardanum ubi docet quomodo deus ubiq; Noli itaq; dubitare, inquit, ibi nunc esse hominem Christum Iesum unde uenturus est, memoritercp; recole & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris, nec aliunde quam inde uenturus est ad uiuos mortuosq; iudicandos: & sic uenturus est illa angelica uoce testante, Quemadmodum ire uisus est in cœlum, id est in eadem carnis forma atq; substantia, cui profecto immortalitatem dedit naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubiq; diffusus. Cauendum est enim ne ita diuinitatem astruamus hominis, ut ueritatem corporis auferamus. Non est autem consequens ut quod in deo est, ita sit ubiq; ut deus. Nam & de nobis ueracissima scriptura dicit quod in illo uiuimus, mouemur & sumus, nec tamen sicut ille ubiq; sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam alter & deus ille in homine proprio quodam & singulari modo. Una enim persona deus & homo est & utrumq; est unus Christus Iesus, ubiq; per id quod deus est, in cœlo autem per id quod homo.

In eadem epist. Spatia, inquit, locoru tolle corporibus, nusquā erunt, & quia nusquā erunt, nec erūt. Tolle ipsa corpora qualitatib. corporū, nō erit ubi sint, & ideo necesse est

ut non sint. Et in fine Epist. Christum, inquit, dominum nostrum unigenitum dei filium patri æqualem, eundemq; hominis filium quo maior est pater, & ubiq; totum præsentem esse non dubites tanquam deum, & in eodem templo dei esse tanquam inhabitantem deum, & in loco aliquo celi propter ueri corporis modum. Eadem idem ille docet multis alijs locis præcipue autem Tractatu in Ioan. 50. item contra Felicianum Arriani cap. 9. 10. n. & 11. rursus de Agone Christiano cap. 24. 25. & 26.

D. autem Hieronymus in epistola quadam ad Pamachium de Erroribus Ioannis epi-
scopi Hierosolymitani tanta seueritate ab illo Carnis uerę in Christo domino confessio
nem requirit ut cum ille corporum resurrectionem fateretur, ita ut quemadmodū Chri-
stus in eo resurrexit corpore quod apud nos in sepulchro iacuit conditū, sic & nos in il-
lis ipsis corporibus resurrectos quibus nūc circūdamur & in quibus nunc sepelimur,
tamen non contentus Hierony. perpetuo urget hominem Origenici erroris suspitione
nisi in confessione sua non modo uocabulum corporis sed etiam carnis, in quo scilicet
explicatus exprimitur corporis naturalis proprietas & ueritas, poneret. Nam alia, in-
quit, Carnis alia Corporis definitio est. Omnis caro est corpus, non omne corpus est ca-
ro. Caro est propriæ sanguine uenis ossibus neruisq; constringitur. Corpus autem
quanquam & caro dicatur interdum tamen æthereum uel aëreum nominatur quod ta-
ctui uisuiq; non subiacet, & plerunq; uisibile est atq; tangibile. Paries est corpus sed non
caro. Hęc Hieronymus.

Porrò si quis nescit quale fuerit Origenicum de Resurrectione corporum dogma cu-
ius iam nunc memini, audiat ipsum Hieronymū. Dicit Origenes (inquit) duplē erro-
rem uersari in ecclesia, nostrorum & hæreticorum. Nos simplices & φιλόσοφοι (id est a-
matores carnis) dicere quod eadem ossa & sanguis & caro, id est uultus & membra to-
tiusq; compago corporis resurgat in nouissima die, scilicet ut pedibus ambulemus, ope-
remur manibus, uideamus oculis, auribus audiamus &c. Hęc nos innocentes & rusti-
cos ait dicere. Hæreticos uero in quorum parte sunt Marcion Apelles Valentius Ma-
nes nomen insania, penitus & carnis & corporis resurrectionem negare & salutem tan-
tum tribuere anima, frustraç; nos dicere ad exemplum domini resurrectos, cum ipse
quoq; dominus in phantasmate resurrexit, & non solum resurrexio eius, sed & ipsa
natiuitas τῷ θόκελῳ, id est putative uisa magis sit quam fuerit. Sibi autem utrancq; displice-
re sententiam, fugere se & nostrorum carnes & hæreticorum phantasmatu, quia utraq;
pars in contrarium nimia sit, alijs id uolentibus se esse quod fuerūt, alijs resurrectionem
corporum omnino denegantibus. Et post aliquot uerba subiiciens Origenis sententiam,
Aliud, inquit, nobis spiritale & æthereum promittitur corpus, quod nec tactui subia-
cer, nec oculis cernitur, nec pondere pregrauatur, & pro locorum in quibus futurum est
uarietate mutabitur. Et paulò post ex eadem Origenis sententia addit. Nec uos ô simili-
ties resurrecio domini decipiatis quod latus & manus monstrauerit, in liture steterit, in
itinere cum Cleopha ambulauerit & carnes & ossa habere se dixerit. Illud corpus alijs
pollet priuilegijs, quod de uiru semine & carnis uoluptate non natum est. Nec dissimulat
naturam aëri corporis & spiritualis. Clausis enim ingreditur ostijs, & in fractione panis
ex oculis evanescit. Et quæ sequuntur. Hactenus enim recensui ex Hieronymo Origenis
de corporibus resuscitatis clarificatisq; opinionem, quam Hieronymus omnibus oppu-
gnat neruis ut erroneam. Nunc ergo ex eodem subiungo catholicam & orthodoxam
sententiam.

Ideo Hieronymus ad Ioan. episcopum Hierosolymitanū obscurius confitentem & Dominus à re-
domini & nostram resurrectionē spirantemq; non nihil Origenici erroris, Vis, inquit, surrectione cor-
resurrectionē carnis ueritate & non putative, ut loqueris confiteri, post illa quibus igno pus uerum ha-
bantū blanditus es auribus quod in ipsis corporibus in quibus mortui sumus & sepulti
resurgent, hoc potius adiunge & dic, Quoniam spiritus carnem & ossa non habet si-
cut me uidetis habere, & proprie ad Thomā, Infer digitū tuū in manus meas & manum
tuā in latus meū & noli esse incredulus sed fidelis. Sic et nos post resurrectionē eadē habe
bimus mēbra quibus nunc utimur, easdē carnes & sanguinē & ossa, quorū in scripturis

Corpus domini
gloriosum non
fit illocabile.

Carnis & cor-
poris differēcia
Origenis sen-
tentia de corpo-
re Christi clari-
ficato.

Error insignis.

Philip. 3.

sanc*tis* OPERA non NATVRA damnantur. Hæc est uera resurrectionis Confessio, quæ s*c*gloriā carnī tribuit, ut non auferat ueritatem. Et post aliquot uerba, Ego libe*re* dicam, & quanquam torqueatis labia, trahatis capillum, applaudatis pede, Iudæorum lapides inquiratis, fidem ecclesiæ apertissime confitebor. Resurrectionis ueritas catholica sine carne & ossibus, sine sanguine & membris intelligi non potest. Vbi caro & ossa & sanguis & membra sunt, ibi necesse est ut sexus diuersitas sit. Vbi sexus diuersitas est, ibi Ioannes Ioannes, Maria Maria. Noli timere eorum nuptias qui etiam ante mortem in sexu suo sine sexus opere uixerunt. Angelorū nobis similitudo promittitur, id est beatitudi*n* illa in qua sine carne & sexu sunt angeli, nobis in carne & sexu nostro donabitur. Mea rusticitas sic credit, & sic intelligit sexum confiteri sine sexuum operibus, homines resurgere & sic eos angelis adæquari. Nec statim superflua videbitur membrorum resurrectio, quæ caritura sint officio suo, cum adhuc in hac uita positi nitamus opera non implere membrorum. Similitudo autem ad angelos nō hominum in angelos demutatio, sed profectus immortalitatis & gloriæ est.

Matth. 22.

Christus euauuit ex oculis suorū, Luc. 24.

Christus clausis ingressus ianuas, Ioan. 20.

Poterat responsum auct*oris* creatori?

Idem respondēs ad superiora Origenis argumenta per id maxime cōfirmantis Christi corpus proprietates amississe ueri corporis, spiritale*c* factum esse protus, quod à resurrectione è suorum oculis euauuit, & quod ad discipulos clausis intravit ianuis. Quomodo ait ueras manus & uerum ostendit latus, ita uere comedit cum discipulis, uere ambulauit cum Cleopha, uere lingua loquutus est cum omnibus, uero accubitu discubuit in cena, ueris manibus accepit panem benedixit, fregit & porrigebat illis. Quod autem ab oculis repente euauuit, virtus dei est, non umbræ & phantasmati. Alioqui & ante resurrectionem cum eduxissent eum de Nazareth ut præcipitarent de supercilio montis, transiuit per medios, id est elapsus est de manibus eorum. Nūquid iuxta Marcionem dicere possumus, quod ideo natu*rit*as eius in phantasmate fuerit, quia contra naturam qui tenebatur elapsus est? Quod Magis licet, hoc domino non licet? Apollonius Tyaneus scribitur cum ante Domitianum staret in consistorio, repente non comparuit. Noli potentiam domini Magorum præstigijs adæquare, ut videatur fuisse quod non fuit, & putetur comedisse sine dentibus, ambulasse sine pedibus, fregisse panem sine manibus, loquutus esse sine lingua, & latus monstrasse sine costis. Et quomodo inquies non cognosciebant eum in itinere, si ipsum habebat corpus quod antea habuit? Audi scripturam dicentem, Oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et rursus, Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Nunquid aliis fuit quum non agnosciebatur, & alias quando agnitus est? Certe unus at*c* idē erat. Cognoscere ergo & non cognoscere oculorum erat, nō eius qui videbatur, licet & ipius fuerit. Oculos enim tenebat eorum ne se agnoscerent. Deniq*ue* ut scias errorem qui uersabatur in medio non corporis domini, sed oculorum fuisse clausorum, Aperti sunt oculi eorum, inquit, & cognouerūt eum &c. Et pauci post, Porro quod clausis ingressus est ostijs, ait, eiusdem uirtutis fuit cuius & ex oculis euanscere. Lynceus (ut fabulæ ferunt) videbat trans parietē, dominus clausis ostijs nisi phantasma fuerit intrare non poterit. Aquilæ & uultures transmarina cadauera sentiunt, Saluator apostolos suos nisi ostium aperuerit non videbit. Dic mihi acutissime disputationem hanc Hierony. Oro te, ait, qui tantum contra resurrectionem sentis, argumentaris, an simpliciter tecum loqueris? Credis uere dominum resurrexisse in eodem quo mortuus, quo sepultus est corpore, an non credis? Si credis cur ISTA proponis per quæ resurrectione DE NEGATVR? Si non credis, quid ita impetrarum lactas animas, & resurrectionem casio nomine uentilas? Hæc Hierony, contra Ioan. epis. Hierosoly. His aut puto non mediocriter illustratum esse præsens de proprietate & unione naturarum Christi mysteriū. Et uideor forte quibusdā prolixius ista agere. Ipsa

Ipsa ergo res nunc poscit, ut summis rerum capitibus repetitis uela tandem colligamus. Quādo uero sacer ille Athanasius totius disputationis huius de Christo uero deo & hominē negotium summa breuitate fide & euidentia collegit, malui tanti in domino uiri uerba recensere, quām nostra pio Lectori obtrudere. Sunt autem illa huiusmodi,

Fides recta est, ut credamus & confiteamur quia dominus noster IesuS ChristuS dei filius Deus & Homo est.

Deus est ex substantia patris ante sæcula genitus, & homo ex substantia matris in sæculo natus.

Perfectus deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens.

Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem.

Qui licet deus sit & homo, non duo tamen sed unus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Nā sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita deus & homo unus est Christus.

De reliquis uero quod dominus IesuS propter nos in mortem traditus, resuscitatus, & in ccelos suscepitus est, quod sedet ad dexteram patris, iudex uenturus uiuorū & mortuorum: alio loco & tempore, si res postulet, dicemus copiosius: in præsentiarum de Diuinitate & Humanitate duntaxat statuimus differere.

De spiritu sancto eruditissime & pñssime scripsit Didymus Alexadrinus author Græcus, quem Latinum fecit D. Hieronymus, Ambrosius quoq; ad Gratianum, & Idatius Clarus Hispanus aduersus Varimadum. De Ecclesia porrò diligètissime disputauit Augustinus aduersus Donatianos, at de Corporum resurrectione Tertullianus. Cumq; hæc Lectoribus propono & eccliarum doctores ad lectionem ueterum inhortor, diuina non humana suadeo. Omnia enim hæc cum sacris conferri, ipsaç pro sacra probari, bona autem teneri uolo.

Magna nobis à deo delegata est functio, symmissæ charissimi. Magna nobis undiq; pericula imminent. Feruet intumescitç indicat magis magisç persequutionum mare. Contemnitur à multis ueritas. Nulla est apud plerosq; ministrorū uerbi, feliciter etiam suo fungentium officio, authoritas. Ex omni parte ingerunt sese falsorum fratrum turmæ. Circumspecte ergo & prudenter agendum nobis, ne quid temere. Vigilandum ô fratres & orandum, strenue item arma spiritus exercenda sumendaç pro ueritate contra ecclesiæ Christi hostes ac desertores. Nullus labor, nulla nobis pericula detrectanda. Ponenda nobis uel ipsa anima pro testamento dei & Christi sui, si ita flagitet negotium. Verum seruatur illa in sempiternum, dum hic deperdi uidetur. Fortes ergo arcj constantes simus in fidei uera confessione defensioneç, promissionum dei memores, & quod ipse dominus plurimos pseudoprophetas, turbas persequitionesç futuras prædictis, in quibus omnibus soli iñ sint saluandi, qui in finem usq; perseuerauerint.

1. Timoth. 3.

Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, prædicatus est Gentibus,
fides illi habita est in mundo, receptus est in gloria.

I E S U S C H R I S T U S.

Sum quod eram, nec eram quod sum, nunc dico utrumq;

১০ বাধা পর্যন্ত কালীগঠন করা হয়েছে।

108
109
110

legatura 711

I A flegmone epis. angustia malū
 Omnes oueris auctis & leuis. 18.
 Et accē ex alio passō uscissā iugularē & pas-
 sōe concāctis & tenuitatis & ut uscissā te aperte epis.
 Apa & siud nō p. in flegmone iugularē ad eo uscissā & ea
 uscissā ut oris & iugularē uscissā pacans qd' duo p. dū
 colligat & qd' in ipsa p. epis' nūus iste scelus. 19.
 id siud ce epis' nō par' il apā magis sic i pessimū
 & p. esse colligunt facit co-utimā i p. curvē ad mē
 tenuitatis & accidit ad iugularē uscissā & dicit flegmone.

I A vigilia spastū & despīta malū
 Opt' spastū nē dīs de ple' id manūcōe acti-
 vilia nō peior & manūcōe ex acti- vili spastū de
 vigilia & manūcōe est pessimū & vnguis & colligat
 tenuitatis & c. 20.
 Quidam uscissā & in quibz libz ea
 p. nō uocans ac hū & vnguis spastū uscissā &
 arbitur & si tenuitatis & poorn acti- morborū spastū.

I A ossis denudacōe hispila malū
 Quod dīs malū & melli pessimū in iugularē de
 Quidam ossis. qd' ubi & app' ut oē & qd'
 dat carne hispila facies pessimū per molestū. 21.
I A hispila puctedo & sanueria
 lū in hinc rīco tremor malū.

I Nec ead' accē uscissā & pessimū ut apā in pupillā
 ex iugularē & iugularē tremor. qd' in eo & malū si-
 nū & p. uscissā & ut ad iugularē uscissā qd' in postio
 & tenuitatis & tenuitatis & tremor. & tenuitatis & tenu-
 itatis & tenuitatis & tremor. ut spastū nō desiderare nō uscissā ut apā
 & qui dīs tenuitatis & tenuitatis & tremor. ut spastū nō
 uscissā & tenuitatis & tenuitatis & tremor. ut spastū nō
 ex quibz mōribz dīs ut tremor. ut spastū nō
 ut tremor. ut spastū nō tremor. ut spastū nō
 qui ab eis exīt' mōrē & qd' ut spastū nō tremor.

I A fortis pulsū in vulnibz emoro

I Pulsū in vulnibz ex pessimū 22.
 flegmone malū
 apertis p. carā op' cōdant' vī monē & qd'
 dolore. qd' & dilatē malū dolorē facit ex pessimū
 sua aut qd' & sua aut qd' spastū hinc bē dilatē
 & si spēdūtē aliē & aut in mōrē apā uscissā ca-
 petura dolor. qd' faciunt' uscissā & hinc ab aliē ut aliē
 hinc pulz' vocat & p. cōd' ut mōrē pulz' hinc aut
 uscissā. Cetero ut mōrē & hinc de vulnibz aliē.

luteo expulsaq' expellit' uocā sic autorē eoz
 & vī p. flux' in dīs creta & qd' actio & adiuver
 mōrē uscissā pulz' & ad res uocā expellit' eoz

I A colore diutinū cura 23.
 + id vī
 re flux'

Ventrem spastū malū. 24.

Duc dolor ex spastū & ut ex diutinū cura qd' p. flux'

P. flux' ex spastū & ex p. flux' acutē
 quov' nō remanebit & uscissā p. flux' euāt' sic
 inutabūt' nō i apā ul' collōi i u. nē; & qd' spastū

I A colico recessu. dissūtia malū. 25.

Dalli dubiūt' qui ego ut spastū si mōrē qd' cor-

rept' & cōf' & in de dissūtia cā. 26.

I A ossis capitū fractura & despīta

& in vacuū accepit malū. 27.

I Recendit' vī cravē capos nō & al' oē

fractura & tū illi qd' p. frēt' nōcōe p. spastū

ut ad vacuūtē cōdantē cēbr' qd' nōcōe sic res

p. flux' qd' p. flux' spastū ambibz p. flux' & cēbr' cēbr'

spastū qd' qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē qd' spastū cōdantē cēbr' p. flux'

ut dīs mōrē

